Index général

(voir index particulier et détaillé p. IX)

p. II Carthophylacium de la chartreuse. (Chartrier)

p. VI Adresses au lecteur et à D. Antoine Tixier. de Dom Amable Chatard

p. IX Index détaillé du Ms. Chatard.

p. 1 Fondation de la Louvetière
p. 11 Bienfaiteurs
p. 12 Prieurs
p. 13 Translation -
p. 19 Fondation de Castres-Saix -
p. 31 Biens ecclésiastiques.
p. 50 " temporels
p. 170 Affaires ecclésiastiques (biens)
p. 120 " temporelles. (biens)
p. 196 Obligations spirituelles et temporelles
p. 202 Etats extérieurs et intérieur -
p. 260 Ruine (1567)
p. 233 Gouvernement (Recteurs, Prieurs)

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE

A-v
57 b

A-5
57 b

CHARTREUSE de **CASTRES**

Notre-Dame de Bellevue

PROVINCE D'AQUITAINE

Copie du Manuscrit du Dom CHATARD

Manuscrits du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

1

9. M. 9.

Propositum dijungendi forinsecus, juxta contenta intrinsecus duo Calendaria, seu Ephemeridas titulorum Carthusiae utriusque Castrensis matris et Eholsanae filiae. —

(Inventum in manuscriptis D. Amalii Anstaud et manu ejus scriptum) —

Carthophylacium Carthusiæ Castrensis Bᵗᵃᵉ Mariæ de Bellovisu.

Bona temporalia Monasterii

Circa conventum

Armarium 1ᵘᵐ
Fundatio. locus et villa de Bossaco. Termini

Arm. 2ᵘᵐ
Associationes. Privilegia Pontᵘᵐ. Privilegia Regum. Indulta alia

Arm. 3ᵘᵐ
Benefacta ex testamento vel ex donatione

Arm. 4ᵘᵐ
Acquisitiones. Immunitatum, rerum, et redituum

Arm. 5ᵘᵐ
Fundatio per Diœcesim Castrensem

Arm. 6ᵘᵐ
Sententiæ, Arresta, transactiones Carthæ Litium.

Extra conventum

Arm. 7ᵘᵐ
Ex consensi acquisitio res et jura.

Arm. 8ᵘᵐ
Ex suscepti acquisitio res et jura.

Arm. 9ᵘᵐ
Libri et rotuli recognitionum et in Archivum.

Arm. 10ᵘᵐ
Capud Servii et Barthæ

Arm. 11ᵘᵐ
Sententiæ, Arresta Carthæ Litigiorum.

Arm. 12ᵘᵐ
Obligata Civili Bona Pesenti et Syrani.

Bona Ecclesiastica Monasterii

Per translationem

Armarium 13ᵘᵐ
Lupaterie fundatio, res et jura

Arm. 14ᵘᵐ
Privilegia et negotia Lupatoriæ

Arm. 15ᵘᵐ
Translatio Domus Lupatoriæ in Civitatem Bellovisus

Arm. 16ᵘᵐ
Benefactores Lupatoriæ X

Arm. 17ᵘᵐ
Unio et jura Ecclesiæ Stᵃᵉ Clementis de Fontiano.

Arm. 18ᵘᵐ
Unio, res, jura et permutatio Ecclesiæ B.Mᵃᵉ de Villadonello

Per unionem directam

Arm. 19ᵘᵐ
Capella Bᵗᵃᵉ Mariæ Fargenis et aliæ Capellaniæ

Arm. 20ᵘᵐ
Ecclesia Bᵗᵃᵉ Mariæ de Podiocherico

Arm. 21ᵘᵐ
Ecclesia Stⁱ Patri de Arcifilus

Arm. 22ᵘᵐ
Ecclesia Stⁱ Michaelis de Monte Fenesio

Arm. 23ᵘᵐ
Ecclesia Stᵃᵉ Cæciliæ.

Arm. 24ᵘᵐ
Ecclesia Storum Joannis et Vincentii de Grasano.

Scrinium Primum

Scrinium Secundum.

Scrinium tertium.

Scrinium quartum.

Carthophylacium
Carthusiae Castrensis B^ae M^ae de Bellevisu sive de Bossaco.

Bona et Jura temporalia Monasterii —

Acquisitiones

Armarium A.

Domus Cashen-sis	Caylarium nunc Aurelia
Ypsamen-ca nunc thabarca Borie	Mansus Barradum nunc Podium S^ti Jacobi Borie

Jurisdictio conventus
Arm. C. —

Facultas fundendi et amortizatio fundi.	
Testamentum Raymondi Bazze	Testamentum Centulii

Feuda.
Arm. E. —

Acquisitiones fundorum
Recognitiones veteres.
X

Bayssarum

Arm. B.

Carcinum nunc sum vacantis	Balneum ubi Boria ubi olim
Bossarum ubi nunc est monasterium et Bovile	Prata Gredae +

Negotia fundationis
Arm. D. —

Adjacentia Loca-redditarium usu inventarii
Solutiones debitorum et legatorum.

Carthae antiquatae
Arm. F. —

Carthae fundationum
Carthae Benefactorum
L

Privilegia

Arm. Cr.

Associatio Exemptiones Salvaguardiae	Admortizationes Denombramenta
Privilegia Apostolica	Bulla indulti

Acquisitiones
Arm. I.

Albergae Castrensis	Albergae Burgensis
Immunitas domus et territorii nostri termini ejusdem.	

Recognitiones. —
Arm. I. —

Libri recognitionum
Rotuli Recognitionum

Benefacta

Arm. H. —

Census Avisamenti Posessiones Germani	Bona Jacobi Salomonis et Isaac, Alba et Mahalta
Terrae et Fragenses reditus annuos	Testamenta et Donationes diversarum rerum

Res judicatae
Arm. K. —

Protestationes fiscales	Immunitas Talliarum
Diversa negotia.	

Cartae diversae
Arm. M. —

Nihil scitu dignum

Res possessi acquisitiones et jura

Arm. N. —

Donationes, Acquisitiones	Admortizationes
Res judicatae	

Res possessi Res
Arm. P. —

Boriae Ricardiae et Sale Victoris	Emptiones diversae
Carthae Litium	

Fontanum Villardonelli Capserium et Barthae
Arm. R. —

Fontanum et Villardonelli Domus	Capserium et Barthae Donatio et Amortisationes
Capsae Privilegia et negotia	Capserium Infeudationis et Recognitiones.

Res possessi Recognitiones.

Arm. O. —

Libri Recognitionum	
Rotuli Recognitionum	

Res cognitarum
Arm. Q. —

Res cognitae data et res emptae	
Limites, jura et diversa negotia	

Bona Curiae, Pesensi et Syrani
Arm. S. —

Oliveta Curiae	
Bona Pesensi	
Bona Syrani	
Exemptiones et admortisationes earum.	

Bona Ecclesiastica.

Domus Lupatoriae.

Arm. T.

Lupatoria fundatio, res et jura	
Lupatoria de privilegia	Lupatoria Benefacta

Capellaniae
Arm. X. —

Capella B^ae M^ae de Largis.
Diversae Capellaniae.
L

Ecclesia Podii et Villardonelli
Arm. Z. —

Ecclesia B^ae M^ae Podii charitae unio jura recognitiones
Ecclesia S^ti Caritii unio, jura et negotia. —
Ecclesia B^ae M^ae Villardonelli
L

Arm. V.

Lupatoriae Instrumenta
Lupatoriae negotia diversa

Ecclesiae S^ti Petri de Clamensi
Arm. Y. —

Ecclesia S^ti Petri de Arvitibus unio et jura.
Ecclesia S^ti de-nersitis de Pontiano unio et jura —

Prioratus S^ti de Schalis et S. Pancratii de Vencentio
Arm. K. —

Prioratus S^ti de Schalis de Montetenesio unio, jura et negotia —
Prioratus S^ti Poaimis et vincentii de Grausano unio jura et negotia.

Scrinium 1^um
Cartae veteres fundatorum et fundationis primariae Monasterii. —

Scrinium 2^um
Cartae rerum et jurium Monasterii circa ipsum.

Scrinium 3^um
Cartae rerum et jurium Monasterii extra ipsum

Scrinium 4^um
Cartae negotiorum et jurium ex Ecclesiis Privatibus et Capellis. —

Carthophylacium. —
Carthusiae Scholastrarum Ste Pauli
Primi Eremitae

Bona Ecclesiastica.	Bona temporalia Monasterii			
circa Conventum	Extra	Conventum		
Armarium 1um Fundatio Acquisitiones Immunitates	Arm. 4um Prioratus Ste Petri unio ac veteres tituli	Arm. 7um Acquisitiones jura et feuda	Arm. 10um	Arm. 13um	Arm. 16um		
Arm. 2um Benefacta ex testamento vel Donatione	Arm. 5um Recognitiones Ste Petri veteres et novae	Arm. 8um Monasteriorum acquisitio res, jura et feuda	Arm. 11um	Arm. 14um	Arm. 17um		
Arm. 3um Sententiae, Arresta, Carthae Tituli.	Arm. 6um Lites ad tuendam possessionem et jura	Arm. 9um Montis et Florentii acquisitio, res, jura et feuda	Arm. 12	Arm. 15um	Arm. 18um		
Scrinium 1um		Scrinium 2um		Scrinium 3um		Hoc 4um Scrinium non est in originali	

In completum in originali —

1

1.

Cartusia

Castrensis

Ad lectorem.—

Quod te hoc scripto docere presumam boni queso (lector) consule; nec enim mihi confisus, nec de tua peritia diffisus; sed precepto cui nefas repugnare adactus ad hoc audendum me applicui. Hoc voluit, hoc edixit mihi filio et Procuratori tuo meo sapientissimus et amantissimus quondam Peter nomine ac re pacificus Prior meus, cum Scotensi agens anno millesimo sexcentesimo vigesimo nono communicam rerum Monasterii omnium tabulam ei obtulissem. Agedum, inquit, quod hic exhibes in synopsi, et in adversaria congessisti de Carthusia Castrensi ac Prioribus ejus lato volumine nitide ac dilucide prode: ut qui futuri sunt post te quae in Archivis nostris dispersa scitu digna sunt una hic serie collecta videant citius, intelligant melius, et recogitent facilius. En igitur obediens loquor victorias virorum scilicet fortium res praeclare gestas; qui post indagatas discussasque multo labore tabularii Tholosani nostri chartas velut collectis ex horto florentissimo praecipuis floscellis hocce tibi sertum offero. Castrensis Carthusiae (quae Tholosanam, a me alibi expositam, peperit) res, jura, negotia, personas et tempora, data et acquisita in temporali et Ecclesiastica sorte, erectionem, progressum et casum, ac quicquid in his scitu dignum aut necessarium existimavi, dimissis minutioribus quae minoris fundi et extensionis fuissent operis hinc inde collecta hic reposui. Hoc opus si genio meo tentassem, jure me (lector) reprehenderes; nunc vero cum tuo meoque Patri morem gessi; si non laborem meum, saltem paternum in eo suscipies et suscipies affectum; et in illis in quibus tibi a praesente rerum statu aberrare videbor cogitabis, si bene cogitare vis, me illius temporis ratione aequa scripsisse; deinceps vero veritati vicissitudinem accidisse. In rebus enim simul ac in verbis vetus interit aetas, et jus earum ritu florent modo nata, vigent quae. Nihil sub sole fixum, cum nec sol quidem ipse rerum effector sit fixus. Nunc enim et ipse post annos viginti relegens et exscribens ista, in rebus hisce mutationes expertis permultas non ideo delendum aut sub incudem de novo reponendum ~~existimavi~~ opus censui; sed sicut anno 1629 a me exaratum fuit, ita nunc proponendum existimavi. Cui laboris erit mutationes agnitas, si placuerit, annotare, aut opere alio meliori, rebus tui temporis accommodatiori antiquatum aut minus perfectum opus istud commutare: tuae vero charitatis partes erunt errores meos, si quos adverteris, qua ratione velles tuos exaudare; obeditionis effectum benigne aspicere; favoreque

tuo, ac precibus operarium indignum, sed a Patre familias missum prosequi; speratumque a labore serotino, cum jam mihi dies sit declivior denarium procurare. Interim si veritatem magis quam venustatem queris, quam tibi mudam propono aspice ac venerare. In rebus nostris si doctus es examina, et illam animadvertes; si imperitus, crede et edisces.

Venerando in Christo Patri Domno Anthonio Linier Castrensis Carthusiae Tholosam translatoe Priori, Aquitaniae Visitatori meritissimo.

Quem Domino per te diligente laborem in compilandis, digerendisque Carthusiae Castrensis, cui (venerande admodum) praes, ex Cartophylacii mei arcano rerum ac jurium tabulis collocavi, non possum offere nisi tibi. Primum quidem quia tuae in pomario tuo arboris est fructus; deinde quia venerando patri tuo Dño Jacobo qui fecit illum a me primum erumpere naturae et gratiae (jure succedis; illoque intuitu tibi omnia quae meruerat hoereditario accedis. Ille mihi dr...) mihi ante annos viginti ut in operis hujus labyrinthum me inducerem author fuit; et praecepto ejus ut filio coeca regente vestigia per irremeabiles infinitarum Carthusiarum errores versens curas plurima perlustrassem, regressum parans ut labor nitidae prodiret novis me illicis flexibus implicatum sensi; quia multiplices curae, missiones diversae, peregrinationes longae, et adversa multatores valetudo extensa propositi mihi fila perrumperunt egressumque me desperare coegerunt. Abjecta igitur omni spe me explicandi, remotisque a me importunis et molestis visu commentariis, cum nihil minus quam de progressu cogitarem, tu mihi nuper post tui patris occasum Sol oriens illuxisti; et tuis nutu qua parte progredi, ac me expedire possem, docuisti; modum et otium ut me extricarem, ac involuta in adversariis meis velut tricis et meandris explicarem indicasti. Notumque mihi cum jacerem indixisti. In igitur facto mihi tuis auspiciis observabili errore expeditus labore, acto tibi meo syderi, tuisque radiis foetum meum intentis in tuum splendorem oculis expono; quos si meruerit, tuum meumque dicere non verebor. Habes (venerande Pater) hoc scripto quod feci; non quia scivi sed quia praecepisti mihi; Carthusiae nimirum Castrensis fundationem, aedificationem et casum; authorem et actores aedificii, fundatorem et Priores; eorum acta; Maecenatum dona; res acquisitas; peracta negotia; jura vindicata; Hispaniae ac Bellovisus statum; et quidquid in utrisque dignum lectu

mihi visum est enucleatum; labyrinthum scilicet jam remeabilem, tuoque filio Duce facile peragrandum. Suscipe lubens, quod devotus offero; rejiciendum, si me solum expendis; admittendum, si te illius authorem perpendis. Adjunctus nobili pedisseguus admittitur in Regia; tibi quoque addicta ista lucubratio erit in gloria; quam Deo precor, et ut ab eo in te reflua, ac perefflua emine praebor.

Datum in tua Cartusia de Bellovisu Cartusiâ Calendis Junii anno 1650

frater et filius obsequentissimus tuus

frater Amabilis Chatard
Cartusiæ Tholosanæ professus, Bellovisanæ hospes.



✝

J. M. J. –



HISTORIA

Fundationis, Progressionis et Ruinæ

Carthusiarum

Lupatiensis et Castrensis,

Scripta anno 1629 revisa 1650. –

Benedictus Deus. –

Ad Dei optimi maximi laudem. –

Carthusia Tholosana in cujus gratiam scribo lacus est latus et altus; in quem duarum olim carthusiarum nunc in tesqua redactarum, quae sunt Lupateriensis dicta de Belloloco in sylva Lupateriae, et Castrensis nuncupata de Bellovisu in solo Bossaci aquae confluxerunt, collectionem illarum quae res Tholosanas afficit separatae exsequutus rursus voluminé; isto Lupaterienses et Castrenses in modo quo fluxerunt aperire contendo; et quibus articulis seu canalibus id efficiam, commaticis hisce tabulis adfolia et paginas libri directis ut quaerentis labori pascatur indico.

Tabula synoptica rerum Lupateriae.

Lupateriae Carthusiae alias Beatae Mariae de Belloloco in sylva Lupateriae seu Fontianarum in Carcassonensi Diocesi res omnes tredecim his articulis describuntur.

1us Fundatio Carthusiae Lupateriae fol. 1.
2us Ampliatio soli . . . . . fol. 6.
3us Emptio redituum . . . . . fol. 7
4us Electio Beneficii Fontiani . . . . . fol. 5.
5us Electio Prioratus Villardonelli . . . . fol. 8.
6us Donatio Capitis servii et Bathae . fol. 9.
7us Hospitalitia . . . . . fol. 8.
8us Privilegia regia . . . . . fol. 9.
9us Benefactores . . . . . fol. 11 et 12
10us Negotia diversa . . . . . fol. 15 et seq.
11us Domus in commenda . . . . . fol. 13 et 14.
12us Causa translationis . . . . . fol. 13.
13us Series Priorum . . . . . fol. 12.

Supradicta de rebus Lupateriae mihi sedulo indagantes sola pervia fluerunt; reliqua velamine antiquitatis obvoluta meam aciem effugerunt; a perspicaciore, vel solliciore oculo, quem Deus donet, aliquando portas detegendas, et in lucem, si sic expedit, adducendas.

Carthusiae Castrensis res, hujus materiae voluminis, quinque capitibus constant quae sunt: bona, negotia, status, onera, ruina. De bonis videre est hac pagina in synopsi per indicem, de negotiis in sequenti, de reliquis in tertia.

Index Bonorum.

Bona partim sunt Ecclesiastica partim Temporalia

Ecclesiastica alia sunt utilia alia onerosa alia honorifica

Utilia numero septem in unione ecclesiarum totidem.

1° Domus ipsa Bellovisus fundator per Raymundum Sagisse de qua octo hæc
- Tempus fundationis ..... fol. 19.
- Author fundationis et genus ejus . fol. 19.
- Locus fundationis ..... fol. 22.
- Nomen monasterii ..... fol. 24.
- Cujus auspicio est domus .... fol. 25.
- Stemma Monasterii .... fol. 25.
- Narratio fundationis .. fol. 26.
- Edictio fundationis .... fol. 28.

2° Unio domus Lupatericæ cum rebus suis. fol. 31.

3° Unio Prioratus Sti Petri de Avitibus ... fol. 34.

4° Prioratus Sti Joannis de Grasano. fol. 36.

5° Ecclesia Stæ Cæciliæ ..... fol. 37.

6° Prioratus Bæ Mariæ de Podio Cheriaco ... fol. 37.

7° Prioratus Sti Michaelis de Montepensato. fol. 38.

Onerosa duo in capellaniis nostris sumptu deserviendis

1.- Capellania fundatoris ..... fol. 39.

2.- Capellania Bæ Mariæ de Sargiis ... fol. 41.

Honorifica in undecim capellaniis de jure nostræ electionis 12° fol. adita.

1.- Capellania Joannis Lambini ... fol. 42.

2.- Capellania Jacobi Balati ... fol. 43.

3.- Capellania Ant. Maynaderii (Vita Cambonez vulsera) fol. 43.

4.- Capellania Raymundi de Ferreriis ... fol. 45.

5.- Capellania Joannis Ricardi .... fol. 46.

6.- Capellania Jacobi de Bris ... fol. 47.

7.- Capellania Anthonii Burlasii .. fol. 47.

8.- Capellania Bartholomæi Gauii .... fol. 48.

9.- Capellania Petri Laurentii .... fol. 49.

10.- Capellania Joannis Fournerii . fol. 49.

11.- Capellania Bartholomæi Fournerii . fol. 49.

12.- Capellania Ducis Albionis (comitis) fol. 50 nota

Temporalia

Ex fundatione

1.- Bossacum, villa, vineæ, nemora et prata ejus . fol. 50.

2.- Diversi census ..... —— fol. 52.

3.- Via hospitalis a Castris ..... —— fol. 53.

voir l'autre page

Bona sunt...

Temporalia sunt
- ex fundatione
- ex privilegio
- ex Donatione
- ex acquisitione

Ex privilegio Comitali et Regali

1.– Admortisationes bonorum . . . . fol. 55.
2.– Privilegia Papalia . . . . . fol. 221.
3.– Annona salaria . . . . . fol. 57
4.– Exemptiones feudarum, gabellarum etc. fol. 224.
5.– Diplomata regiae clientelae . . . . fol. 224 etseq.
6.– Usus fontis reverii sub censu 2 gr. fol. . . 60.
7.– Quinquennium Altissimis sub 4 Lm infeudatae fol 158.

Ex Donatione plurium Benefactorum

1.– Bona plurima quae non exstant; quâ causâ .. fol. 97.
2.– Locagiatum a Dnâ Centelia . . . . fol. 60.
3.– Avisetti et Priorêse feuda . . . . fol. 61.
4.– Census Stae Gethsemanii . . . . . fol. 61.
5.– Olivetta De Crudio (ruinosae) . . . . fol. 62
6.– Vinea turris in Pellasio . . . . . fol. 62
7.– 4ta pars Escossensi a Gallegina 3ys Martina Loysa . . fol. 108.
8.– media pars Escossensi a Catharina Loysa . . fol. 109.
9.– Escossensum, res et jus ejus. . . . . fol. 100.
10.– Feudum Posaquae a Joanne Boscarella . . fol. 70.
11.– Terrae Largensis . . . . . fol. 75.
12.– Terrae Semalensis . . . . . fol. 76.
13.– Reditus Genuenses in parte magna . . fol. 98.
14.– Domus et olivetae Syracusenses . . . . fol. 78.
15.– Pars praedictorum Escossensi ab Italia de Bris . . fol. 79.
Alberga de Buxadome - mate veteris 10 tt. fol. 66.
16.– Pensio annua 16 tt 13 sol et 4 gr. e fourmesius fol. 82.
17.– Villa Ricuderiae a D. Matheo Fabri . . . fol. 82.
18.– Villa soli veteris a Joanne Burlasio . . fol. 84.
19.– Reditus annuus trium lib. Eus. a Jon. Longueto. fol. 83
20.– Benefactores diversi. . . . . fol. 60 à 90.
21.– Synopsis benefactorum . . . . . fol. 90.

Ex propria acquisitione Monasterii

1.– Boria Cassa in feudo Barbari . . . . fol. 113.
2.– Escossensa Dominium exparte . . . . fol. 108.
3.– Montis Serrani pascua et glandes . . . fol. 118.
4.– Census diversi a diversis redempti et empti . . . fol. 112 et 117.
5.– Alberga Castrensis 136 tt 2 q et 6 gr. . . fol. 115.
6.– Alberga Bruguerie 90 tt, 13 q et 6 gr. fol. 117.
7.– Pensio 2 tt et 5 sol. a Petro Martino . . . fol. 116.
8.– Diversae terrae emptae circa Bossacum . fol. 114.

Index negotiorum carthusiae Bellivisus.-

Negotia

In bonis Ecclesiasticis; scilicet.

Ecclesiae Lupaterias pro servando solo ejus ..... fol. 170.

Ecclesiae Ste Petri de Avitibus
1.- Contra Episcopum Castrensem pro nominatione Vicarii .. fol. 172.
2.- Cum Abbatissa veteris muri pro limitibus ..... fol. 174.
3.- Cum Capitulo Ste Benedicte Castrensis pro eodem .. fol. 175.
4.- Contra Parochianos pro jure primitiarum ..... fol. 172.

Ecclesiae Bae Mariae de Largis
1.- Contra idem Capitulum Ste Benedicti pro jure sepulturae fol. 176.
2.- Contra Episc. Castrensem pro immunitate pratorum, Grosle ... fol. 179.

Ecclesiae Ste Clementis de Fontiano
1.- Contra Fontianenses pro solutione decimali ..... fol. 181.
2.- Cum Rectore Ecclesiae pro suo et nostro jure ..... fol. 180.
3.- Contra eosdem Fontianenses pro jure decimandi iterum ... fol. 181.
4.- Contra eosdem pro Ecclesiae instauratione ... fol. 181.

Ecclesiae Bae Mae de Villardonello
1.- Contra Procuratorem regium, pro servandis censibus .. fol. 182.
2.- Cum vicario Ecclesiae ob domus presbyteralis conflagrationem fol. 182.

Ecclesiae Ste Vincentii et Ste Joannis de Grasano, cum Episc. et Capit. Biterrarum pro decimis .. fol. 183.

Ecclesiae Ste Caecilie
1.- Contra Rectorem Ecclesiae pro jure primitiarum. fol. 183.
2.- Contra Episc. Vasconensem pro immunitate nostra a decimis fol. 183.
3.- Cum parochianis pro instauratione Ecclesiae ..... fol. 184.
4.- Contra Rectorem Ste Affricani pro limitibus nostris ... fol. 184

Ecclesiae Bae Mariae Podiocherici
1.- Contra Episcum Carcassonae
pro vicarii nominatione ... fol. 185.
pro decimarum perceptione fol. 188.
2.- Cum vicariis perpetuis ob illorum salvationem ... fol. 186.
3.- Cum monasterio gratiae pro censu nostro in locum hospitio fol. 187.
4.- Cum vicario et civibus ob decimas et terras ferragiales. fol. 187.
5.- Contra Podiochericenses ob decimarum praestationem. fol. 187.
6.- Contra Joannem Bonet Vicarium intrusum ... fol. 189.
7.- Contra Bertrandum Gui Vicarium pro congrua portione. fol. 189.
8.- Contra cives ob indebitas reparationum petitiones. fol. 191.

Ecclesiae Ste Michaelis Syracensis
1.- Contra Episc. Ste Pontii et Jacobum Capellanum, Rectorem intrusum ... fol. 191.
2.- Contra Rectorem Ste Bauditii Stae fructuum nostrorum sibi vendicantes fol. 195.
3.- Contra Syracenses ex duplici capite
1° pro decimarum solutione et absolvendi modo. fol. 192.
2° pro Ecclesiae Ste Michaelis instauratione .. fol. 194.

Negotia.

In bonis temporalibus generalia et particularia

Generalia duo

1º Contra Dominum regalis administrationem pro tuitione nostræ rei ... fol. 120.
2º Contra fundorum censualium possessores multis locis, ac temporibus fol. 121.

Particularia in:

Intus et circa monasteria octo.

1. – Cum conventu fratrum Dominicanum duplex negotium ..... fol. 126.
2. – Cum Dño Amelio Alberto Dñe Centelle nepote ac coharede ... fol. 127.
3. – Contra Procuratorem regium, feudis nostris inhiantem ..... fol. 128 et 139.
4. – Contra Castrenses pro immunitate agrorum nostrorum ..... fol. 129.
5. – Contra Capitulum Sti Benedicti pro extinctione juris mi in fundo nostro fol. 129.
6. – Contra Vicecapit. pro libertate piscandi in prefluente Acuto ... fol. 132.
7. – Contra eosdem cohibit. pro jure cymbæ, et trajectione fluvii ... fol. 137.
8. – Negotia innumera pro diversis causis generatim tacta ... fol. 169.

Iscossensia notatu digna sexdecim

1. – Contra cives Iscossenses ob pascua fororum ..... fol. 141.
2. – Contra Franciscum de Charena propatre Georgio de Sti Martino fol. 141.
3. – Contra Antam Montanerium pro parte agenitoris sui cenadæ fol. 142.
4. – Cum Dño de Malavicula ob divisionem juriurum ..... fol. 143.
5. – Cum Dño de Altopullo ob castrum Agassice et feudum Cavalerie fol. 143.
6. – Contra consules Iscossenses ob cayroleti proprietatem et immunitatem fol. 146.
7. – Contra eosdem ob insignia consularia ..... fol. 155.
8. – Contra regium actorem, pro conservatione justitiæ ..... fol. 155.
9. – Contra eumdem, pro exemptione banni et Retis ob anni .. fol. 155.
10. – Contra Vaurensis Diocesis scindicum, pro immunitate Cayroleti fol. 156.
11. – Cum monasterio Fraulhano ob limites Cayroleti .... fol. 157.
12. – Contra Helias de Bris multa et longa litis dia ..... fol. 159.
13. – Cum Jacobo de Bris, ob rerum illius administrationem gestam fol. 162.
14. – Contra Fisc.um et Procuratorem Vaurenses pro decimis ..... fol. 158.
15. – Contra Franciscum Siguerium petulanter agentem ..... fol. 163.
16. – Contra Arth.um et Petrum Boyssonis pro libertate molendinorum fol. 157.

Capserii sex notanda

1. – Infeudatio Capitis servii, de qua pacti sunt sed frustra .... fol. 164.
2. – Furgia contra Villardonellenses ob communia pascua ... fol. 165.
3. – Contra Capservienses ob census restrictionem .... fol. 166.
4. – Contra Raysbaciam et Maurellam, pro recussione donationis .. fol. 167.
5. – Contra Villardonellenses pro Barthoe immunitate ... fol. 168.
6. – Cum Fiscº Carcas.ni Parisini Dño pro limitibus nostris ... fol. 168.

Crudii pro immunitate Objectæ nostræ ..... fol.

Syrani, cum Rege et Charitatensis loci Dnis ob fidem supplicem debitam fol. 169

Pesensi cum scindico Carcassonensi ob immunitatem fundi nostri

Onerum, Status et Ruinae Bellivisus Index.

- **Onera**
  - **Spiritualia**
    - **Generalia Ordinis**
      - **In capite Lupatoria**
        - Anniversarium D. Gaufredi Cercas 2nae Episcopi 2 Januarii fol. 196.
        - **Tricenaria quatuor** (fol. 196.)
          1. – 27 januarii
          2. – 25 Aprilis
          3. – 29 Julii
          4. – 26 octobris
      - **Propria domus**
        - **In propriis Capitis**
          - Anniversaria multa quae videre est in Calendario. fol 196.
          - **Tricenaria quatuor.**
            1. – 25 apr. pro Bern.do Marcellanis ... fol. 197.
            2. – 20 Aug. pro B. Ray.do de Sayna fundatore f. 197.
            3. – 20 sept. pro Dna Centulia fundatrice f. 197.
            4. – 6 nov. pro Helia de Bris et matre ... f. 197.
          - **Missae de vivis 6as.**
            1. – 21 Maii de Spir. Sto pro Mayde Sajna. fol. 197.
            2. – omni feria 4a de B. Mae pro D. Gervasio. fol. 197.
            3. – 29 julii de Sta Martha pro D. de Rogeyrés. f. 197.
          - Placebo unum 18 junii pro d.o Lengerio .. fol. 197.
  - **Temporalia**
    - 1.o In oneribus Ordinis
    - 2.o In tribus Capellaniis nostro sumptu deserviendis.
      1. – Capellania Fundatorum
      2. – Capellania Tangensis
      3. – Capellae Sae Mariae Montis Olivi

      (fol. 197.)
    - 3.o In Mecnosynis publice et privatim large faciendis ..... fol. 197.
    - 4.o In hospitibus recipiendis ..... fol. 198.
    - 5.o In familia alenda ..... fol. 198.
    - 6.o In aedificiis promovendis, negotiis curandis et litibus prosequendis .. fol. 199.
    - 7.o In pensione domus Ruthenensis ..... fol. 200.

- **Status**
  - **Exterior**
    1. – In exordio Monasterii sub duobus Rectoribus ..... fol. .... 202.
    2. – In progressu ejus sub diversis Prioribus per Ichnographiam explicetam. fol. 204.
    3. – In limitibus patrimoniorum pro monachis ..... fol. 218.
    4. – In latis terminis possessionum et amplitudine fundorum fol. 219.
    5. – In numerosa familia ..... fol. 220.
  - **Interior**
    - **in bona fama apud extraneos**
      1.o In privilegiis Papalibus ..... fol. ... 221.
      2.o In privilegiis regalibus ..... fol. .. 224. a356
      3.o In Magnatum et plebeiorum beneficentiis .. fol. 226.
    - **in bona fama apud Ordinem**
      1.o In religionis operibus ..... fol. 230.
      2.o In duplici associatione
        1.o Cum Cart.a Vvenionensi – fol. ... 231.
        2.o Cum Cart.a Caturcensi – fol. .. 232.
      3.o In serie meritis Priorum, et monachis insignioribus. f. 233.

- **Ruina**
  - coepta anno 1561 per mutationem avitae Religionis cum Calvinismo in civitate Castrensi. fol. 260.
  - Consummata anno 1567 per invasionem et eversionem Monasterii a ferrerio Castrensium (duce) f. 270.
  - ad perennem Ferrerii memoriam, Lenonia et Dirae ..... fol. 278.

Status interioris Bellovisani dignitatem, quam partim ex meritis Priorum suorum esse in retrosaripto videre unica lineola dixi; hac pagina a nominibus, aera et loca singulorum hic extendo.

Gubernatores duo
1. Dnus Bernardus Botus Prior Lyfaterie anni 1362 octo mensibus ... fol. 233.
2. D. Joannes Cachinus Prior Lyfaterie anno 1377 propter absentiam Prioris f. 236.

Rectores quatuor
1. D. Arnaldus Faber ab a° 1363 usque ad 1367 annis quatuor ..... fol 233.
2. D. Guido Audebertus anni 1367 tribus mensibus ..... fol. 234
3. D. Petrus Cammasius anni 1508 sex mensibus ..... fol. 248.
4. D. Joannes de Libra junior anno 1563 ..... fol. 268.

Priores Castrenses.

Carthusiae Bellovisanae praefuerunt ab a° 1362 usque ad an. 1645 per annos ducentos octoginta tres.

Priores Castrenses 20.

1. D. Hosthanus de Coderco ab a° 1367 usque ad annum 1370 annis 3 .... fol. 235.
2. D. Hugo Amelius anno 1370 ..... fol. 235.
3. D. Joannes Crolhasius ab a° 1371 usque ad an. 1402 annis 31 .... fol. 236.
4. D. Dominicus de Podio ab a° 1402 usque ad an 1407 annis 5 .... fol. 236.
5. D. Bernardus de Auris ab a° 1407 usque ad an. 1427 annis 20 ... fol. 237.
6. D. Joannes Vincentius ab a° 1427 usque ad an. 1429 annis 2 .... fol. 238.
7. D. Petrus Macellarius 1us ab a° 1429 usque ad an. 1431 annis 2 ... fol. 238.
8. D. Joannes de Novomagio 1us ab a° 1431 usque ad an. 1436 annis 5 ... fol. 241.
9. D. Petrus Macellarius 2us ab a° 1436 usque ad an. 1451 annis 15 ... fol. 240.
10. D. Joannes de Novomagio 2us ab a° 1451 usque ad an. 1463 annis 12 ... fol. 242.
11. D. Franciscus de Ponte ab a° 1463 usque ad an. 1480 annis 17 .... fol. 243.
12. D. Petrus Russus ab a° 1480 usque ad an. 1486 annis .... 6 .... fol. 245.
13. D. Joannes Verdenus ab a° 1486 usque ad an. 1502 annis 16 ... fol. 247.
14. D. Joannes Orgueillus ab a° 1502 usque ad an. 1508 annis 6 1/2 ... fol. 247.
15. D. Guillelmus Marre 1us ab a° 1508 usque ad an. 1516 annis 7 .... fol. 248
16. D. Joannes de Calmo ab a° 1516 usque ad an. 1526 annis 10 ... fol. 250
17. D. Guillelmus Marre 2us ab a° 1526 usque ad an. 1539 annis 13 .... fol. 249.
18. D. Joannes de Maïus anni 1539 tribus mensibus ..... fol. 252.
19. D. Petrus Coalhacius ab a° 1539 usque ad an. 1545 annis 6 .... fol. 253.
20. D. Joan. de Libra 1us ab a° 1545 usque ad an. 1550 annis 5 .... fol. 254.
21. D. Arnaldus de Apro ab a° 1550 usque ad an. 1559 annis 9 .... fol. 257.
22. D. Raymundus Cauletus ab a° 1559 usque ad an. 1563 annis 4 .... fol. 259.
23. D. Joan. de Libra 2us ab a° 1563 usque ad an 1571 annis 7 .... fol. 269.

Finis Priorum Castri sedentium; sessiones 23, sessores tantum 20. —

Priores Uholosani 13 — vide folium.

Priores Tholosani Castris præsidentes.

Priores Tholosani tredecim

1.um – Tholosæ et Castrensium Prior Icarni patris suffectus Raymundus de Libra sedit a 1571 ad 1578 annis 7 ... fol. 283.

2. – D. Bertrandus de Belvieu ab a.o 1578 usque ad an. 1579 anno uno ..... fol. 285.

3. – D. Petrus de Monte ab a.o 1579 usque ad annum 1583 annis 4 ..... fol. 286

4. – D. Anthonius a Sto Paulo 1.us anni 1583 aliquot mensibus ..... fol. 287.

5. – D. Guillelmus Loganus ab a.o 1583 usque ad an. 1585 annis 2 ..... fol. 287.

6. – D. Joannes Mestivier ab a.o 1585 usque ad an 1587 annis 2 ..... fol. 288.

7. – D. Anthonius Lauvergne ab a.o 1587 usque ad an 1588 uno anno .... fol. 289.

8. – D. Anthonius Yzarnus ab a.o 1588 usque ad an 1598 annis 10 .... fol. 290.

9. – D. Anthonius Cayron ab a.o 1598 usque ad an. 1602 annis 4 .... fol. 297.

10. – D. Anthonius a Sto Paulo 2.us ab a.o 1602 usque ad an 1612 annis 10 .... fol. 299.

11. – D. Bertrandus Calypus ab a.o 1612 usque ad an. 1619 annis 7. ... fol. 301.

12. – D. Jacobus Tradin ab a.o 1619 usque ad an. 1623 annis 4 ..... fol. 304.

13. – D. Ambrosius de Gasq ab a.o 1623 usque ad an. 1627 annis 4 ..... fol. 308.

14. – D. Pacificus Lixier ab a.o 1627 usque ad an. 1645 annis 18 ..... fol. 312.

Sessiones Tholosæ pro Castris quatuordecim; sessores tantum tredecim: quibus additi viginti efficiunt portas Israel trigintaduas. Nunc vero, cum hæc scribo sedet in utraque cathedra sapientissimus et super trigintaduas fortissimus D. Anthonius Lixier ibi longum sedeat, et annum vivat. Amen. 1650. – (A.)

(A.) Nota. Si continuatam hanc seriem desideras, vide exemplar alterum istius Originalis Descripti anno 1754, et desideratam habebis seriem.

Narratio rerum gestarum in Lupatiensi et Castrensi Carthusiis, scripta anno 1629. —

Inclyta Isayssæi refero molimina templi,
Et te Parthenii Carthusia Bellivisus.
Dic a mihi causas memora cur numine laevo
Desuper icta ruit diris domus alta ruinis,
Ohé jam video; cecidit, putrisque sepulta;
Ut duplex uno Carthusia semine surgat.

Prologus. —

Carthusiæ Tholosanæ originem et progressum jussus describere, in primo offendi limine; dum-
-misque velut accentibus inter saxa occurrentibus coactus stare, ne omnino consisterem necesse
habui incompositas antiquitatis materias magis autem ruinas, in laceris et antiquatis chartis
aegre procedendo evolvere; atque inter jacentium Lupatiensis et Castrensis Carthusiarum rudera et
informes macerias istius fontem persautari; qui initio quidem parvus, ac modicâ velut donatus
aquulâ, fluxu tandem temporis, accedentibus hinc inde rivulis crevit in fluvium magnum, et in
aquas plurimas, quales in hodierno Carthusiæ Tholosanæ videre est alveo redundavit. Hæc enim illarum
liquoribus gaudens, et ex illarum influxibus intumescens sic integra illis constat; ut quod fontis
debent suo amnes quantumlibet alti et lati; hoc ista illarum initiis, imo et ruinis sic devincta;
nam si Lupatiensis staret; si vigeret Castrensis; tu modo Tholosana non floreres; sed quæ illis
causæ ruinarum, et deplorati casus fuerunt; hæc tuarum sunt incrementa facultatum. Prior quidem
mens Castrensem munivit; Castrensis vero exusta te velut Phœnicem longe illis præstantiorem
de cineribus incendii sui procreavit. Tu mihi modo præcipua causa scribendi; sed cum illas extra
te, et te sine illis non videam; sile ora, et sine ut habita rerum ac temporum ratione cum illas
primum percurrero, ad te postmodum oratione descendam; et priusquam tuos recenseam alumnos,
illorum et tuos prius Patres enumerem, tu eum qui eversas illas primum seu datis reditibus seu cons-
-tructis parietibus, seu stabilita Religionis observatione fundarunt, illi sunt veri parentes et proge-
-nitores tui. Illi primarios lapides non tam illis brevi ruituris, quam tibi illarum loco nascituræ, ac

Dictus permansuræ ponerunt; Illi divitias et amplos reditus, non tam illis ito succidendis, et perpetuâ (quantum nunc licet conjicere) solitudine desolandis, quam tibi quæ ex illis velut sæculus excidenda, melioraque Cisitatis Cholos and arbori ĩas inserenda ea acervarunt. Illi cum in multâ patientia, in jejuniis multis, in vigiliis et laboribus supra modum multis Carthusianæ solitudinis et silentii cultum observabant; tibi quid in posterum sentire, quid agere deberes exemplis et verbis ostendebant. Laudemus igitur, vel quia digne laudare non valemus, enarremus saltem vitas illas vere gloriosas, et parentes nostros in generatione sua; vitas misericordiæ, quorum pietates non defuerunt, et optemus ut cum semine eorum permaneant bona, et sint hæreditas sancta nepotes eorum. Igitur ne illorum intereat memoria, ne nomen deleatur; sic illos enitar hoc scripto posteritati commendare; at ab antiquioribus incipiens primum Lupateriensis, dein Castrensis, ac postmodum Cholosanæ Domorum tum fundatores, tum Patres, et quæ in rem illarum contulerunt; quo rerum, negotiorum, ædificiorum, quæ ordine eas constituerunt; quibus oneribus pressas, ac demum ruinis oppressas, priores duas reliquerunt, quantum ex notitiis et alienis Cartis colligere potero isto, et alio separatim pro Cholosanæ volumine breviter exponam.

A Lupateriensi quæ prior in lucem venit exordiar; cujus res et statum omnes exsequaturum me abunde arbitror; cum fundationis illius exordia, accessiones bonorum, Beneficiorum unionem, privilegiorum concessionem, et translationis tandem causas aperuero. -

Carthusia Lupateria. -

Lupateriæ Domus, prius de bello (forte per antiphrasin) loco nomen accepit; sed quia arborum vetus interit ætas, usu temporis Lupateriensis potius a Lupateria sylva in cujus medullitio erecta fuit velut a notiori appellata fuit; quæ quo primum ac præcise anno cœperit in compertum est: constat autem eam circa millesimum ter centesimum et vigesimum annum a Reverendissimo Dño Petro de Rupeforti Carcassonensi Episcopo, ipsomet a quo producta ~~producta~~ fuerat exstructam, a summo Pontifice Joanne hujus nominis vigesimo secundo, anno Dñi millesimo trecentesimo vigesimo tertio ab inferis revocatam, fuisse hoc ordine.

Præfatus Carcassonæ Præsul Petrus perspecta Carthusianorum ordinis, et Religiosorum formâ et famâ, et arcto vitæ instituto, teneri cœpit desiderio eorum una Conventus suam Diœcesin ornandi: unde et aptum quærens vitæ eorum solitariæ locum, in suam Lupateriensem sylvam injecit oculos;

Nota. Hâbuimus paginam non unius pro notis reliquas, attende ad numerum pro narrationis ordine.

Fundatio Carthusiae Lupateriae.

Quae in Occitana Provincia et Carcassonensi Diocesi juxta Fontiani territorium constituta duarum circiter leucarum ambita, patulis quercuum fagorumque arboribus, ac densis veprium et spinarum frutetis conferta horrorem vicinitatibus (ut est publica versus Castras et Carcassonam via) non modicum praebet: ferarum potius lustrum, quam hominum, nisi forte misanthroporum domicilium, unde et ab illis a potissimum a lupis habet nomen. Est autem in medio nemore velut ostium, medulla vallis perexigua, hyeme minus rigida, aestate autem satis frigida habens in septentrionali parte fontem, cui Brugidorae nomen est, limpidum ac perennem qui eam influit; et a meridie eam dimittens per declivem locum in rivuli ea parte prolabentis canalem derivatur. Deliciae quidem illic praeter fontem, rivulum, et pratum nullae; non horti, non vineae, non segetes non frugiferae arbores; sed aspectus ubique collibus, ac incidui insuper arboribus sic conclusus, ut desuper et a lateribus nihil videatur aliud nisi coelum undique et undique sylvae, frigoris asperitas, et nivium congeries magna et diuturna cum coli arborem, et Austri perflatum excelsae arbores in orbem repellant; nullaque omnino ad humanae, minus autem Carthusianae vitae subsidium commoda praeter lignorum copiam ad repellendum frigus existant: rubes insignior procul; oppida vicinora una a septem leuca dissita; quae omnia in unum congesta vallis horrorem insigniorem reddunt. Haec (ut omnis sylva) cum de episcopatis mensae dominio esset, in sui angulo et angusta area Castrum habebat, cujus hac tempestate solae supersunt macerias cui praeter pratelli virorem sola erat a coelo jucunditas, solum a sylvis emolumentum: hoc quidem ad venationem et ignem amplissimum; illa vero permodica, et a vicinis nimium arboribus adeo coarctata, ut exinde tres velut pateat coeli spatium non amplius ulnas.

Eo nihilominus frequenter satis Episcopus Carcassonensium turbarum et curarum affectus taedio, animi relevandi et ad Deum reducendi causa aestivo potissimum tempore cum modico equitatu, et familia divertebat: et cum illic locos ad Deum debitis extollendum praeconiis quereret, in Carthusienses praecipuos hujus temporis solitariae vitae professores et indefessos divinarum laudum praecones mentis desiderium et oculos direxit. Ut protinus non longe a castro suo, ac solo prato intermedio in editiore vallis loco, qua ad occidentem vergit, Ecclesiam in honorem Beatae Mariae de bello loco a se nuncupatam, et cellas modicis expensis quam primum construxit, omniaque brevi spatio contenta muro ex duabus partibus ambiente, a meridie silices et occidente conclusit, cum ex aliis partibus Ecclesia et cellae sine hortis ambitum monasterii seipsis efficerent. Ipsa vero Ecclesia intra claustri spatium exstructa, et cellis per quadratum xystum (ut moris est

Carthusiensibus) circumvallata illarum aspectum ex parte intercidens loci angustias ostende-bat; quem ne ullo careret commodo, unaque non neglecta ornavit Episcopus: cum collectis subtus Monasterium, in medio prato ubi declivis subsidit locus, a fonte aquis Vivarium seu stagnum ad alendos, si posset fieri, fisculos effecit.

Illic ergo convocatos ab Ordine Carthusiensi aliquot monachos in summa paupertate aliquanto tempore tenuit, suoque ore vestivit et aluit; ac solo nemoris usu ad arcendam necessitatem, cum dimidia parte fructuum quae Rectorem spectabat Ecclesiae de Fontiano dotavit; sub spe tamen amplioris reditus ex testamento quandoque relinquendi. Sed qui vivens quod debuerat omisit, moriens nedum perfecit; quin potius in ea ipsa voluntate defecit; et nescio utrum vi morbi, qua plerumque cum sensus externi deficiunt, etiam interiorum actio labefactatur, utrum animi levitate pios Patres aversatus quae sanus stabilierat, aegrotus everti; et re domus fundatae tam ito exhibuit peremptorem quam parentem. Nam et illos citius fecit a loco recedere, et ne redeundi potestas esset testamento edito edixit, ut illorum loco decem saeculares presbyteri succederent; quorum sustentationi emptam a se et admortisatam cum mero et mixto imperio villam quae Rogerii Petri Bastida vocabatur, valoris quinquaginta librarum annuarum assignavit; pro reditibus autem emendis ter mille librarum summam legavit; quibus sic ordinatis, quamquam non ex omni parte peractis diem clausit extremum.

Haec tam inopinatam, tam subitam, tam sine causa mutationem aequo animo Patres nostri non tulerunt: sed Deposita apud Summum Pontificem qui tunc Avenione degebat querela et oblato supplici libello, junctis sibi praedicti Episcopi Petri testamentariis exsequutoribus intrusos recenter expelli presbyteros, et se in eam stabilita per annos aliquot possessione domum revocari jure postliminii poposcerunt.

Anno igitur a Nativitate Christi millesimo trecentesimo vigesimo tertio cum in Francia Carolus hujus nominis quartus cognomento Pulcher regni gubernacula teneret, et Reverendus in Christo Pater Dnus Jacobus de Viviaco Carthusiensi Ordini praepositus Generalis esset, Joannes eo nomine vigesimus secundus Pontifex summus Avenione sedens admissa exsequutorum defuncti Episcopi et Ordinis supplicatione fundationem Carthusiae Lupateriae non tam factam renovavit, quam de novo fecit. Datis siquidem 15 Junii anni ab inita Pontificatus septimi litteris, et mutationem voluntatis in defuncto Episcopo improbavit, et ordinationem ejus in ultimo testamento iteratam esse voluit; Carthusienses in integrum restitui, atque in eo loco

Beneficium fontiani. –

unde injuria expulsi fuerant duodecim numero esse, et perpetuo remanere voluit. Quibus alendis praeter partem fructuum Rectoris de fontiano a defuncto Petro concessam etiam ipsius Carcassonensis Episcopi partem integram assignavit, et eorum Conventui reservata tantummodo perpetuo Vicario annuam et congruam pensionem in perpetuum univit: summam trium millium librarum reditibus emendis addictam ipsis reddiberi. Ipsi vero ne quid damni ablatis sibi fontianis fructibus, paterentur, Bastidas villam in compensationem remanere jussit; et aliis litteris per Abbatem Sti Cyberii et Decanum Sti Pauli Narbonensis praedicta sic a se instituta executioni mandari procepit. Illi jussis obtemperarunt, et per subdelegatos cum per se ipsi non possent, omnia perfecerunt.

Itaque duodecimo Septembris anni supra millesimum trecentesimum vigesimi tertii Venlis Pater Joannes de Monte-Martyrum primus novae Domus Prior a dto Petro institutus in vindicte monasterii possessionem per subdelegatos Bullae Pontificiae Commissarios admissus Fontianensem etiam Ecclesiam, et quidquid illius juris erat cum fenore recuperavit.

Quae omnia eo facilius peracta sunt quo Reverendissimus ejusdem Diocesis Antistes defuncti Petri et officio successor et nomine in Dominum nostrum supreme effectus non solum contra Apostolica jussa non reclamavit, sed manus etiam adjutrices (ut patebit infra) pro novae Domus incremento praebuit. Qui quidem sicut in nos benevolum, sic in Ecclesiam fontianam se justum ostendit, cum datis duodecima Novembris anni 1326 litteris officiali suo mandavit, ut vocatis Priore et Conventu Bae Mae de Bello loco Carthusiensibus, necnon Capellano (seu Vicario) de fontiano superiori de reditibus ac proventibus Ecclesiae per sedem Apostolicam pro tribus dicti Conventus assignatae provisionem ac pensionem annuam eidem Capellano et successoribus talem assignaret ut inde sustentationem congruam habere, hospitalitatem exhibere, jura Episcopalia solvere, et alia onera Ecclesiae incumbentia supportare posset; quod sicut juste ordinatum, sic integre fuit absolutum.

Die siquidem tertia Februarii subsequentis anno eodem 1326° (cum annus olim usque ad Martii calendas volveretur, et Februarius duodecimus audiretur) Joannes de Fontio Prior et D. Joannes Fabri syndicus (seu procurator) dicti de bello loco monasterii et Dominus Bernardus Geraldus Fontianensis Ecclesiae Vicarius perpetuus die dicta coram officiali convenientes divisionem fructuum ore judicis ea conditione habuerunt, ut Vicario frumenti ac secalis pars quarta, ceterorum vero omnium tertia obtingerent, conventui vero quidquid reliquum esset obvenirent. Quibus ita constitutis, pax Conventui inter et Vicarium parta et indissolubile deinceps

Partie n° 2

Incrementa Lupaterie. —

nexu compacta et firmiter obligata in hodiernum diem perseverat.

Hæc sunt nove Domus initia; cujus si queras a me fundatorem, fatebor nihil hæsitans summum potius Pontificem, Joannem vigesimum secundum, qui et ipse Cadurcensem a Templariis militibus ablatam Ordini nostro Domum dedit, istius quoque, cui et locum et reditus novæ ratione quamquam de alieno stabilivit aere existere parentem, et fundatorem; potius quam Petrum illum priorem Episcopum, qui ædificat quidem in loco Conventum, sed mutata voluntate et ejectis turpiter monachis abstulisse sibi videtur et meritum et nomen fundatoris; nisi forte quia de ipsius pecunia tum Domus constructa, tum reditus postea coempti sunt, debeat et ipse in partem venire fundatoris.

In invero secreto Dei (nisi fallor) consilio ita contigit; ut quia præviderat futuros quandoque Carcassonæ Episcopos qui animo in nos concitato contra nobis in Lupateria cripere tentarent (ut suo dicetur loco) nos illius originem et jura Conventus non abillis haberemus, sed sanctæ sedi Apostolicæ, sub cujus semper speciali gratia et protectione noster Ordo viguit acceptam ferremus: quamquam illi Petro cujus, ut diximus, res et pecuniæ in nostra emolumenta sunt conversæ, et sine quo nihil nostrum eo loci inchoatum fuisset; imo et ipsi sedi Carcassonensi cujus ille Praesul extitit et in cujus solo fuimus complantati multa debeamus. Me ajo in autem vinculo obligationis successori ejus Petro alteri nos adstrictos agnoscimus qui cum præcipuus in nos amore moveretur Pontianensis Ecclesiæ reditus ut nobis concederentur cripi libenter permiserit, et novam Domum tantis postea favoribus ac donis prosequutus fuerit, ut si non fundatoris præcipui tamen promotoris laudem et nomen habere mereatur.

Ipse enim (ut jam ad incrementa Domus veniam) cum Monasterii angustias, et reditum in asperrimo loco penuriam attenta mente considerasset, operæ pretium judicavit utique in commodo sua largitione providere.

Reditus quidem auxit; cum actis 24 augusti anni millesimi trecentesimi vigesimi septimi conscripto quandam Boderiam, seu villam et locum de Saumieras prope Lupateriæ nemus ab ea parte quâ ad Sanctum Dionysium itur quam de propriis mobilibus ut privata persona sibi comparaverat Conventui nostro, dono dedit: quam usque ad annum 1378 possessam monachi postea cum Boria Pezenchi, ut inferius narrabitur, redditu de nec centum quinquaginta librarum summa, et recepto in se annuo decem solidorum pro unius Missæ celebratione onere commutarunt. Septa vero Monasterii litteris 28 julii 1332 datis sic extendi posse curavit;

Dans une petite brochure in 8° de M. l'abbé C. Douais (aujourd'hui Mgr. 1902) intitulée :
« La formula communicato bonorum virorum consilio des sentences inquisitoriales. »
où il prouve que les inquisiteurs étaient assistés d'un conseil, se trouve à la page 14
— « L'inquisiteur ne demandait pas mieux que de s'y (aux solutions du conseil) ranger. Par exemple, le conseil tenu dans la maison archiépiscopale de Narbonne, avait eu à examiner le cas d'un chartreux, P. de Arrià, qui, donnant dans toutes les extravagances des fraticelles, en était venu à considérer le pape Jean XXII comme un intrus, un pseudo-pontife, et par conséquent le fléau de l'Eglise. C'était grave. Mais le conseil, par respect pour son ordre vénérable, demanda que toute peine infamante et publique lui fût épargnée. L'inquisiteur ne fut pas sage autrement : Licet secundum juris rigorem, dictus frater P. de Arrià penam perpetue carcerationis subire debuisset et deberet puniri, nichilominus volens ipse dominus inquisitor dicto ordini, et monasterio Lupatarie, ac prioris et fratrum aliorum dicti conventus diffamiam revitare, de peritorum consilio super hoc prehabito diligenter in aula archiepiscopali Narbone, eidem fratri Petro de pena carcerationis mitius arbitrio et gratiose perexit. Bibliothèque nat. mss. Doat, XXVII fol. 137-140. —
Plus loin pag. 37 et 38. — 9 et 10 dec. 1328, Narbonne (in aula seu palatio majori archiepiscopali) — Henri Chamayou, inquisiteur apostolique, et Germain d'Alanh, inquisiteur diocésain, procédant à une consultation inquisitoriale : quarante cinq conseillers. — (mss. Doat, fol. 119-124). —
« An° 1328... VI° idus dec. ...etc.... super culpa fratris P. de Arrià, ordinis cartusiensis, monasterii de Lupateria, diocesis Carcassone, omnes et singuli consiliarii supradicti, tam seculares, quam religiosi, consilium dando concorditer dixerunt, contemplatione dicti ordinis, quod assignetur sibi pro carcere perpetuo claustrum, et ecclesia monasterii supradicti, et etiam camera una, nacnon et injungantur sibi certe penitentie, sicut orationes et jejunia et alia que non repugnant observantie dicti ordinis et regule supradicte, et quod non puniatur in sermone publico, sed in secreto, presentibus paucis personis. »

Incrementa Lupateriæ.-

ut cum antea cellæ monachorum humiles a parte Aquilonari nullo pro Reticellis spatio gauderent, essetque facile cujus ad male agendum parato eas primo nisu irrumpere, Ecclesia quoque ab occidente ostium haberet cuilibet seu homini, seu fœminæ, seu ferse e sylva venienti primo aditu liberum, unde plurima in Patres tum incommoda tum scandala provenire poterant, utrique simul malo providerit: cum prehabito sui Capituli consensu de fundo nemoris vicino ab utraque parte quantum necesse erat in perpetuum augmentum et ampliationem loci concessit: videlicet ex loco ambitus ab occidentali parte protendendo versus Aquilonem juxta viam qua itur ad Castrum de Lupateria dicti Episcopi viginti Canas terræ, ab alio vero latere dicti Conventus a parte orientali juxta pratum dicti Episcopi prout protenditur versus Aquilonem et fontem Brug dorse qui est in capite prati alias viginti Canas vel circa; voluitque ut tam ex utroque latere, quam ex adverso recta linea protendendo, Religiosi dicti Conventus possent quidquid intus esset muro claudere. Ita quidem Episcopi munificentia; quæ tamen in opus vel paupertate prohibente, vel mutandi voli, ut postea contigit proposito in opus non est redacta: Itaque pratum quidem a Conventu ab occidentali potissimum latere possessum fuit, clausura autem muralis remansit intacta.

Dixi supra trium mille librarum summam de prædicta primi Petri Episcopi pecunia in emptionem reddituum Summi Pontificis decreto fuisse destinatam: et illam quidem Patres non profligarunt; sed vereor ne pro humani consilii fragilitate, ac rerum mundanarum vicissitudine ubi nihil est certum, nihil tutum, illam non satis serio et utiliter impenderint. Collocarunt quidem illam quamcitissime, et eodem ipso quo in Monasterium revocati sunt anno, et ex illa centum francorum allodium, trigenta sex centariorum frumenti, triginta centariorum ordei, ac centum salmatarum vini cum sex minutis solidis annui et perpetui reditus super quibusdam vineis prope et circa Carcassonam sitis; quod allodium Guillelmi cujusdam Andreæ fuerat, et per ipsius delictum in regium devenerat fiscum: necnon a Petro d'Hungault octo frumenti, et octo hordei centaria in pranco similiter allodio super aliis itidem vineis et terris ex eodem pecunia conquisierunt; et ipsos reditus et allodia usque ad annum circiter 1339 pacifice cum regio permissu (ut multis super hoc diplomatibus infra memorandis patebit) possederunt. Sed quomodo illis postea usi sint, aut quid devenerint, utrum servarint an vendiderint emptores nostri satis compertum ex Archivis nostris non habeo.*

Præter supradictos reditus quosdam ius super hospitia in proximis sibi locis pro gerendis

Lupatericæ hospitia, Caput-servium et Bartha. -

opportune negotiis comparauerunt; nempe Carcassonæ in Burgo, et in vico villalongæ juxta Longuarum Portale unum; villardonelli contiguum muro alterum; Fontiani autem duo; unum intra, alterum extra fortalitium loci. At nescio quo pacto quod erat Carcassonæ eadem qua supra-dicti reditus abiit via, et a nostris eodem modo dilapsum est manibus; Villardonelli quidem superest adhuc, sed vetustate prene collapsum, et consumptum: e duobus autem quæ Fontiani erant unum juxta Ecclesiam, solo æquatum, hodie visitur, alterum intra procidium, exigui valoris et spatii redemptoribus fructuum, quos ex Decimario illius Ecclesiæ annuatim percipimus inseruit.

Anno 1347 martii 20 Caput-servium et Barthæ bona Dñæ Lucie et Petri Bogis conjugum liberalitate Conventui accesserunt; nam cum essent insigni in Deum pietate, servos ejus beneficiis frequentibus prosequuti; inter cetera territorium illud cum omni dominationis et directitatis jure, a Monasterio una circiter sesquilenca distans pura et simplici inter vivos donatione, conscripto super hoc eodem die acto largiti sunt. Utrumque a Lupatericensibus semper possessum; Caput autem servium postea per Castrenses monachos in emphyteosim traditum; Bartha vero in nostris usque hodie manibus perseverat.

Hæc cum victui monachorum et familiæ, atque ædificiis tum amplendis tum servandis non satis essent; adjecit Gregorius Summus Pontifex hujus nominis undecimus, supplicante Conventu, Ecclesiam de Villardonello satis vicinam quidem, sed reditus permodici, nempe cujus fructus centum auri florenorum valorem non excederent: Et hoc etiam, reservata ex illis in usum vicarii perpetui congrua portione; cujus quidem Vicarii advenientе vacatione presentatio ad Abbatem Montis Olivi pertineret; quin nec illos quidem fructus in perpetuum attribuit, sed ad triginta quinque tantum annos concessit; ut constat ipsius Gregorii litteris iterato datis; primis quidem 27 januarii anni 1373, secundis vero ejusdem anni 29 die junii; cum mandatis ad Dñum Petrum Carcassonensem Episcopum, ut successu vel decessu contingente Rectoris illius Ecclesiæ Priorem B^te Mariæ de Lupateria in illius possessionem, præmissum (quam?) induceret, nonobstante a se super edita constitutione de revocandis omnibus omnium Ecclesiarum per se vel per primores suos factis unionibus.

Quibus mandatis Præsul morem gerens pro suo impenso in eam Domum affectu, biennio post in Beneficii cum resignante Dño Bertrando de Rupe vacaret, eidem Priori ac Domui de Lupateria data 4 maii anni 1375 ordinatione ad triginta quinque annos: sic tamen ut per id temporis media pars fructuum, et manuale totum, oblationes, funeralia, et legata ad Ecclesiam, ejus Cœmeterium spectantia Vicario perpetuo in usum cederent. Venit tamen ea conditione

Unio Prioratus Villardonelli

vineas quas in feudo et fundo Capitis-Servii Conventus propriis manibus excolebat; et ne quid decimarum ex illis Vicarius perciperet ordinavit. Hac mora, post dictæ illius ordinationis, 5ª scilicet mensis et anni ejusdem die Dnus Bertrandus Guirandi superioris nepos Bertrandi Tortonensis tunc Ecclesiæ Vicarius et ab Episcopo Commissarius in hac parte deputatus Dnum Petrum Regiolæ Lupaterii tunc Priorem in Villardonelli Ecclesiæ fructuum promedietate ad triginta quinque annos possessionem immisit.

Tempus erat breve in attenuata Domo, modicumque ac vix modicum profuisset, nisi manum suam sic contractam Sedes Apostolica postmodum aperiens per Summum Pontificem Bonifacium nonum respicientibus ad se pauperibus bona fecisset, et perpiendorum temporum fructuum Conventui in subventionem victus datis in forma litteris anno 1390 illius unionem Ecclesiæ in perpetuum extendisset: quæ unio longi deinceps temporis possessione firmata usque ad annum 1618 eidem Domui, et post ipsum Cartusiensi, ac demum Cholotanensi sine querela remansit; donec per nos facta permutatione cum Priorato Dñi Petri de Coquinis Cholosæ in Capitulo Moyssacensis mensam et manum venit.

Quædam insuper sed utilitatis via modicæ bona tam ex donatione inter vivos, quam ex testamento per hereditariam institutionem, vel legatum diversis temporibus provenerunt. Inter quæ domus quædam apud Montem-Olivum in castro regio dicto de Castlast ex hereditate Bernardi Tornerii 25 oct. anni 1385 Conventui evenit. Unde querelæ et jurgium cum regiis officialibus, qui Conventum ea pacifice frui domo non sinebant, imo nec ceteris reditibus et terris, nisi petita admonitionis data in scriptis Regi placeret.

Placuit vero (jam enim veniendum ad privilegia) non uni tantum sed multis successive Regibus quorum diplomatibus et sigillatis regio consilio carthis lites motæ, gratia de peccatis regio fisco debitis facta, et facultas ultro concessa ad manum mortuam tenendi illud Montis-Olivi, et quod Carcassonæ erat hospitium (quæ tamen nobis temporis successione deperierunt) etiam censu regio ipsius causa debito gratis exemptum. Insuper et quæ postmodum acquisita sunt (ut dicemus) Capitis-Servii, Barthæ, et Pesenchi bona. Quorum quidem regum nomina ne obliviosi tradantur placet hoc loco cum suis recensere beneficiis, ut sciamus cum posteris nostris quibus et quo potissimum nomine devincti simus.

Carolus cognomento pulcher Philippi item pulchri filius qui ut toti regno, sic nascenti quoque huic Cartusiæ gratiosa sua pulchritudine ut sol resplenduit; cum mense Maio, anni 1324 eidem vernum

Privilegia. Beneficia. -

aperiens, Priorem, monachos, familiam, res et possessiones ejusdem omnes in sua protectione suscepit; datis ad hoc ipsa die ad Senescallum Carcassonæ litteris, cum mandatis ut eos omnes cum juribus suis manuteneat, et ab omni vectigalium, leudarum, et aliorum quorumcumque subsidiorum onere, res quoque ipsorum seu emptas ad usum suum, seu vendendas eundo ac redeundo salvas et immunes conservet. Aliis quoque litteris mense Junio ejusdem anni exaratis emptas secus Carcassonam et alibi (ut supra narratum est) reditus absque alla financiæ solutione gratis sanxit, atque ut ea tenere in perpetuum possent edixit.

Philippus sextus e Valesiorum propagine ad regnum primus, cognomento catholicus qui tricino diplomate Conventum, multo prosequitus est favore.; ac primo quidem anni 1335 mense februarii expedito septem solidos et quinque denarios pro Carcassonensi hospitio debitos remisit, dedit, et in cedem penitus extinxit, ac ex censuali allodium fecit: secundo vero anni 1336 mense Martio duo terræ aripenta Domui Lupateriæ ab Episcopo Petro tunc attributa a census triginta duorum parvorum turonensium Regi inde debitorum jugo liberæ esse voluit. Tertio quoque anni 1339 mense Maio concessam a Carolo præcessore suo facultatem reditus quondam Guillelmi Andreæ, et alios usque ad triginta librarum annuarum summam absque financiæ solutione (non super hoc Procuratori silentium imponens) possidendi confirmavit, sub spe unius Missæ de Spiritu Sto quavis hebdomade quo ad superesset, aut de defunctis cum civis excessisset in perpetuum ab ipso Conventu sua causa semel in anno persolvendæ.

Joannes Valesius Philippi filius qui anno 1350 adepti sceptri primo concessam a se cum Patris locum-tenentem in partibus ageret Occitanis ante annos sex Conventui usque ad quinquaginta reditus annui libras acquirendi potestatem ratam esse voluit, et Capitis-Servii et Barthæ possessionem confirmavit.

Carolus sextus Joannis ex Carolo quinto filio nepos qui annis 1393 et 94 datis cum regio sigillo cartis concessa a superioribus regibus pro hospitio Montis-Olivi, et alia sua authoritate roboravit.

His Regum beneficiis subjungo modica quædam quæ ex testamento vel donatione (ut superius attigi) in eum Conventum bona influxerunt, ut quisquis e nostro nunc et in futurum numero hæc inspexerit, noverit qua, quibus, et ob quid per Lupateriensis Lauræ unionem obligatione astricti sumus; ultra vinculum quo duplici Petro Episcopis pro quos fundationis et ampliationis nostræ lapides jacti sunt ab initio, et Lucia Bagis, unde est Capservium et Barthæ recinctum.

Benefacta

Anno 1361, 14 Junii Bernardus Blancus ut pauperibus Christi servis solatium de suis prohiberet rebus, feudum quoddam suum cum censibus et directo dominio quod in et super pluribus fundis apud Rolinchum possidebat Domo dedit. Nos quidem beneficii hominis in nos benignitatem benignis debemus oculis intueri: miramur tamen quomodo id beneficium nobis exciderit; nam eo loci nec prosit nec censui, nec jure ullo fruimur.

Anno 1377, 20 maii Petrus Asterius Aragone oriundus praedicto Conventui cuncta quae possidebat vivens, moriturus testamento cessit.

Anno 1385, 25 octobris Bernardus Tournerius Montis olivi habitator (quem ut suis inter Benefactores statuam, loco et jure hic repeto) simili affectus motu et permotus affectu, cum filios non haberet, eumdem Conventum filiorum loco sibi succedere in cunctis rebus et juribus suis testamento decrevit.

Anno 1390, 4 Januarii Joanna uxor et haeres Arnaldi Masse fontianensis cum aliquid juris in solario Domus ibidem nostris sibi vindicaret, totum illud donatione concessit.

Anno 1453 (m 1393) 18 februarii nobilis Dña Martha Alberta uxor Dñi de Vilaglino legavit eidem Conventui centum francos auri.

Anno 1395, 4 novembris Dnus ... Cardacius presbyter Aragonensis testamento condito in eum Conventum sua omnia derivari voluit.

Anno 1397, 15 februarii Joannes et Franciscus Vidalesii fontianenses natura et devotione patres quacunque in Bernardi Patris quondam sui bonis jura sua contingebant eidem Conventui donatione adjunxerunt.

Anno 1405, 28 Aprilis Bartholomaeus Ambrosius fontianensis, quod eo loci possidebat hospitium in portalitio constitutum, Conventui dono dedit. Illud vero cum ex meridie furno communi contiguum esse perhibeatur, et hodiernum fontiani furnum extra Praesidii muros positum sit necesse est aut dirutum credere, aut furnum ipsum loci et situs mutationem subisse.

Hi Carcassonenses Episcoporum et Lucio Bogis Benefactorum vestigiis inhaerentes, et quo potuerunt modo, vel donatione vel testamento Lupatienses Monachos, ut divinis eo loci laudibus et obsequiis insisterent concessis sibi a Deo facultatibus adjuverunt; quorum ut memoria facilius et fortius nobis imprimatur, placet hic nomina brevi et synoptica serie describere ut quisquis eam intuita perlustrarit, uno ictu oculi quid cuique recordationis, benevolentiae, ac precum debeat sine labore apprehendat.

Synopsis Benefactorum Carthusiae Lupatiensis.

Illmus Dñus Joannes 22us Papa qui olim pro fundationem reposuit anno 1323.

Benefactores - Priores.

Dnus Petrus de Rupeforte Carcassonensis Episcopus qui fundationis lapidem jecit anno 1320

Dnus Petrus alter Carcas.is Episc.us qui fundationem promovit, eamque bonis et spatiis auxit annis 1327 et 1332

Dna Lucia Bogis quae anno 1347 Capservium et Berthan donavit.

Bernardus Blancus qui anno 1361 dedit feudum Rolinchi, quod deperiit.

Petrus Auterius qui anno 1377 hoeredem fecit.

Bernardus Lournerii qui anno 1380 idem praestitit.

Joanna uxor Arnaldi Messe quae anno 1390 dedit partem hospitii Fontianensis.

Dna Martha Alberta uxor Dni de Villaglino (1393) legavit centum francos auri

Dnus Conducius presbyter qui anno 1395 hoeredem fecit.

Joannes et Franciscus Vidaleti qui anno 1397 sua omnia dederunt.

Bartholomaeus Ambrosii qui anno 1405 dedit unum hospitium Fontiani.

Haec pers cuncta quam accurate potui libris et scripturis nostris Benefactorum Lupateriensium nomina et bona data reperi, quorum adminiculo Patres antiqui nostri locum illum centum circiter annis incolentes vicitarunt, et carthusianae observationis famulatum Deo exhibuerunt, cura et sollicitudine quindecim Ordinis Priorum qui sua pietate ista in Domum illam beneficia adduxerunt; eoque exemplo et patientia Dei cultum, et rei familiaris statum si non provectis omnino, saltem pro viribus, et temporum necessitate promoverunt.

Haec sit illis a tenuitate mea merces operis ac meriti mei; et qui eorum superius acta hoc ut cumque scripto exarata perlegerit; etiam hic eorum nomina nulla unquam oblivione delenda pereat. Perge igitur calame, et non minus benemeritos labore meo Religiosos Patres, quam beneficos suo munere saeculares viros quoscumque initi Prioratus anno quantum in Antiquitatis tenebris membranarum nostrarum lux modicè lucens indicat hic recense;

Series Priorum Carthusiae Lupateriae.

1.- Dominus Joannes de Monte-Martyrum, Prior primus anno . . . . . 1323.

2.- D. Joannes de Pontio anno . . . . . 1326.

3.- D. Aymericus de Trigella . . . . . 1332.

4.- D. Joannes Anglicus . . . . . 1339.

5.- D. Joannes Faydicus . . . . . 1349.

6.- D. Laurentius Eyro . . . . . 1350.

7.- D. Bernardus Botas . . . . . 1351.

Series Priorum -

8. - D. Guillelmus Cordamine anno ..... 1368.
9. - D. Petrus Rogiolus ..... 1373.
10. - D. Joannes Cachinus; gubernator Dⁿ Bellicinus absente Priore ..... 1377.
11. - D. Petrus de Axiensis ..... 1384.
12. - D. Petrus de Mossaco ..... 1386.
13. - D. Petrus Raymaldus ..... 1395.
14. - D. Durandus Amelius ..... 1405.
15. - D. Joannes Malyvernus, alias malae-hyemis ..... 1414.
16. - D. Petrus Portonis Prior ultimus ..... 1419.

Sub his Prioribus Carthusiae Lugdunensis res et acta per annos curriculum saeculi contigerunt, subque eorum sydere ac ductus majores nostri locum sylvestrem, et horrendum, terribilem incoluerunt, et Monasterii ordine steterunt: sed quia successu temporis quae sublunaria omnia dilabuntur, et humana in casum ruunt, propter difficillima tempora et adversos casus tenues illorum fortunae tum construendis (quamquam non ambitiose) quae Petrus fundator imperfecta dimiserat aedificiis, monachisque sustentandis; tum alendis et remunerandis tam pro obsequio suo, quam pro loci securitate famulis; tum acquirendis, ac comportandis procul quae ad annonam, supellectilem, et familiare instrumentum pertinebant, sic consumptae, sic exhaustae sunt, ut illic constituti in summa penuria, quamquam in gravi Ordinis labore Patres agerent. Qui quidem labor cum etiam ubi suppetunt facultates sit ad tolerandum difficilis, fiebat in illa necessitate velut impossibilis: cum insuper esset loci habitatio omnium illius Provinciae longe gravissima; ubi nulla hominum commercia, nihil exponebatur venale, nullae oriebantur fruges, nulla vitae aderant commoda, nihil faciendum videbatur; sed sola sublimis dentarum, ac sylvestrium undequaque in orbem arborum societas coeli, solis, et aeris aspectui offundens temperiem vix ulla, et toto fere anno pigus horrendum; in medio vastissimi nemoris inculti ubique ac deserti, quo nullus accederet, nisi qui ad depraedandum veniret. Quod tanto saepius et securius a perditissimis hominibus fiebat, quanto nullus in vicino esset qui ab oppressis quantumlibet clamantibus praedones arceret. Si quandoque officialibus ad propinquiora eundi oppida, ut servis Dei commeatum quaererent, aut aliud pro utilitate ac negotiis domus adiutarent animus esset, illico praeibat terror a Leone in via, et Lena in itineribus, illisque saevioribus ubique latronibus qui illuc frequentes etiamnum conveniunt; si intus esse continerent, premebat egestas, cum nihil inibi alimentum, nec nisi longe illinc referiri posset, et omnia procul magno labore

Lupateria incommoda

at majoribus impensis ac periculis in ultima pecuniarum, quae rerum gerendarum sunt nervi, penuria requirenda essent. Ac licet quilibet monachorum sedens apud se solitarius et tacens haec aliaque incommoda non patienter tantum, sed et jucunde pro Dei amore tolerarent; illas tamen quibus ipsorum et externorum omnium incumbebat cura, continua quaedam sollicitudo vehementer angebat: quae cum nulla novi nubilii spes affulgeret tandem mutandi desiderium ingessit. Cui desiderio nobilis Dña Lucia uxoris Petri Botgis Dominae de Capite-servio quam supra retuli liberalitas ansam dedit; quae servos Dei in tantis vitae hujus difficultatibus miserata supradicto Capitis-servii et Barthae commodiori ob nitiorem aerem, et fundum cultiorem, donavit loco. Quapropter exhilaratus hac nova licet exigua bonorum accretione Conventus cum cerneret Caput-servium, liberiori situ et aspectu gaudere; solo paulo pinguiori et nutriendis pecoribus aptiori quam Lupateriae locum, proditum esse; in Fontiani, Cuxacii, Villardonelli, praxini aliorumque oppidorum vicinia conquirendis victus, vestiumque ac aedificiorum necessitatibus opportuna, coepit de transferendo illuc Monasterio serio tractare.

Igitur inita citius deliberatione, cum esset tunc temporis Decessor Summus Pontifex Clemens hujus nominis sextus, libellos ei supplices in eum finem, de capituli generalis consensu Lupaterienses nostri obtulerunt, benevole ille, et datis 30 Aprilis anni 1347 die ad Carcassonensem, Ipis vicario, litteris concessam a capitulo generali licentiam confirmavit, translationem approbavit, et eidem Ipis vicario concedendi etiam translatis eas, et pascua Lupateriensis nemoris non obstante juramento per eum praestito de non alienandis possessionibus ad Ipis capitales mi meas, pertinentibus authoritatem dedit.

Haec quidem sic concepta, sic deliberata, sic impetrata tunc fuerunt; effectum vero nullum postea sortita sunt. Nam cum ejusmodi translatio ingentis laboris, atque intolerabilium tunc temporis cum pecuniae non suppeterent impensarum esset; seu forte cum non omnibus cordi esset, aut alia quavis occasione quam Omnipotens Deus in Castrensis ac Tholosae Domus profectum ex eo jam tempore disponebat, in aliud dilata tempus, ac diutius procrastinando penitus tandem intermissa fuit; et res Monasterii usque ad annum millesimum quadringentesimum et vigesimum quartum, eodem statu permanserunt. Reditus vero ea temporis praelixitate nedum augmentum, sensere, quin potius majus in dies detrimentum incurrerunt. Cum aedificia vili primum materia constructa multis locis rimas agerent, et ruinam minarentur proximam, et omnimodae facultates quatuor praeter Priorem, monachis et uni converso sustentandis, hospitibus recipiendis, famulis solvendis, eleemosynis largiendis, aedibus instaurandis ac reliquis ex Ordinis consuetudine ac debito supportandis oneribus minores essent; cui etiam malo crebra Priorum et monachorum mutatio cum diutius illic non possent subsistere vices dedit; sanguinaque quoque non defuere lites, quae collectas

multo labore pecunias, et in illis vires omnes exhauriunt.

Nam pro Fontianensis Ecclesiæ de Rectore seu Vicario perpetuo providendo jure nec contentui interierat anno 1345 jurgia provenerunt. Defuncto siquidem magistro Bernardo Guirandi Fontianensis Ecclesiæ Vicario cum quo initas vivendi, ac Beneficii invicem fruendi conditiones Episcopi Carcassonensis ordinationes sancitas retuli; Bernardus illico nescio quis de pulchra dictus arbore diœcesi Cadurcensi oriundus, non mediocri controversia Patres agitavit; nam litteras obtinuerat a Clemente dicto septimo, qui Pontificium munus Avenione contra Urbanum sextum, Papam verum, perniciosso schismate obibat, quibus idem Clemens ei gratiam fecerat in forma pauperum, et aliqua Beneficia de Carcassonensis Episcopi jure et collatione vacantia vel proxime vacatura providere posset. Igitur arrepta occasione decessus prædicti Guirandi acceptis a subdelegatis executoribus in forma litteris ille de Pulchra-Arbore malum semen ea re germinans inequisitis Lupateriæ Patribus in Fontiani Vicariam se ingessit; quod si silentio præteriissent, nominationis sue jure in perpetuum excidissent. Principiis obstandum; nec parandæ tempus est medicinæ cum mala per longas invaluere moras.

Hoc sciens et persentiens Vcalis P. D. Joannes Englicus tum Prior virili pristinus conatu insurrexit in iniquum, ac de statione postmodum illam dejiciens præsentandi Vicarii jura Conventui asseruit. Nam post multam concertationem utraque in certos arbitros pars convenit, qui meo judicio negotium definirent: qui partibus auditis, et visa Joannis XXII Papæ unionis bulla et cæteris quæ causam spectabant data sententia 25 maii anni 1345 dixe jus præsentandi Vicarium in Ecclesia Fontiani cum vacaret non Carcassonensi Episcopo, sed Lupateriæ Conventui pleno jure pertinere, et ipsum de pulchra-arbore nullum in ea Vicaria jus habere dixerunt. Tactus eo fulmine ruit de pulchra jam non arbore, illinc que alibi inserendus recessit. Suus vero Anglicus præsentationem Vicarii in ea Ecclesia Conventui sartam tectam sic reliquit ut nisi Deus ipse posteritatem usque ad hoc tempus eo jure pacifice usi sint ut ex innumeris hujus rei titulis quibus in tabulario nostro abundamus liquet.

Propter acquisitas Montis-Olivi et Carcassonæ domos ac reditus, necnon propter Capitis-sersii, Barthæ, et Pesenchi possessiones, ab officialibus regiis sæpe perturbati, et quotiès Francorum feudorum fiebat indictio ad multas et graves pro pace obtinenda, et vexatione redimenda expensas sunt adacti. Et a Regibus quidem, ad quorum confugiebant asylum, perbenigne semper accepti et adepte optata ut ex præcisertis colligere est privilegiis redierunt, sed ire ad curiam, et redire, et obtentas cartharum expeditiones pro scribarum jure et sigillis exsolvere quantarum sit expensarum norunt qui ejusmodi opus experti sunt.

Negotia Lupateriae. –

Sigillatim quidem prosequendis Capitis-servii et Barthae juribus exorta quaestio 21 junii anni 1358 Conventum fatigavit; cum Magister Guillelmus Barrière Seneschalli Carcassonae potestate agens Bajuliam loci regis nomine usurpare tentasset, institutio pro illius loci et Aragonensis vicini custodia forestario; illoque quem Conventus nuper suo utens jure ac recepto, ut moris est, juramento posuerat destituto: quod res si tolerata fuisset, omnem Conventus potestatem et justitiae jura in ea possessiuncula succidisset, sed obsistendo acriter, dicti Barriere conatus perfracti sunt, et a Seneschallo acta ejus in hac parte excisa, et quae Conventus egerat plena roboris firmitate donata sunt, et plena consecuta est victoria: sed profuso semper aere ac labore, ut assolet in his potissimum, causis quae contra Regios Ministros exercentur, qui eo nomine magna audent; quibus ille titulus est favori et a quibus refusio impensarum nulla potest sperari, nulla solet adjudicari.

Anno 1356 inter Conventum et haeredes seu testamentarios executores Joannis Botgis et Luciae matris ejus de tolius Capitis-servii sorte disceptatum est: Illi enim cum donationem Conventui a parentibus suis factam irritare conarentur Lupaterienses nostros litium anfractus et expensas, dubiosque eventus evitandi semper cupidos, et juxta Instituta sui proscriptum pacis desiderio flagrantes certis conditionibus, et numerato aere componere coegerunt; quas 25 maii praedicti anni transegerunt, et transactas scripturae publicae monimento posteris (ne qua ratione Caput-servium servi assererent) prodiderunt.

Nec minor controversia cum Villardonellensibus oborta pauperem Conventum debilitavit. Illi enim cum gregibus et armentis abundarent, quibus non satis apud se pascuorum esset, confines Capitis-servii terras animalibus scienter et quasi jure immissis nulla temporis et fructuum habita ratione devastabant, teneros nemorum cum recentes erumperent ramos absumebant, arborum ramos pro suis usus asportabant, atque sic legitime agere tum roborata consuetudine, tum Comitis de Montefort lege per antiqua cui nullo recenti privilegio derogari posset asserebant. Ea res cum nostris Lupateriensibus damno non parendo esset D. Bernardum Botas ea tempestate Priorem, movit ut his insultibus murum pro domo Israel opponeret, et litem lite praedimaret: cumque illi arbitrorum judicio stare se velle, nec lite pecunias profundere opus esse asserarent, annuit ille pacis amore, et undecima Junii anni 1338 cum Villardonellensibus per publicas tabulas concordiam juravit; cujus pactae Dni Petrus de Rafficiaco Carcassonae Judex et Bernardus de Mora insignes jurisperiti fuerunt; pacta et conditiones consuluerunt, et quid Villardonellensibus circa Capitis-servii agros et pascua, et vicinis Caput-servicensibus intra Villardonelli terras concedendum; quidve prohibendum esset, et quâ

Negotia Lupateriæ -

deincaps lege vivendum prescriberent, et finium regundorum limites apponerent. Illorum se sententiæ ob audituros, et ne latum quidem unguem ab ea ullo unquam tempore discessuros spoponderunt, et se suosque successores ad illius observationem sacramento, et insignis mulctæ ob transgressionem inundæ lege utrique adstrinxerunt. Postmodum vero suam utrinque causam arbitris expositam cum iis et rationibus ad longum deductis commiserunt, et post varias hinc inde altercationes penultima tandem Augusti consequentis die promulgata per arbitros sententia concordiam absolverunt, et sua invicem pascua sic communia fecerunt, ut certa immittendi per agros ante factam sementem, nemora, prata, incultas et situ squallentes terras tempora consignarentur; quædam etiam Defensorum nomine ab hac servitute immunes terræ servarentur; utrisque vero certos limites ne ignorationis prætextu hi aut illi statuta quandoque transgrediendo pœnas incurrerent scripto, et reipsa per insignes lapides congruis appositos locis designarunt.

Hoc semel actum non satis fuit; sed anno postmodum 1398 cum prius transacta propter labilem hominum ætatem et memoriam jam senescerent, et post quadraginta fere annorum decursum novi possessores majorum decreta vel non caperent, vel non probarent; necesse fuit iterato processu Villardonellenses cohibere, ac novæ transactionis actu jam caduca prioris transactionis acta renovare, quod cum utrique parti placuisset, tertia februarii ejusdem anni die perfectum exstitit.

His litigiorum curis et profusionibus eventis accedebant quotidianæ tum Monasterii tum aliarum alibi domorum instaurationes, et ad excalendas villarum de Saumieris et Capite-servio terras expensæ, quæ cum essent exili ac parum fœcundo solo multum laborem et largas seminis et agriculturæ impensas exigua fruge compensabant: Illa vero quam maxime, quæ cum esset magis oneri quam profectui necessario commutanda fuit, et sua commutatione ad effundendas de novo pecunias Conventui adegit. Etenim anno 1378 mense Januario, Dño Petro Rogieti tunc Procuratore, postmodum Priore hæc cum terris suis Boriæ Bonæ filiæ Bernardi Malipili, et nobilis Petri Raymondi uxori tradita; et illius loco ab ipsa Bona domus et terræ quas in loco Pescheti possidebat nobiles et ab omni censu et subsidiis exemptæ Conventui concessæ in commutationem fuerunt: sed cum istæ valore præponderarent, opus fuit eidem Bonæ centum quinquaginta libras turonenses præsenti pecunia numerare; cum insuper ipsa Conventum adstrinxerit ad decem solidos turonenses presbyteris Montis-Olivi pro unius missæ celebratione in capella Ste Mariæ quotannis semel persolvendos. Illa igitur aliaque negotia hydroscopita unius præcisione pullulantia, illas controversias et lites facultatum hirudines autem, nisi cruoris plenæ non mittentes, quas non animi gratia sed adactæ necessitate Patres sæpe, dumque prosequuntur sunt illos

D. Castanis #3

6

4

censu imminutos reddebant animosque et viribus debilitabant; cum eo modo collecta subsidia evanescerent, et tam illic transigendi modum, quam alio transmigrandi spem et facultatem tollerent, et illos in ancipiti solo ut salo fluctuantes retinerent. Erat quidem voluntas propensa conservatum semel Deo locum conservandi, atque altas illic radices figendi, ubi primum divina videbantur manu constiti; sed vitae necessitas et humana infirmitas contrarium suadebant, quod etiam tandem persuaserunt. Quod nemo sanae mentis post tantam tamque diuturnam, inter tot imbonitates et vitae pericula toto centum annorum decursu patientiam mea opinione arguet, sed optimo consilio et divinae dispositioni ducet adscribendum: quae cum illis Patribus eo loco immorandi formidinem, et alio transmigrandi desiderium ingerebat Carthusiae Castrensis tum nascentis in cunabulis, et Tholosanae aliquando nascituraeque incrementis serenissime affulgebat. Ut illam quidem velut rutilam solis auroram loco insigniori crumpentem intuiti cooperunt dimissa Capitis-Servii regione eo tendere, ubi divina arte sibi suisque videbatur domicilium praeparari. Itaque deinceps tolerantiae munire se armis, et destinatae mutationis ordinem deserere nosaque remedia inquirere et expectare coeperunt, ut completis novi secus Castras Conventus aedificiis in eum demigrarent: subque ea spe quae acquisierant bona non Lupateriae sed alteri adjungenda pro nihilo conservabant, et acquirenda destinabant, eo potissimum tempore quo D. Bernardus Botas Lupateriensis Prior et Castrensis administrator utriusque bona (ut infra narrabitur) de Ordinis mandato solus dispensabat. Sed amoto illo cum lento gradu novus procederet Conventus demigrandi spe in longum dilata Lupateriensibus aedificia collabi, reditus imminui, et omnia ruere in pejus coeperunt: nulla deinceps accessio, sed ruinae magis quotidianae; ut quo amplius Castrae bona domui succrescerent, eo huic cum paupertate incommoda sine modo et numero contingerent, donec misrante Domino de loco horroris et vastae solitudinis, in illius alveum quae a pulchritudine situs sui de Bello-viso dicta est, per Capituli generalis facultatem, et Vtae Sedis Apostolicae authoritatem, accedente Carcassonensis Episcopi consensione influxit. Quod quo rerum ac temporum ordine acciderit, mearum esset partium hic et nunc, si gallice, explicare: sed quia Lupateriensis ruina Castrensis augmentum fuit; placet prius Castrensem suo exordio statuere, et dimissa ad tempus senescente Lupateriana Bellovisanae cunas et juventae florem aperire, ut nos postea tempore cum coeteris quae huic accreverunt bonis, illius praecipue in istam influxum et omnimodam translationem inducam. Ac primum quidem pro narrationis hujus prolegomenis quo tempore, quo auctore, quo loco, quo nomine quibus auspiciis, quibus insignibus Castrensis vela fecerit ut in altum ducaretur, quantum potero dilucide ac breviter exponam.

Carthusia Castensis. –

Orientis hujus tempus si requiras, dico eam anno primum millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, Innocentio sexto summo Pontifice, Joanne Gallorum Rege, Joanne Castens. Comite, et Joanne secundo cognomento Birellio Carthusiensis Ordinis Proposito Generali Fundatoris et parentis mente conceptam fuisse; natam vero triennio post, scilicet vigesima prima Julii die anni supra millesimum, trecentesimi quinquagesimi primi: quo videlicet die egregius vir Dñus Raymundus Sayssi civis Castensis inclytæ quondam et piæ civitatis, et nunc, proh dolor, fœda in Deum et Regem rebellione contaminatæ pasturivit effectu, quam totis tribus annis in mentis utero gestaverat devotionem; et testamentum condens illius Carthusiæ edidit fundationem, statuens illi quo ad viveret annuam ex suis facultatibus pensionem, et cum decessisset hereditariam ex asse successionem. Quo ipso tempore hinc demigravit ad superos et quæcumque possederat vivens, et quæ in opus ædificii triennio præparaverat per Ordinis Carthusiani Patres coeperunt ut res propria gubernari. habes tempus.

Author operis ipse supra memoratus Dñus Raymundus Sayssi, vir magnarum quidem opum, sed majoris profecto virtutis; cui cum Arnaldo fratre Petrus pater bene peractis quondam familiæ dominus possessiones amplas, census, reditus, domos, aurique et argenti copiam reliquerat: sed Arnaldo circa annum Dñi trecentesimum quadragesimum nonum ex hac luce subtracto in Raymundum omnia confluxerunt; qui quantarum opum ac potentiæ fuerit diversa homagia et recognitiones quas annis 1347, 49, 54 et 56 Comitibus Castensibus exhibuit liquidò declarant. Nactus vero dilectissimam et castissimam conjugem Dñam Centulian, de Bretis ex illustri Bretarum familia sororem et hæredem nobilis quondam Dñi Berengarii de Bretis unanimi consensu et devotione omnibus in ea civitate Religionis et pietatis in Deum et homines specimen exhibebat. Quæ quidem Centulia quantum vivi sui in Deum et Ordinem nostrum propensionem approbaret, relictâ nobis ex testamento medietate hereditatis suæ parte satis ostendit: cujus in virum suum amori Deus concessit ut quem vivendo fortiter ut mors dilexerat, mortuum celeriter sequeretur. Nam duobus cum dimidio tantum mensibus superstes, quæ vivendi in unitatem carnis et spiritus adhæserat mortuo consepulta Raymundo in cœlestis perceptione præmii coæva effecta est.

Isti igitur sunt tui o quæ nunc dares Carthusia Tholosana veri ac primi parentes quibus tuâ causâ in sterilitate degentibus ob virtutis meritum Deus distribuit ut illius fundatione conventus in cujus locum suffecta es promissam fidelibus hunc vis consequerentur remunerationem; perpetuum nempe

in domo mea et in muris meis locum et mansionem, et nomen melius a filiis et filiabus, nomen sempiternum quod non peribit. His debes acceptum referre quidquid es; quos in hoc ipsum sic pios et sic divites Deus excitavit: ut quos te in Raymondo tuo prosequeretur amore et quanta tibi per illum et proavos ejus jam olim praepararet scires.

Olim inquam; nos est enim pertinata substantia atque justa sapientem nimirum terra latissima in quam nos dux et auctor noster Raymondus induxit, sed duorum fere seculorum spatio per avos et atavos ejus paulatim manu collecta, et ablegatis per acquisitiones innumeras Bossacis, Lauris, Yvernis, Batudis, Barsalonibus aliisque antiquis illius habitatoribus possibilis promissionis paulo post in eum ingressuris multo labore per partes comparata et in unum tandem Raymondum congesta: ut illo coeterorum fere omnium res et jura suscipiente nos ab eo adoptati per ejus a nobis recessum, ejus dictumque bona omnia, terram optimam, lacteque et melle manantem, hereditatem, igne et nube, Deo inquam et Deipara duce destinati ab aeterno, aeternumque permansuri possessores subiremus. Quod qua ratione actum, et quibus laboribus, curis ac temporibus per Sayssas nostros Numine diligenter procuratum sit, ut in apertum adducatur; atque praesentes et futuri cartharum nostrarum inspectores in nominibus quorum pleraque in diversis similia contingunt non impingat; sed Raymondos, Bernardos, aliosque avos et nepotes a se invicem, et ejus cumque progeniem, ab alia distinguat; et quod quisque in rem nostram per Raymundum ultimum contulerit intelligat; visum est mihi hoc loco antequam ad alia progrediar Sayssanae arboris radicem truncum, et ramos hac tabula dilatatis velut foliis per suas cujusque appendices caracteribus ut filis aeca vestigia regentibus expandere, et suum cuique ad Dei laudem, et electae quondam familiae decus, ne ea de superficie deleta nomenque quoque de sul solo penitus deletum Justitia exigente tribuere gratique animi mei in singulos et omnes illos hocce monimentum excitare. Lege lector, lege studiose indagator: Tolle, lege et intellige.

Sayssarum patulas fecunda ex arbore frondes fructusque
dictos ista tabella docet.-

Arbor inversa est hominum natura; habet in imo frondes, radicem in alto; e coelis accepit quod exercet in terris: inde habet divinae particulam aurae, qua hic est, vivit, et movetur, ubi-ubi gentium existens Dei: hic produxit a nuce, quem ducit ab illo. Talis electa Sayssarum familia nostra arbor propaginis a radice superna in frondes deorsum hac serie deducta quod denique habuit, totum nobis per istas extendit-; et acceptum per partes in solo Bellovisano, per nos posthumos filios, et nepotes meos una heriam praediorumque molem possidendum fecit: eo ordine ac modo quem pro brevi spatio per commaticas appendices ubi pus in enarratum hic posthumo.-



A.— Raymondus cum Durando fratre in cognatione et cognitione nostra primus multa census cum jura in podio Sti Jacobi collegerat: sed quando per neptes propio effecta, nunc res nostra multi nisi nobis servit.

B.— Arnaldus Raymundi unigenitus multa census cum jura per se et per filios quos hic vidisse est, et ex Bernardo neptis intus et foris Castias, in solo autem nostro Boriam bassam per Arnaldum suum, et conjunctam ei quæ nunc Monasterium conflat villam, vitasque unus Bossacii nomine et complures in circuitu earum terras; Caylarium quoque ubi ambæ sunt Auretiæ per Raymundum alterum in familiam suam magis autem in nos adduxit.

K.— Petrus Raymondi prolis pro dimidia hæredi- -tate prædictos census, Bossacum posterius et Caylarium sortitus, adjunctis ei ex varia emptione de Belues en (nunc Moleto) et Podii Sti Jacobi villis, pratis Grallois, domo Castrensi et censibus innumeris portionem substantiæ quæ se contigerat insignem fecit, et meditatis alterius jacturam suo nobis labore et ære compensavit.—

I.— Bernardus Petri frater Raymondi patris ex femine hæres diversis circum Castras rebus et juribus sotatus Boriam bassam a solo nostri solido, gemmulam Carbunculi ornamento capitis nostri aureo avulserat, sed agente Deo Possalanum Montem Petrus filius ejus hæres concedens, jam remotum, fundum, numerato sibi postmodum æquo pretio ad nos Petri posteros pratis postliminio velut exulem redivit, scissamque tunicam pristino decore consutam reddidit.—

L.— Raymundus Sayssarum tertius author noster avitos census novis auxit, et paternis agris Yssarnenchas (nunc Chabertum), vineas Petrosi et molendinum Acuti adjunxit; et pro illis fiscalem censum et fidem Comiti Catharum exhibuit. Cæsasque quæ Cæsaris erant reddidit, quæ Dei erant sibi suisque collata in mare unde exierant per monasteria nostri ævi testamenta ultimo dotati, sitati et alte fundati canalem liquide pigue et suaviter effudit. Hæc obiter istic, alio dein cursu loca pasima.

N.— Carthusia Castrensis Btæ Mæ de Bello-visu nuncupata Dñi Raymondi, imo Dei per Raymundum opus, eodem et fratribus sine prole defunctis prædicta omnia in se recepit; illorum ad diversos Dominos onera, et ad creditores non paucos nomina dissolvit; Boriam bassam in affines Sayssas dilapsam recuperavit; Escossensi et Lostagretii jura et dominia vindicavit; Bossacii villam Sancio proximam clausura spectabili, molendinis fruculento, cellis, officinis, templo, claustris, et quod excellentius est præstantibus viris celebri monasterio nunc eas sis monachis ad Dei et Carthusiani ordinis laudem et decus exornavit, et tandem fato post-mirabilia Bossacii defecit, et Tholosam defluxit.

O.— Carthusia Tholosana et Bellovisana ex ruinis seminis exceptum speciosa neptis existit: cujus pulchritudinem hic velo silentii contectam, solum enarro, separatis cum scriptis delineatam, Deo concedente aliquando detecturus.

p. 22. vide genus Centullia fundatrices.

Dñæ Centuliæ Bretæ Montis et ex parte Raymundi Saysse conjugis fundatricis nostræ Genus.-



Prædictæ velut scalæ nixæ in Saysseana arboris frondes desiliens vides in summitate, in trunco et in imo Raymundum: illos venerare, sine quibus iste non fuisset; sed in isto in quo cæterorum semen stetit, nec nisi propter eum fluxit insiste.

Hic igitur Raymundus absque filiis carneis decedens, multorum in spiritu filiorum Pater ac celeberrimæ totæ Albiensi Provinciæ Monasteriï fundator ubi primum operi faciendo enimum applicuit, celebri exædificationi celebriorem delegit locum. Erat, ut vides, insignis agrorum possessor, et inter cætera Boriam de Bossaco Saxiensi pago conterminam juxta Acutum flumen dimidia circiter leuca distantem Castris amplissimo et optimo solo, fundi pinguedine ac situs amœnitate præditam a Deo acceperat (Dei enim Dona sunt etiam hæc) quam ut optima quæque quondam Abel de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum Deo dedicens Carthusiano Ordini in Domum destinavit. Locus est ab occidente civitatis Castrorum, ab Aquilone Saxii oppidi quondam frequentis, nunc vero priorum furore bellorum semiruti solo flumine sejuncta in Paroccia Stæ Petri de Avitibus, et in diœcesi et comitatus Jurisdictione Castrensis. Illic planities est camporum longe lateque diffusa quam Acutus amnis a bina parte meridiei et occidentis alto et lato alveo circumfluens, multisque et variis circum littora vineis et arboribus mirifice exornans, jucundissimam simul ac fœcundissimam reddit; solumque fertile quotannis laboribus agricolarum exultum, frumenti, secalis, olerum ac fructuum copiam profert. Illic plurima tum

Loci descriptio. —

annosæ quercus tum frugiferæ arbores campos pene omnes proclara varietate distinguunt, nec tamen propterea aspectus libertate et jucunditate officiunt: quia, cum sit vallis lata liberiori gaudet prospectu, quem etiam non nimis vagum et effusum colles modici ab oriente et Aquilone assurgentes, vallemque concludentes colligunt, qui et ipsi bonam partem vineis optimi et suavissimi vini feracibus sunt consiti; reliquam vero occupant tum pascua gregibus alendis opportuna, tum nemora quæ quondam inæquis arboribus, quercubus præsertim proceris et patulis ornata tum nimios solis æstus temperabant, tum lignorum copiam ad propellendam hyemis frigora, ædificia construenda et alios hominum usus præbebant: nunc vero (proh dolor) ab hæreticis Castrensibus semel atque iterum ad invidiam excisa cædibus efficiunt sylvas, quarum in medio ~~prata~~ ubi declives sunt colles prata fiunt Carcanno irriguo rivulo, qui multis vorticibus ac sinuosis anfractibus circum ipsa cum leni murmure decurrens quo quandoque canali placide delabitur in amnem, quandoque vero variis meatibus divisus etiam semotis a se et ab invicem pratis, agricolarum voluntati et æstui obtemperans quantum cuique necesse est aquulam concedit, et exhibito irrigationis officio ex omni parte collectus in molendini lacum amplissimum præceps devolvitur, indeque coacervatus et gurges effectus proclivi lapsu et gravi pondere in volubiles et excavatas ejus rotas insiliens segue illis insinuans ex valida velocique earum collisione contusus, spumans, et mitior effectus in fluvium tandem derivatur. Illic collectis fœnis per prata et circum colles cernere ovium greges et bovum armenta, et circumquaque pastores occupatis in pasta pecoribus, ut moram tædiumque temporis fallant aut pedo fundave lapidem ad certum ictum projicere, aut ut plurimum modulatis fistula et calamo cantibus aures demulcere: Ipsis autem philomelarum, aliarumque id genus avicularum quæ illic crebræ sepes Acuti, Carcanni, atque alterius rivuli præfluvia, et densoria camporum pratetæ demorantes campos et aerem complent vario dulique strepitu et clamore concertare. Itaque si animo anxius ac implicitus curis vis modice relevari; habes vel in hac valle quod per auriculam recreationem, vel in illis collibus quod per aspectum tota regione liberum a corde tristitiam depellat. Secure potes longo itinere nihil calcans alieni ambulare ubi proprii tantum est solo quantum a vigintæ et amplius bovum jugis excoli potest, præter prata, vineas, nemora, pascua et eorum itinera. Quodque mirabilius est tota regio, de Bossaco in quam, sola nulli permixta vel fluminis vel rivi, vel viæ publicæ limite ubique fere circumclusa: adde amplius, omni subsidio omni servitute, omnique censu, talliarum, aut alterius cujuscumque redhibitionis onere exempta. Ille locus constituendo aptus Monasterio Raymondo visus tum sua fertili amœnitate ac amœna

Loci descriptio. —

fertilitate, cum ob varia quae fundus suppeditat ad aedificandum auxilia. Tam praeter lignorum quae necessitatem superabat copiam, aderat celebris intra vallem lapidicina, unde candidi, aduri, et adpolien-dum accommodati lapides extrahi ad Monasterii finimitatem et ornatum poterant. Aquam vero tum Acutus, tum vicini duo et prope fluvius, ab illius erumpentes littore frigidi, nitidi, atque ad potandum suaves fontes perenni fluxu praebebant. Quorum gratia Raymundum ad se sic attraxit ut ubi illi originem habebant; illic, media scilicet valle ad oram fluminis ea parte invadabilis, futuri loci Monasterii designaret; quare nihil aptius excogitari potuit: nam eo modo Conventui et officialibus bene provisum est; cum ille in rei medio constitutus territorii totam ejus amplitudi-nem, hinc et inde prae oculis in foribus haberet; in extremo vero positus et flumine conclusus ubi profundus est elevatus et altior ripa cuilibet adventanti non pateret obvius, et inundantis quandoque fluminis aquis nec demergi posset neque obsideri: Illi vero rei familiari et excolendis agris intenti divina nihilominus frequentare officia possent, cum eis in foribus constitutis quae in agris circum circa pro villicos, servosque gerebantur ante se posita in ictu oculi aperta prospicerent. Haec de situ loci satis superque nunc: caetera Monasterii omnem scilicet ejus seriem, statum et ornatum in aedibus et fortunis suo postmodum loco, Deo parente, describam.

Hunc locum sic conspicuum cui prius de Bossaco nomen erat praeclari authores operis Majo-res nostri nobiliori signaturi nomine cum cernerent nihil in eo nisi bellum videri, ducta ex re etymologia de Bellovisu vocari voluerunt; at quod habebat in re vocabulo praeferret: quo quidem nomine tam propter ea quae supra diximus quam quae postea ex Monasterii splendida constructione contigerunt nullum convenientius aptari potuit. Sed heu, hodie cum quam pietas stabilierat pulchritudinem impietas sedavit; cum aedificia subversa, nemora excisa, terra in solitudinem redacta, et sentibus ac ruinis maxime intra desolati ambitum Monasterii oppleta lugubre piis oculis spectaculum praebent, quam male conveniret nomen, nisi exstirpandae propediem impie-tatis ac diabolicae haereseos inventi brevi ad nihilum Christianissimi Regis nostri Ludovici pietate ac fortitudine redigendi, ac restituta in melius Castrensi civitate Monasterii iterum erigendi certissima nobis spes affulgeret. Quapropter sacrae scripturae verbis te viduam ac desolatam alloquor Dominus; consurge, consurge induere fortitudine tua Syon, induere vestimentis gloriae tuae Jerusalem civitas sancti; excutere de pulvere; consurge, sede Jerusalem; consolabitur Dominus Syon, et consolabitur omnes ruinas ejus, et ponet desertum ejus quasi deliciae, et solitudinem quasi hortum Domini; gaudium et laetitia invenietur in ea, et gratiarum actio et vox laudis. Mecum est-

Nomen et Stemma Cartusiae

(ait mundi Dominus) argentum, et meum est aurum: magna erit gloria Domus istius novissimae plus quam primae, et dabo in loco isto pacem dicit Dominus exercituum. Hoc quidem votis omnibus desideramus, et brevi futurum speramus illius potissimum suffragiis, cujus auspiciis et sub cujus vexillis erecta primum coepit militare Domus; quae cum tota sit pulchra et sine macula veram coelo mundo pulchritudinem, huic pulchrae de Bellovisu Domui velut significra et antesignana stella maris, Dux, et Cynosura voluit haberi, splendidissima et omni luce illustrior pulchriorque Maria Virgo Deipara. Cuique primarios illi Domui et Ecclesiae lapides posuerunt, et suum in eam exornandam laborem contulerunt sic totam dedicarunt; ut suo semper nomine proferre nihil sibi esse quod ad illam non pertineret; cum ei non solum de Bellovisu nomen indiderunt; sed insuper B.mae Mariae de Bellovisu esse propriam et peculiarem Domum voluerunt, in cujus possessionis testimonium ac titulum illius beatissimae ac pulcherrimae Virginis imago in vestibulo et postibus Domus erecta quanto tempore Monasterium substitit, tanto piorum Patrum in eam affectum et vota, suique super eos Dominii jura demonstravit.

Qui quidem Patres sicut acceptae a Raymondo fundatore devotionis in Virginem semper pro Instituto tenaces, sic ejusdem quoque Raymondi memoriae nunquam non amittendae cupidi: ipsius et suorum gentilitium stemma, suum quoque gnomicum et iconicum typum habuerunt, et tam illius patronae suae pedibus in primis aedibus suppositum, tum in aliis eminentioribus Monasterii locis exercerunt; quae et nos hodie Cholosae in majori claustro exposita et sigillis Domus insculpta pro tessera velut militari conservamus: quae, ne veluti transitu veloci perstricta videantur, quam nostro et fundatoris instituto conveniant placet ostendere: Ille enim Christi crucis amator praecipuus, et ad coeli culmen semper aspirans, quae cordi intimo insculpserat Insignibus suis foris exprimebat: Scuto videlicet bipartito superius quidem tria crucis signa aurea quamquam separata; rectum scilicet stipitem et transversum cum titulo in campo rubeo, inferius vero tres aves argenteas in campo caeruleo prae oculis sibi semper exhibens nobis quid agere postmodum deberemus velut in aenigmate quamquam non obscure admodum insinuavit. Scuto enim bipartito utrumque hominem novum et veterem adumbravit, cui nimirum veteri corrupto secundum desideria erroris crucem pro remedio adhibuit, quasi nobis innueret Crucem pro peccatorum remedio et salute consequenda necessariam; ideo in area rubea, quia in certaminis arena et acie ad usque sanguinis effusionem exemplo Christi Ducis et Domini nostri decertandum: sed eo discrimine, quod ille crucem integram nostra causa pro nobis non nisi dimidiam, et per partes concisam

infert; quia novit figmentum nostrum, nec crucem integram ut opprimat, sed per partes et paulatim ut redimat imponit; et quidem inauratam, id est non vanitatis sed charitatis auro rutilantem, ut eo ardentius quaeratur et jucundius feratur et toleretur; cum Christi jugum et onus ex se quidem asperum et grave ipsius exemplo et charitatis dulcedine leve et leve evadat. Ab hac ergo, ab hoc inquam certamine fit ad partem superiorem hominis scilicet novi qui renovatur de die in diem per Christi ac passionis ejus quasi per gradus virtutem ascensio; ubi tres columbae, aut aliae quaevis tres aves argenteae in caeruleo campo nobis in Stae Trinitatis fide cultuque pertinaciter constitutis coelum et coelestia proponunt; ut contemptis quae inferius sunt, subjugatis animi passionibus, et effrenibus corporis voluptatibus crucis meditatione perdomitis non jam amplius terrae et pecora campi, sed in melius commutati novum ducamus spiritum, et volucres coeli nominemur et simus, et jure merito cum Apostolo dicamus: Nostra autem conversatio in coelis est.

His de insignibus nostris et de sagittarum stemmate, ne quis ea existimet a proavis et Patribus aut fortuito, aut vanitatis studio relicta decursum dictis; atque his de tempore, authore, loco, nomine et auspiciis pro procemio propositis ad historiae seriem, et Raymondi nostri pios impensos in carthusiensem Ordinem amore laborem regredior. Ille igitur anno quem praediximus 1359 jacto in se de superni semine, cum bene subactum mentis haberet humum, illud illico germinare fecit; eodemque ipso anno ac 21a ejusdem anni die septembri Reverendissimo Dño Petro Castrensi Episcopo supplex per libellum effectus cruce ornavit et Boriam de Bossaco, et villicos ejusdem nos in Carthusiensi Ordinis monasterium, et monachos sibi licaret commutare, eoque ad haec mis sumptibus explenda recipere dignaretur. Admisit petitionem Episcopus et monasterii construendi ac dotandi in ejus die. casi facultatem ipsa die non invitus dedit in scriptis apud Casas Episcopale Castrum exaratis.

Vota compos in hac parte Raymundus ac praedesiderio impigre quae ab Episcopo consequutus fuerat, a Joanne Comite Castrensi cujus juribus et imperio Boria subjacebat sibi concedi 28a ejusdem mensis et anni die postulavit et obtinuit: cum datis ipsa die litteris Comes Raymundo licentiam et authoritatem fecit, ut et de Bossaco et de Peyrous Borias et earum agros in rem monasterii Carthusiensium converteret, et monachis quam vellet pensionem assignaret: ipsique monachi donata recipere ac possidere absque ulla financiae persolutione, salvo tamen homagio et fidelitatis juramento in perfectum valerent. Reservavit nihilominus, ut constaret eas a suo Dominio terras pendere annuum reditum, seu pensionem decem grossorum argenti Turonensium quorum decem octaginta Marchas efficiunt quolibet anno in Omnium Sanctorum festo die solvendorum: volens insuper ut si

quid in illis a suo Comitatu in feudum teneretur, id in alias ipsius Raymondi de suo jure in eodem Comitatu terras et possessiones ad procerum juratorum arbitrium et estimationem compensato valore transferretur.

Exinde cepit Raymondus vehementi studio in id operis incumbere, quod quia statim urgere et a fundamentis excitare non poterat; studuit se Davidis exemplo ad futurum laborem preparare. Licet enim ille ab edificatione templi Dñi mandato prohibitus auri, argenti, eris, lapidum et lignorum copiam Salomoni filio suo vivens accumulavit quantum necesse erat in omnia opera Domini, et in universa casa templi ejus: eodem pacto Raymondus noster toto triennio futuræ fabricæ materiam in lignis, lapidibus, tegulis, auri et argenti copiam, quanta opus erat seriatim reposuit, et suis hæredibus moriens dereliquit. Quid dico moriens? Heu tam tarde notus tam maviter conjunctus Pater mi Raymonde Pater mi currus Israel et auriga ejus tam cito recedis, tam velociter abriperis? Nostra progenies te prius orbata quam nati non potuimus mentis et oculis visu cognoscere te parentem nostrum? Ita inquam, vix congesserat quod necessarium judicabat; cum se sensit a Domino reddituras rationem villicationis suæ ad diem vitæ ultimum evocari. Itaque 21 julii anni 1361 testamentum condens ultimam in scriptis voluntatem reposuit: corpus terræ, spiritum Deo commendavit; facultates sic divisit: Dñæ Centulæ maximæ conjugi certam et abundantem ex sua hæreditate annonam annuam assignavit; consanguineis aliqua, pauperibus autem et Monasteriis multa largitus meliora nobis attribuit: cum in Borda sua de Bossaco Castrensis diœcesis et jurisdictionis unum Carthusiense Monasterium fieri et fundari ordinavit. Cujus ædificiis michoandis et ad culmen deducendis totam materiam, lapidum, fustium, tegularum, cæterorumque ære preparatam legavit; operis impensis duo millia florenorum auri designavit; victui vero ac vestitui Monachorum et eorum rei familiari fovendæ sexaginta frumenti sextaria, vini saumatas sexaginta et quinquaginta turonenses libras annui ac perpetui reditus quoad vivere donavit, et si absque liberis decederet aut posthumos non relinqueret, fundatum a se conventum sibi ex asse hæredem fecit. Ac ne quid juris honorifici eidem deesset Capellaniam in Ecclesia Sti Vincentii Castrensis (quæ Patrum Dominicanorum erat) et capella Sorum Joannis et Ludovici de jure ac presentatione Prioris et fratrum Monasterii hujus instituit: ea conditione ut electus eorum suffragio sacerdos continuam ei Capellæ obsequium exhiberet; pro annona autem et habitatione suâ aream Castri juxta domum suam hospitium, et auri florenos triginta quotannis per patronos suos exsolvendos percipieret. Hæc de Capellaria nunc per transennam; cum mora alibi enarrabo.

Egregium pietatis opus sic testamento voluit, sic decrevit; quod paulo post e vivis excedens, et

Sepulchrum Fundatoris et Fundatricis. —

dimidiam sui partem Dñæ Centulian, de Bretis superstiten, relinquens sua morte confirmavit. Defuncti autem cadaver in praedictam B^ae^ Joannis et Ludovici apud Dominicanos erectam a Patribus et a sede sua advivere auctam, et instauratam aedicula devote ac splendido funere pro vitæ meritis, et pietate suae consortis illatum, nunc (proh dolor) sub dio et ruinis jacet erasa per Castrensium furorem Monasterio; cujus ut brevi futuram instaurationem, sic sui quoque corporis futuram quandoque in ea extremi Judicii die quae nota est Domino resurrectionem exspectat; ibi interim quiescens, ibi dormiens et sepultus cum Patribus suis.

Brevi post Raymondi obitum, unius circiter mensis intervallo Reverendus in X^to^ et Christi vice totius Ordinis Carthusiensium Pater et Praepositus Generalis Dñus Helisarius cum illius defuncti extremam, in Conventus destinata fundatione, ac hereditaria institutione voluntatem, rescisset, dedit cujus in mandatis Ven^i^ Patri Dño Bernardo Botas vicinioris Lupateriæ Carthusiensium, tunc Priori, ut castra quamprimum ad aedificandum (quia jam Centulia apposita erat ad vivum suum) ejusdem Raymondi hereditatem suo ac totius Ordinis nomine se conferret. Ille jussa suscipiens quam citissime implevit, et non a septembris ipsissimet anni die tanquam Raymondi haeres de Castrensis authoritate Curiae in omnium illius rerum possessionem cum inventarii ipso die confecti, aut ad conficiendum capti beneficio admissus fuit. Eodem tempore Dña Centulia, ut praetactum est, a Domino evocata est, et discedens ab infimis, ac decedens adjuncta est ad eum, cui vivens inhaeserat vitam suam, cujus capta conjuncto et conjugali amore prosequens dimidiam hereditatis suae partem, Conventui de Bosseto per eumdem destinato, extestamento intra octavam Nativitatis B^ae^ semper Virginis Mariae condita reliquit, ac presso pede vestigiis inhaerens mariti Capellaniam in S^to^ Joannis Evangelistae aedicula intra ejusdem B^ae^ Mariae de Platea Ecclesiam in Castrensi urbe fundavit, quam sub similis obsequii modo et annuae pensionis dote quibus aliam Raymondus fecerat institutam, juri ac nominationi Conventus similiter subjecit. Sicque factum est, ut qui vix pedem in defuncti Raymundi hereditatem D. Botas immiserat, statim in Centulicæ jura et praedia pro dimidia parte desiliret: et facta divisione cum nobili Amelio Alberti Centulicæ nepote vel consanguineo et Conventus coheredi totae cujusdam territorii, reditus, jura et jurisdictiones, omnimodam pro sua et Conventus parte acciperet; quibus adjunctis factus est non mediocris bonorum cumuli totius fere quinquennio Administer, non solus tamen; sed collegam semper habens D. Arnaldum Fabri ab anno 1368 Rectorem novae plantationis institutum: erat igitur iste in actis Agonothetæ nomine, sed pugil opere; ille autem in agendi modo et consilio Brabeuta. Ac non segniter agens ad Comitem, cujus est terra de Bosseto quantum ad Dominationem attinet accedens concessam Raymondo licentiam futuri favore Conventus fidei sacramento eidem ut moris et juris est praestito, pretioque ut alibi

exponetur persoluto renovandam curavit: quod ut petiit accepit a Dño Joanne prædicto Comite latis super hoc admortisationis litteris tertia die novembris anni 1362, quas hic perstrictim refero, postea fusius inter Comitum beneficia describturus.

Coteram, priusquam ædificii opus cogitatione regulatis adiuum aggrederetur, regis primum fundamento niti voluit, veritus ne si Rege irrequisito, aut requisitis non parente quidquam moliretur illi ex Evangelio insipienti similis efficeretur, qui domum in terra sine fundamento ædificans illisa in eam flumine cito cadem et ruinam illius magnam experta est. Quapropter cum Dñs Arnulphus Francie Maresscallus in partibus Occitaniæ moram faceret, et vices regis ageret, ad eum accessit et facultatem quidem Conventus exigendi in loco de Bossaco, et bona usque ad quingentas turonenses annuas libras intra Tholosæ et Carcassonæ senescallias acquirendi et possidendi petiit et gratis accepit; et concessionis diploma ab eodem Duce 18 decembris anni millesimi trecentesimi sexagesimi tertii expeditum in forma et sigillatum obtinuit.

His pro operis fundamento positis gemina suffultus authoritate regia novam cepit exoriri fabricam, cujus cum ingentem molem laboris plus quam sui cerneret, cujus insuper promotorem citius extincto parente et fundatore non haberet, et pecunias pro majori parte in comitis fiscum pro loci admortisatione, ac complures alios loci dominos et hæreditatis creditores pro censuum extinctione nominumque dissolutione transissent aut brevi transiturae essent, claustri cellarumque opus tenuiter ex vili, sed firmo satis pro materia cespite, cujus non pauca etiamnum superstant vestigia inchoavit, cæpitque humilitate promeruit eam Dominum illustriori postmodum opere decorari. Cumque in dies magis magisque commisso sibi fieret intentus operi, et omnia satis ex animo et Ordinis voto in ea domo succedere cerneret, optatam et designatam a te suisque Lupateriensibus Monachis de qua supra meminimus domus suæ ad locum Capitularis servii translationem aut differendam, aut penitus omittendam censuit; magis ex re futurum Ordinis existimans, si quæ Lupateriensis erant, aut futura erant bona, Castrensi domui devenirent. Unde utcumque toto quo huic adfuit tempore conjunctim sic regebat quasi futuram quandoque unius Domini ac Domini Domum: donec saniori consilio visum est Ordini ac Capitulo illius Generali suum cuique sigillatim Domui solum Respectum esse, cum certum sit pluribus intentum singulis minus sufficere.

Itaque anno 1366 die Maii septima, coacto et residente in majori Carthusia eodem Capitulo generali D. Arnaldus Fabri ejusdem Ordinis et Caturcensis Carthusiæ alumnus vocatus ex nomine novæ Domui de Bossaco datis ad hoc de novo litteris præfectus est in Rectorem: ut testius Ordinis nomine ac vice tanquam ipsius Procurator ad hoc specialiter electus locum ipsum, domum inchoatam, et quidquid ad eam

pertineret ex causa hæreditatis D^ni Raymundi Joyssæ recuperet.

Ille festinans perficere quæ acceperat in mandatis Castras accessit, et hæreditatem quidem de novo adivit 18 nimirum Junii ejusdem anni die, et inventarium denuo conscribi fecit, quo tam hospitium in quo morari Raymundus fundator olim habebat quam reliqua illius bona mobilia pariter et immobilia complexus est; et novellæ deinceps plantationis hujus in juventute sua solus curam egit, non tamen diu; quippe qui anno sequenti successorem accepit D. Stephanum de Coderco primum Prioris nomine ibidem insignitum.

Quin nec quietæ quidem ab paucis illum egit temporis: nam ab officialibus regiis ob bona D^næ quondam Castellæ a Rege nobis necdum asserta perturbatus est atque illius impedimenti molestiam amovere, et ad manum mortuam ea conventus bona tenere in perpetuum posset, exactus est in Regis erarium ac tholosæ thesaurariam centum viginti tres libras turonenses, accepta solutionis schedula, sextæ mensis Februarii subsequentis die conferre.

In duobus illis Rectoribus Carthusiæ Castrensis satis amplo erumpenti foramine portam aperui, cujus fluxum in D. Stephano eorum successore ac Priorum primo prosequerer, si mihi propositum esset hoc loco res ipsas per Priores inducere: sed cum singula quæque gesta (de procujusque loquor) in plures inciderent nescindatur eorum narratio, sed suam ubique integritatem sortiatur placet magis rerum gestarumque pila deducere, ac portmodum extremo labore series et acta inducere, quorum curis et sudoribus ac per eos ductis rivulis in altum latumque fons parvus excrevit. Opus nimis difficile: ne dicam impossibile, si illud servata annorum ac temporum serie vellem explicare: quippe cum omnia fere scripturarum quæ in Bellovisano conventu erant monimenta illius direptione et conflagratione perierint, nihilque prope modum superstit nobis ubi memoriæ proditum sit quot et qui ab illo D. Arnaldo Rectore, Priores extiterint, quidquidque eorum in reditum acquisitione, ædium structura, et tum exteriorem in lapidibus ornatum, tum interiorem in monachis, quæ spiritalis est omnis, contulerint. Initar nihilominus ex Recognitionum computorumque libris et cartis quæ incendium evaserunt, nostris quæ Tolossensi ac tholosæ Archivis asservantur id enucleare; et, si non omnia majoris tamen pondoris aliqua servato rerum magis quam temporum ordine quam dilucide ac breviter fieri poterit explicare. Quod ut assequar, rem omnem in aliquot articulos digero, quibus enarratis omnem Carthusiæ Castrensis statum ab eo qui prima jecit fundamenta usque ad ultimum qui illorum evulsionem et totius status eversionem vidit abunde satis aperuero.

Primo igitur unionis Ecclesiarum et Capellaniarum proponam. 2° Comitum Castrensium Galliarumque Regum privilegia, immunitates et indulta alia, plurimaque diversorum Mecenatum beneficia et dona adducam. 3° acquisitiones bonorum quovis titulo exponam. 4° negotia præcipua et progressus rarie deductos exsequar. 5°

Castanea N: 4:

Unio Lupateriæ. –

5.° totius ædificii statum, monasteriique intus et foris ornatum, tam scriptis quam earthæ delineatione figurabo. 6.° eiusdem clausulam qua omnia ruina miserabili, et omni lachrymarum fonte defendo casu concussa et consumpta sic fuerunt, ut ab egregio et visendo in admirationem stata in extremam quæ nunc opprimuntur calamitatem devenerint. Ultimo seriem Priorum, conseriamque ex eorum nominibus ac gestis velut annulis catenam vetustatis mole consepultam in lucem adducam, et ab anno 1367 ad hodiernum usque diem extensam ob oculos ponam.

1.° Unio Ecclesiarum et Capellaniæ (hoc titulum non est in ms.to)

Ab Ecclesiis ordior et dimissam supra in procinctu transmigrandi Lupateriensem domum hic revido, hic recupero; cui in deserto commoranti D. Bernardus Botas Prior suus multa de Cartusiensis Coloniæ quam sedulo explorarat situ, et commodis enarrans terræ velut promissionis fructus ostendens ingessit desiderium eam quam citissime transeundi. Quod equidem quia cito ad effectum deduci non potuit utique domui non parum nocuit: cum Cartusiensium reditus operi suo efficiendo non satis essent, et Lupateriensis monachos loci horror et rerum penuria fatigarent, Anno autem millesimo quadringentesimo vigesimo tertio utique domui bene provideri, et malis adhiberi remedium cœpit; cum a Capitulo generali tertia Maii in Carthusia celebrato emanavit decretum, ut Priori et conventui de Bellovisu liceret Lupateriensis domus et quæ illius erant bonorum unionem patere et inspectatam in perpetuum servare, ea tamen conditione ut prædictorum, fundatore, patribus et Benefactoribus illius quater in anno perpetuis temporibus a monachis Bellovisus solenne Anniversarium celebraretur.

Ventum est ea causa ad Reverendum Dñum Gaufredum Carcassonæ ea tempestate Procuratorem: qui assensum postulatis præstare requisitus ad Lupateriæ monasterium aliquot stipatus e suo Capitulo Canonicis venit, eumque omnia diligenti perlustrasset intuitu, ac loci rigorem, reditum tenuitatem et ædificiorum ruinas visu sensuque comperisset, querelas etiam trium qui illic tantummodo degebant Patrum audivisset, eorum mis ertus est, ut ad domum Bellovisus se unaque transferrent ea conditione concessit, ut Ecclesia Lupateriensis non penitus deserta et inculta remaneret vel in profanos usus deveniret, sed honeste teneretur et debite reparata servaretur; quatuor insuper quæ prædicta sunt Anniversaria pro Lupateriensis Carthusiæ fundatore, patribus et Benefactoribus singulis annis per Bellovisenses Monachos redderentur; acceptique quoque a se beneficii memores existerent, et sua causa unam de Spiritu Sto missam quotannis agerent, quamdiu ipse persisteret in humanis, cum vero indecessisset unam solenne Anniversarium in Necrologio domus describendum, 2.° Januarii cujusvis in posterum anni celebrarent. Quæ ad longum descripta in patentibus ejusdem Dñi Gaufredi litteris Decima septima Decembris anni millesimi quater centesimi vigesimi tertii rerum veritatem velut objectam oculis et

Unio Lupateriæ. –

translationis necessitatem naviter ostendunt.

Hanc Gaufredi concessionem veritati Petrus viribus semper non posse subsistere, minimum si in Ecclesia Carcassonensi surgeret aliquando Pharao qui Joseph non novisset, et quæ Gaufredus egerat improbans irrita facere cogitaret. Apostolicæ sanctionis et confirmationis robore faciendam censerent, et sedata tandem Ecclesiastici dissidii tempestate Dnum Martinum quintum Summi Pontificatus apice fulgentem anno 1427° supplicibus ea de causa scriptis conveherunt. Qui datis sexta Januarii die litteris ad Dnum Bertrandum Roberti Archidiaconum Rodesii in Ecclesia Narbonensi litteris, cum ma vice delegavit, ut rerum quæsita et comperta veritate factam a Gaufredo Episcopo et Capitulo suo Lupateriensis domus cum Castrensi unionem confirmaret, et si qui cum ea fieret intercedissent defectus sua et Pontificia authoritate suppleret.

Eodem anno Robertus Apostolicis obsequutus mandatis, vocatis testibus rei veritatem scitari cepit, et cum omnia Gaufredi litteris enarrata, et causas quæ illius animum ad eam unionem permoverant omnimoda fulciri veritate reperisset, dicto super hoc processu prima Martii ejusdem anni die prædictam unionem et quæ eam subsequuta erant commissa sibi Dnæ Apostolicæ Sedis authoritate roboravit; comminatus Ecclesiastici fulminis ictum tum ipsi Gaufredo tum cuilibet alii qui deinceps Carcassonæ præessurus esset qui ipsi Conventum et monachos de Bellovisu in translatæ domus usu et possessione perturbare quandoque attentaret.

Subsequuta protinus hoc sydere Patrum Ordinis in comitiis generalibus bina ordinatio monachos de Bellovisu uti possidebant impulit; qui jussis parentes et tanto consensu Ordinis, Episcopi et Summi Pontificis velut funiculo triplici non facile rumpendo communitæ domum Lupateriensem, illius monachos, Fontiani ac Villardonelli Ecclesias Capitis Servii et Pesensi bona, reditus, hospitia et res omnes cum scripto possessionis actu in ea suscepserunt. Quæ etiam omnia Gaufredo Presuli pro se ac suis nec ulla unquam ignorationis causa prætendi posset secunda septembris anni millesimi quadringentesimi vigesimi octavi die tabulis exarata publicis per Notarium acta nota esse voluerunt.

His subnixi actis Lupatarienses quidem monachi in Castrensem demigrarunt Conventum, suum vero omni penitus habitatore destitutum Deo et tempori dimiserunt quod postmodum succedentibus sibi invicem casibus funditus tandem collapsum indigne est, hodieque locus ipse omnis virgultis ac sentibus obsitus inculto squallore marcescit: ut difficile illic unquam monasterii quicquam exstitisse credens, nisi Ecclesiam adhuc videres. Castrenses autem Lupatariensium res omnes pleno deinceps jure possederunt, ipsamque possessionem suam novis Nicolai quinti Summi Pontificis tabulis anno millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, duodecima decembris die pro gestorum rati-habitione ad perpetuæ firmitatis robur donatam, in posteros transmiserunt, ut hoc quidem Lupateriæ in

translatio bonorum Lupateriæ.

Bossacum transpositio cetera quoque quæ sibi obtigerant secum attraxit bona: de quibus quia supra multa diximus; quæ ad hujus articuli complementum necessaria sunt hic solummodo perstringemus.

Fontianensis Ecclesia inter reliqua primatum tenet; in qua Vicarii presentationem certam habemus, et de quatuor trinam fructuum decimalium partem percipimus. Utroque jure pacifice semper et conventus de Bellovisu usus est, et nos hodie Cholsani eodem quoque sicut et hospitio quod in arce Fontiani superest nemine refragante gaudemus: suntque apud nos monimenta quamplurima quibus constat per singulas Vicariorum (Rectorum dicunt) mutationes, nominatos a nobis presbyteros a Carcassonensibus Episcopis quorum est Ecclesia Fontiani in forma digni (ut vocant) titulum, admissos eam in hunc usque diem gubernasse.

Villardonellensis Ecclesia ordine sequitur quæ quo tempore ac rerum ordine Lupateriensibus obtigerit et firmo nexu assecta fuerit quia fusius satis superius explicavi, superest hic solummodo dicendum, eam cum Lupateriæ Monasterio in Castrense translatam, in ejus semper dominio cum hospitio quod Villardonelli est permansisse; quomodo vero super dimissa, et illius loco parochialis Ecclesia Stæ Petri de coquinis Cholsæ nobis unita fuerit hic supersedeo dicere, dicturus aliquando si Deus voluerit, cum res et Priores Carthusiæ Cholsanensis exsequar.

Capitis-servii et Barthæ bona pariter in Bellovisus Conventum hac constatione devoluta ei permanserunt: sed caput-servium usque ad annum 1430 possessum eodem anno per Conventum Priore Avenionem solemni electione evocato destitutum 19 februarii in feudum et emphyteosim perpetuam sub pasquarum, censumque omnisque dominationis jure Petro Gauterii Villardonellensi traditum fuit, et nunc usque ab illius Gauterii posteris sub nostræ directionis jugo possidetur, Barthamque vero ab omni onere et alieno jure liberam, et amortisatam Bellovisenses aut propriis excolere manibus, aut alteri fruendam sub certo pretio, ut nunc facimus conduxerunt.

Pesensi Boria simul cum Lupateria in castrensem monachos influxit, eamque similiter exemptam, et quotannis sub fructuum redemptione colonis collocatam in nos posteros nostros uti eam receperant transmiserunt.

Quæ vero Carcassonæ Lupaterienses emerant hospitia et census jura utrum in Bellovisenses Conventus devenerint, aut Lupateriensi ante translationem defecerint incertum habeo, et cum eorum nec usum habeamus, nec ullum in archivis nostris monimentum, silentio præterea undum puto.

Unio Ecclesiae Sti Petri de Avitibus. -

Habes, lector, hucusque integram ac numeris omnibus absolutam Lupatiensis Carthusiae ac rerum ejus cum Castrensi unionem, nongratis quidem; sed juxta Gaufredi Visconti mentem, ejusque et Capituli generalis de quo supra memini decretum, cum oneribus non paucis factam: nam et quatuor quovis anno Anniversaria pro Lupatiae fundatoribus per Bellovisenses reddita, et in capitulo semper illorum memoria repetita et persolutae preces fuerunt; quem nos quoque Ithobroe morem religiose observamus, ne ingrati in illos animi vitio laboremus.

A Lupatiensi Ecclesia ut proclivia Bellovisensium excursus uniones, ad alias transeo, et vicinores Conventui origineque coetera antiquiores prius recenseo: quamvis quo tempore processerit et utilitate praecellit Ecclesia est Sti Petri de Avitibus, quae initio quidem extranea, postmodum commutatione facta est intima. Igitur illius quoad nos originem investigans reperi eam, anno 1318, 22 Februarii a Joanne 22° Summo Pontifice, altero sui Pontificatus anno cum aliis compluribus Beneficiis Capitulo Sti Petri de Burlatio tunc primum collegiali effecto in dotem fuisse assignatam; duodecimo vero ejus pontificatus anno qui vigesimus octavus supra millesimum, tricentesimum erat 2° calendas Martii illius Ecclesiae Vicarii praesentationem eidem Capitulo fuisse attributam.

Gregorius vero papa undecimus anno sui sedis quinto, 14 maii qui a nato Redemptore millesimus tercentesimus septuagesimus secundus fuit cum tenellam nostri conventus plantationem penuria facultatum velut arescentem cerneret, suis eam beneficiis voluit irrigare ut ramos in altum expanderet, et Monachorum necessaria usui bona et aedificia haberet. Itaque de causa Ecclesiam Sti Martini de Loderiis ea tempestate vix octo parochianis constantem Castrensis Visconti collationi subjectam Conventui de Bellovisu, media parte fructuum pro Vicarii perpetua pensione reservata in perpetuum univit.

Gregorio defuncto qui in sede ejus Avenione se immisit Clemens dictus septimus anno millesimo tricentesimo octogesimo primo, datis 24 Aprilis Bullis alteriis factum suo confirmavit, et de novo fecit.

Cum de his sic ageretur Ecclesiis, et quae de Avitibus ad Capitulum Burlatii pertinebat vicinae esset Conventui, imo intra illius limites ipse conventus existeret; e contra vero quae de Loderiis Conventum spectabat Ecclesia Conventui remota et Capitulo est et finitima, eaque res sic constituta utrique incommoda esset et molesta, visum est transponere possessiones et vicinioren Burlatio Loderiensem illi Capitulo a Conventu cedi, Conventui vero conjunctam Avitensem Ecclesiam a Capitulo per commutationem, sub Summi Pontificis beneplacito uniendam resignari. Iodere habita in Carthusia tractata 11° Januarii anni millesimi tricentesimi nonagesimi secundi visum est congregatis in Capitulo Patribus

Unio Ecclesiæ Stæ Petri de Aïtibus.

A fieri debere, ac ne Dñus Bernardus Turgonis eo tempore Lodevensis Ecclesiæ vicarius futuræ permutationi obstaret et se ab ea deturbari Ecclesiæ non permitteret; ut illius indemnitati consultum foret, eamdem Ecclesiam libens ipse in favorem Burlatensium resignaret, triginta florenorum annuæ pensionem quoad viveret annuam concedi, et a seipsis eidem persolvi decreverunt, et ut ita fieret Procuratores eadem die constituerunt.

Cum vero hac tempore universa Ecclesia gravi, et omnium gravissimo schismate laboraret; et duo contra naturam soles, unus Romæ Urbanus sextus, alter quem dixi Avenione Clemens appellatus septimus Orbi et Sedi Pontificiæ illucerent, tota vero Gallia et Hispania huic adhærerent, precibus ab utraque imis et summis offagitari, et ut Conventus noster et Capitulum prædicta vota susciperet, commutationemque propositam approbaret vehementer obsecrari cœpit. Ille supplicationem benigne admisit, et commutatis ut senior Jacob super Ephraim et Manasse manibus Lodevensem Stî Martini Ecclesiam a Gregorio antecessore Bellovisensibus addictam, adjuncta insuper eidem a se Stî Stephani de Cahusaco Ecclesia Burlatensibus Canonicis esse, et in perpetuum remanere voluit; datam vero illis a Joanne 22° Avitensem Ecclesiam ab eorum manibus abstraxit, et Carthusianis de Bellovisu monachis eo modo, jure, ac redita quo eam Burlatienses possederant datis 23ª Februarii, ultimo suæ sedis anno qui a Christo anno millesimus tercentesimus nonagesimus tertius numeratus est Bullis unire in perpetuum sanxit.

Qui Clementi Avenione subrogatus est Benedictus vocatus tertius decimus anno sequenti res gestas, ma voluntate ac Bulla 19 septembris luce roboravit, sed fluctuante Rom. Eccl. nave ista cymba vacillabat, donec post unitatem et pacem Ecclesiæ per Constantiense Concilium compositam, prædicta unio Bullis Clementis, ut dictum est septimi, Benedicti tertii decimi; Martini item quinti et Eugenii quarti compacta suum sortita est effectum; et interim Dñus Jordanus de Castillione apud Bellovisum monachus et procurator ejusdem Avitensis Ecclesiæ liberam et sine turba possessionem consequutus est; cum Burlatiense Canonici Lodevenses cum annexis pleno jure, pace, ac possessione gauderent. Deinceps vero sancita nobis Avitensia jura et fructus integre possessi (dempta pro Vicarii perpetui sustentatione tertia fructuum parte) sine ulla unquam diminutione, ac præcul ab omni jurgio et lite permanserunt. Vicarii quoque nominationem nemo nobis eripere, aut nostro in ea parte jure gaudere præter Sedem Apostolicam, cui merito id deferendum est unquam potuit.

Qui cœperat crescentem ita Conventus Bellovisanæ humum, suæ benedictionis imbribus irrigare Deus opt. max. aperto velut fonte majorem cœpit in dies aquarum copiam, ne picatam, paterentur effundere;

Unio Ecclesiae Sti Joannis de Grasano. -

Iam cum necdum Biterensis Ecclesia decreto Pontificio plene obtigisset, Dñi Bartholomaei Biterensis quondam Episcopi ac totius sui Capituli Canonicorum beneficiis accessio et influxio nova superveniit. Illi enim benevola in Carthusiensem ordinem pietate proni ut coeptis Bellovisensibus faverent, ac de suo inchoatum opus Ecclesiae, cellarum, aliorumque aedificiorum in melius promoverent, Prioratum Sti Joannis de Grasano ruralem, et sine cura cum annexa eidem Sti Vincentii Ecclesia in Biterrensi confinio habito inter se tractatu atque unanimi consensu Conventui de Bellovisu perpetuam, in Magistri Petri Nigri notarii Biterrensis notulis 19 Aprilis anni 1394 scripturam, in perpetuam unionem concesserunt. Iam vero Episcopi et Canonicorum donationem qui tunc Avenione Pontificatus maximi munus agebat Clemens vocatus septimus 17 Kal ejusdem anni ratam esse voluit, et publico suae authoritatis diplomate confirmandam duxit: Qui autem in Clementis regimine successit Benedictus post editam a se de omnium abrogationem unionum, constitutionem novae Bullae decreto hanc Biterensis Prioratus unionem Bellovisensium amore monachorum viribus stare, perpetuaque duratione donari tertia decima die maii anni millesimi trecentesimi nonagesimi sexti voluit ea conditione ut quamprimum cedente vel decedente illius Ecclesiae qui tunc erat Priore, liceret Conventui illius possessionem authoritate propria, nullius que requisito consensu confestim apprehendere. Quod et factum est; non statim quidem, sed octennio post, anno nimirum millesimo quadringentesimo secundo, die Januarii vicesima prima, qua in vim concessionis supradictae Conventus ipse vacantis illius Ecclesiae jus et possessionem, nullo postea tempore perturbatam, adeptus fuit; et decimalia quidem frugum et vini cum Episcopo, olivarum autem cum Capitulo pro dimidio semper divisit; trium autem olivetarum fundi beneficiarii circa praedictas Ecclesias olei hordeique censu gavisus fuit.

Simili commotus pietate Dñus Joannes Boucherius Vasconensis Episcopus prodecessoris in altum Conventus sui favoris, manuumque flatibus benigne aspirare voluit: cum anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo, tertia decima septembris die supplici Patrum libello innuit assensum ut Ecclesia Sti Cecilii quam dicunt de Montancarum cum annexa sibi Sti Fidelis alia Ecclesia in eadem Diocesi secus Issensum sitae, quae tunc temporis Dñi Guillelmi Gilberti Rectoris curae subjacebant eodem decedente vel cedente Conventus Bellovisani Dominio, reservata nihilominus sibi ac successoribus suis nominatione vicarii deservirent, Ea de re suas eâ die litteras edidit: quibus ne quid in posterum objicis opponeretur, gemino ea fulcro stabilivit, consensu nempe Capituli totius sui, et lata ordinatione Octobris duodecima proxime subsequentis diei; qua et vicarii perpetui institutionem condivit, et eidem vicario quod satis esset ad obsequii sui remunerationem tribuit, reliquum vero Conventui assignavit; ut scilicet cum unicuique

Unio Ecclesiæ Stæ Cæciliæ. –

pars ma certa esset et cultibus obviam iretur, et firmata justitiæ qua suum cuique tribuitur legibus pax in perpetuum servaretur. Itaque futuro vicario totum manuale, et oblationes Ecclesiæ et conventui cum domo contigua, vinea et prato; reliquorum vero fructuum et obventuum, ex decimis quorumcumque dinidiam partem in dotem perpetuam contulit, residuam vero partem dimidiam Bellovisensibus monachis nullo non tempore possidendam dimisit. Unde factum est, ut cum antea illius Beneficii fructus ab Episcopo et Rectore dimidiatim possiderentur; deinceps in quatuor subdivisi partes fierent; quarum Episcopo duæ manerent, tertia vicariæ perpetuæ, quarta Carthusianorum de Bellovisu portiones existerent; qui modus in hodiernum usque diem observatur.

Verumtamen ne quid debitæ solennitatis in hac Episcopi concessione deficeret unde postmodum per successores Episcopos turbarum, aut litium molestiæ procederent, per Apostolicam Sedem ab Nicolaum quintum ejus possessorem anno suæ dignitatis quarto, qui quinquagesimus supra millesimum quadringentesimum fuit, duodecima Septembris integre suppletum fuit. Ille enim precibus a Conventu pulsatus ut Venerabilis Episcopi præfatam donationem approbaret officiali Castrensi mandavit; ut de postulatis inquireret et si preces veritate niterentur, et Guillelmus Gilberti Rector Cæcilianam cum annexa Ecclesiam dimittere paratus esset, resignatam reciperet, et Conventui de Bellovisu annecteret, constituta nihilominus cedenti Gilberto quam ex ratione postulasset annua pensione. Quod ut supremus Pater voluit sic per officialem illum triennio post effectum fuit: cum scilicet ipse decimus jam plenus Gilbertus 13 augusti anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi tertii ut se diu tolerati regiminis onere relevaret, in manibus officialis susceptam deduxit Ecclesiam, resignans locum Conventui fecit, ut quos Episcopalis ac Papalis authoritatis jure ac decreto merebatur fructus, data eidem Gilberto quadraginta quinque florenorum auri quoad viveret annua pensione per prodictam actu publico possessionem reciperet. Quam die dictam, anno tandem supradicto, sexta Septembris luce solenni ritu et ingressa per Procuratorem suum Conventus accepit, et acceptam, ut nunquam postmodum dimissam, aut alla in parte intermissam in nos usque qui in præsentiarum Thesaurarii regimus transmisit.

Lugeat calamo, perörras, et prætervolare Podiocherici sensem finis Ecclesiam cum præterlabiens tempus metam, citius recensens Cæcilianam: revoca in album tuum vel sero illam loco quidem (qui te hujus proximitate decepit) remotiorem, sed fundatione sua et unione nostra longe antiquiorem; et enarra illius Prioratum dimembratum anno 1319 mense Januario ab Illustrissimo Dño Arnaldo S.R.E. Stæ Lus-tachii Cardinali illius Priore in duo membra divisam; tunc que ab eodem Vicariam perpetuam

Unio Prioratus de Podiocherico.-

inibi constitutam, et Vicario dictam Dño Joanne 22° Romano Pontifice, et Dño Petro de Rupeforti Carcassonse Antistite approbantibus congrue assignatam; postea vero per Benedictum 13um Avenione continentem 11a Decembris anni 1406 eidem Conventui unitam. Illa enim nova prioribus adjiciens benefacta, ut inopiæ Conventus tunc temporis ob bella, sterilitatem, et pestem in reditibus suis non mediocriter imminuti subveniret, et Ecclesiæ optata Dei interrupta compleri faceret Ecclesia Podiocherici prædictæ partem fructuum, quæ Priorem spectabat, et ipsum cum juribus suis et Vicarii præsentatione Prioratus, eidem Conventui ea conditione adunavit, ut cedente vel decedente qui tunc erat Priore integram illi ac nunquam deinceps avellendam liceret possessionem adipisci. Utque suum in hac re manus ex omni gratuitum parte sentiretur, Annatam quoque primo accepti Beneficii fisco persolvi Pontificio consuetam libenter indulsit, et uno eodemque actu 10 Junii anni sequentis die quod de Stæ Petri Aritensis Annatæ persolutione inferebat gratis Conventui remisit. Cum vero Dnus Rynaudus de Medullione cum de Podiocherico Prioratum illis diebus gereret ut concessa unio suum celeriter sortiretur effectum, constitui sibi a Conventu centum florenorum auri pensionem annuam, quamdiu superesset in humanis petiit, constituta est ut voluit; cessit Beneficio; et Conventus in ejus locum 25 Junii anni supra millesimum quadringentesimi septimi data per Notarii scripturam possessione substitutus fuit; quam nemo deinceps convulsere, aut vel modicum labefactare conatus est. Vicarii quoque per nos electi oblationem et offerendi potestatem Carcassonenses Episcopi licet quandoque invidierunt; intactam tamen hucusque nobis ut innumeris quos dudum coacervavimus et studiose nunc servamus actibus constat reliquerunt.

Ad est ultima omnium, dissereuda nobis Ecclesia, seu Prioratus ruralis sine cura Stæ Michaelis de Monte Fenesio Caroli magni Gallorum quondam Regis et Imperatoris, ut traditur, opus in Diœcesi Stæ Pontii, uno aut altero milliari ab urbe Syrani distans quæ e manibus Dni Guillelmi Boucherii ejusdem Prioris et Canonici Lerinensis in Bellovisensis possessionem domus anno Dni millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio eodem ipso tempore quo Cocilianæ per Dnum Joannem Vauri Episcopum istius affinem consimili amborum propensione pariqué beneficentia transmigravit; cum per illius consensionem sola decem librarum annui reditus ad vitam pensione reservata Nicolaus quintus supremi Pontificatus apice præeminens mense Januario ejusdem anni Ecclesiæ prædictæ incorporatione datis in forma litteris Bellovisanos in perpetuum monachos donavit, et officialem Castrensem, cui etiam Cocilianæ conjunctionis, ut supra dictum est, provinciam demandarat, ut et Boucherii Prioris dimissionem et Conventus adeptionem

Unio Ecclesiæ Stⁱ Michaelis - Capellaniæ -

reciperet sua vice delegavit. Qui jussa suscipiens 14 februarii ejusdem anni perficiens Fioratum Boucherium conventus amore resignantem, solaque certum superiori pensione detituit, et Conventum resignatæ possessorem Ecclesiæ subrogavit; brevique postea dierum intervallo 16ª martii ejusdem anni die in possessionem induxit.

Quantum potui Ecclesiarum et Fioratum Castrensis Laurae seriem exsequutus sum; superest ut Capellaniarum non tam utilitatis quam honoris titulos et jura describam: quarum quae antiquitate prodit ut nobis est honori, sic et oneri; patienter tamen, imo et jucunde authorum illius amore fordus ferimus; cum ex illorum defendeat ultima voluntate, sine quâ nos hoc loci neque voluntatem, neque situm haberemus. Eam autem inducens ad superius scripta regredior et omni veneratæ recolendam, nobis Dñi Raymundi Sayssæ ac Centulliæ de Bretis conjugum, memoriam, repico. Illi enim qui nobis testamento manus adjutrices porrexerunt, eodem nos duplicis capellaniæ Castris deservicndæ onere obligarunt: Illæ quidem in edicula Ss. Joannis et Ludovici apud Stⁱ Vincentii Ecclesiam, suis sumptibus instaurata; hæc vero in Stⁱ Joannis Evangelistæ capella intus Bᵗᵃᵉ Mariæ de Platea templum, ab uno sacerdote per conventum eligendo missas celebrari, aliaque pietatis officia continue exhiberi; eidem vero Domui in ea civitate cum triginta florenis auri annuis a conventu assignari suo quisque testamento anni 1361 decreverunt.

Id uti decretum, sic a majoribus nostris illico exsequutioni demandatum fuit; et Dñus Guillelmus Conilz primus ad id devotæ operis atque obsequii manus peragendum, a Raymundo fundatore destinatus, a suis quoque patribus inductus eam in se provinciam, et cum illa domum (partem scilicet nostræ quæ thesaurariam contigit) et reditum triginta florenorum auri qui eâ tempestate quæ pecuniæ pariores et rerum venalium pretia viliora erant justam et condecentem sacerdoti alimoniam conferebant suscepit, eaque contentus habitatione et annona usque ad annum millesimum trecentesimum octogesimum tertium quo agere humana desiit Capellaniis obsequium exhibuit. Decedens vero ut grate in conventum animi testimonium perhiberet, et Dñi Raymundi authoris in hac parte sui vestigiis inhæreret quæ vivens a patre et patris acceperat cumulate in Beneficos refudit suos: cum testamento suo quinta decimâ Julii ejusdem anni conscripto omnes quos apud Stⁱ Germerii vice comitatus Lautricensis locum in frumento, pecunia, gallinis, aliisque id genus rebus possidebat reditus a se pridem acquisitos eidem Conventui in perpetuum legavit; ut nimirum concessæ sibi pensionis onus ea ratione relevaret. Cernebat enim

Capellania Fundatoris.-

occupatis circa monasterii edificationem, stabilibus summas florenorum auri annuatim persolvendas inter tot impensas intolerabiles evadere; praesertim cum illi biennio ante de nimia gravitate ponderis apud Urbanum Clementem, dictum, septimum, qui Avenione Papam agebat expostulassent; atque ut florenos auri in pauperis usum conventus, ac ordinem ejus complementum, concederet enixe obsecrassent. Et quidem, ille postulatis favebat, et Castensi Decano ut postulata concederet 23 Aprilis anni millesimi ter-centesimi octogesimi primi authoritatem dederat; sed adhuc superstite Urbano Guillelmo Comite opus intactum remanserat. Illo vero e vivis sublato cum per biennium monachi circa Capellae obsequium negligentius agerent, aut de agendi modo haesitarent, sicque nec Capellis presbyterum, nec presbyter florenos auri vel aliud illorum loco congruum, destinare in animo habere viderentur, negotio ad Rdum Patrem et Generale Capitulum delato futuris praeceptis obviam ire voluerunt, et anno 1386°, Aprilis 17a Dominus Petrus Borias presbyterum, defuncto Dno Comitio substituerunt, hospitium castrense remiserunt, et frumenti acervum cofinum per Decanum Sti Benedicti decretam, singulis annis persolvendum, actis tabularii per Notarium addixerunt. Haec multo post, uno scilicet mense devoluto, ab eodem Generali Capitulo 22a Maii habito, ut id agerent (cui agendo sese jam devinxerant) serio et cum poenarum interminatione decretum emanavit.

Exinde ad haec usque tempora et Capellanus sacerdos, et sacerdoti in frumento et vino reditus permanserunt; hospitium quidem, per temporum vicissitudines, et Castensis rebellionem urbis qua Domus omnes postea erasae, et a fundamentis excussa fuit, Capellano deperiit; et Capellae cum Ecclesiis suis fundituus diruta ac prostrata ante oculos miserabiliter jacent. Cum vero sacerdoti extero id beneficium, a multis jam annis conferatur hospitio Castensi nihil opus est; sola ei sollicitudo est in sua ubi moram trahit Ecclesia binas singulis hebdomadibus pro utriusque fundi Capellania missas reddere; nos vero et sacerdotem cum vacat instituere et instituto devoti mercedem famulatus duas annuatim vini pipas, et frumenti cestaria sex (cum ex constituto non nisi quinque cestaria, et vini saumatas quinque acciperet) religiose persolvere curamus. Ultimam autem, ut in solutione servitii religiosi sumus; sic in altaris illius servitio sacerdotis Capellani fidelem, et sinceram religionem experiremur: nam illum quidem, ad solutionem consuetae praestationis exigendam, sollicite quotannis procedentem sentimus, ad deserviendum autem Capellae non ita sedulum esse ingemiscimus et dolemus. De me quidem, ita in hac parte sentio; Dei honoris et authoris magis fore, si vel hujusmodi Capellas et earum onus nostri Conventus assumeret, aut Conventui alteri illam deservienti curam, cum praedicto proventu annuo demandaret.

Capella Pargensis.-

A primeva nostra quam expressi Capellania, ad Pargensem Capellam gradum facio; quae in ripa fluminis Acuti extra Castras loco edito sita, ubi Thorenus amnis cum Acuto concurrens nomen et alveum perdit, nullius tamen inundationem, quantumlibet gurgites eorum intumescant vereatur, et prospectum habet ad occidentem camporum, libere et plane patentium. Ecclesia quidem quadro lapide super exesam ripam in ora fluvii constructa, coemeterium juxta se ac domum cum horto, contigua utraque in usum presbyterii habebat: eratque parochialis Ecclesiae Stae Fidis Capitulo Castrensi dudum unitae pars annexa, dependens ab illa, et sub illius Rectoris seu Vicarii perpetui cura et sollicitudine constituta. Frequens ad illam populi concursus; quia Bae semper Virginis Deiparae titulo insignita, multisque a sede Apostolica spiritualibus donariis et privilegiis ditata fidelium devotionem, et eleemosynam in repertabet, defunctorumque sepulturam, et pia pro illis precantium munera et oblationes non neglecti proventus recipiebat.

Haec cum eo splendore niteret Bellovisui nostro in emolumentum, venit et cum ea nominatus, et eadem nominandus nobis Clemens qui Avenione primarii jus Pontificii exercebat anno millesimo
1393 trecentesimo nonagesimo tertio Stae Fidis parocciam, cum omnibus annexis et juribus quibuscunque illico post cessionem, vel decessum, Rectoris sui Capituli Castrensi adjungi voluit; ab hac tamen lege Pargensem Bae Mariae, de qua nobis sermo, Capellam exemit, et datis anno subsequente ~~III Calendas~~ 22 junii nonis litteris eandem cum jure ac proventu suo Conventui nostri Dominio adjungendam, et a nobis deserviendam, aut deservire curandam decrevit; ut quo primum tempore Castrensis Capitulum praedictae unionis suae possessionem adisceretur, eodem quoque hujus Capellae usu ac fructibus Conventus noster gauderet, Dioecesani loci, ipsius Capituli, aut alterius cujuscunque licentia minime requisita.

Clementis ea decreta beneplacitum, successor Benedictus 5 Martii anni 1394 nova Bulla roboravit. Quinquennio post Rector Stae Fidis vitam cum morte commutavit, et confestim ipsam parochialem Castrensis Capitulum in se recepit; et Dnus Bernardus de Auris monachus et procurator Bellovisanus utriusque Bullae authoritate Pargensem Ecclesiam et quae ad eam pertinebant in perpetuum possidendam adeptus fuit anno scilicet 1601, Aprilis 27a. Et haec quidem sic decreta, sic gesta, sic possessa sed atis postea longissimi simul ac perniciosissimi schismatis dissidiis, pace tandem reddita cum exanthoritatis tribus, unus ac solus Romae totius Ecclesiae gubernaculo Martini successor hujusnominis quartus teneret, novo decreto novis litteris exarato firmitatis robur acceperunt, veriti minimum Patres ne sicut qui Capellam sibi concesserant Pontifices per constantiensem Constitutum abdicati ac sede pulsi fuerant, sic eorum aut excisa penitus aut necessariis firmitatis viribus imminuta videretur acta eidem hujusnominis cum solus placide sederet humillime

Capella Targensis.-

A primeva nostra quam expressi Capellania, ad Targensem capellam gradum facio; quæ in ripa fluminis Acuti extra castras loco edito sita, ubi Thoreanus amnis cum Acuto concurrens nomen et alveum perdit, nullius tamen inundationem quantumlibet gurgites eorum intumescant veretur, et prospectum habet ad occidentem camporum libere et plane patentium. Ecclesia quidem quadro lapide super exiguam ripam in ora fluvii constructa, cœmeterium juxta se ac domum cum horto contigua utraque in usum presbyterii habebat: eratque parochialis Ecclesiæ Stæ Fidis Capitulo Castrensi dudum unitæ pars annexa, dependens ab illa, et sub illius Rectoris seu Vicarii perpetui cura et sollicitudine constituta. Frequens ad illam populi concursus; quia Bæ semper Virginis Deiparæ titulo insignita, multisque a sede Apostolica spiritualibus donariis et privilegiis ditata fidelium devotionem, et eleemosynam in se fert habet, defunctorum quoque sepulturam, et pia pro illis precantium munera et oblationes non neglecti proventus recipiebat.

Hæc cum eo splendore niteret Bellovisui nostro in emolumentum venit. Nam eo sæpe nominatus et sæpe nominandus nobis Clemens qui Avenione primarii jus Pontificii exercebat anno millesimo
1393 trecentesimo nonagesimo tertio Stæ Fidis parœciam cum omnibus annexis et juribus quibus unquam illico post cessionem, seu decessum Rectoris sui Capitulo Castrensi adjungi voluit; ab hac tamen lege Targensem Bæ Mariæ, de qua nobis sermo, Capellam exemit, et datis anno subsequente ~~III cal. Jan.~~ 22 Junii novis litteris eandem cum jure ac proventu suo Conventui nostri Dominico adjungendam, et a nobis deserviendam, aut deserviri curandam decrevit; ut quo primum tempore Castrense Capitulum prædictæ unionis suæ possessionem adisceretur, eodem quoque hujus Capellæ usu ac fructibus Conventus noster gauderet, Diœcesani loci, ipsius Capituli, aut alterius cujuscunque licentia minime requisita.

Clementis ea decreta beneplacitum successor Benedictus 5 Martii anni 1394 nova Bulla roboravit. Quinquennio post Rector Stæ Fidis vitam cum morte commutavit, et confestim ipsam parochialem Castrense Capitulum in se recepit; et Dnus Bernardus de Auris monachus et procurator Bellovisanus utriusque Bullæ authoritate Targensem Ecclesiam et quæ ad eam pertinebant in perpetuum possidendam adeptus fuit, anno scilicet 1601, Aprilis 27ª. Et hæc quidem sic decreta, sic gesta, sic possessa sedatis postea longissimi simul ac perniciosissimi schismatis dissidiis, pace tandem reddita cum exauthoritatis tribus, unus ac solus Romæ totius Ecclesiæ gubernacula Martini successor hegemones quæstus teneret, novo decreto novis litteris exarato firmitatis robur acceperunt, veriti minimum Patres ne sicut qui Capellam sibi concesserant Pontifices per constantiense Concilium abdicati ac sede pulsi fuerant, sic eorum aut exiisa penitus aut necessario firmitatis viribus imminuta viderentur acta eidem hegemoni cum solus placide sederet humil-
lime

Capella Fargensis. -

supplicarunt ut concessa per Clementem et Benedictum, vocatos Pontifices Capella de Fargiis ad conventum suum, additio suæ Bullæ cæpulo cohæreret. Ille petitionem admisit et datis 2a septembris anni 1487 litteris unionem factam comprobavit, et de novo ad majorem cautelam fieri mandavit: aliis quoque litteris sequente octobri ejusdem anni concessis eandem Ecclesiam benigne prosequens cælestibus copiis, indulgentiis ingnatis, quas hi consequerentur qui statutis Ædem diebus inviserent et eleemosynariæ manus auxilia conferrent copiosiora, fecit. Ipse dixit, et facta sunt; in omnibus uti voluit effectum fuit: novus per delegatum suum processus habitus, et nova possessionis iteratæ carta eodem anno conscripta fuit; et deinceps concursu ac devotione populorum celebris nobis remansit Ecclesia.

His peractis, post vigesimum annum ad hujus litteris, et visitam de novo possessionem ejusdem Ecclesiæ spatia dilatare, et proventus augere Dnus Guillelmus de Mogueriolis Notarius Castrensis et presbyter devotione ac beneficiis coperunt. Hic anno 1467° eam terrarum, ac riperiarum, quantitatem quæ inter eandem Ædem, et Boriam cui Melonis vocabulum est terras interjacet, ac flumine Dicto ea duabus partibus concluditur pura inter vivos donatione conventui nostro devotionis ergo? in eandem Ecclesiam contulit, sed ut conjugis tunc quidem solo jure concessa, usufructu sibi quamdiu adviveret retento. Anno vigesimo 1498° ultima octobris Ides, provectus jam ætatis Tholosæ Decanus donatas olim terras et riparia Conventui novo actu asseruit sub unius ac solius missæ altissimæ onere in conventu de Bellovisu per monachos ejus semel in anno, ac Beatæ Mariæ Virginis mundi hospitæ festo die solenniter decantandæ.

Post vigesimum quartum a superiore donatione annum, Dominus Jacobus Dulsa Tholosæ oriundus suo cohonestans munere Conventum, Fargensi Ecclesiæ novum imposuit onus: nam, susceptio illic cartusiensium habitu, post exactum primum in spirituali vita sanguinis annum, jam jam professionem editurus, et extremam voluntatem cum sui testamenti juris existeret publici in Notarii tabulis scripto prodens quoddam hospitium suum in Tholosanæ civitatis vico quem vocant de Mi al conseil juxta plateam putei dulcis situm Conventui de Bellovisu dedit: quod quia ruinam minabatur permutari aut vendi quamprimum statuit; ita tamen, ut illius pretium in alterius utilioris pro illuc euntium, et illic commorantium de Bellovisu monachorum emptionem converteretur; in quod etiam Villæ Francæ, Ruthenæque officiales Carthusienses pro arbitrio diverterent, missæ impensis in una illius camera morari haberent, quoties earum negotia Dominum? illos Tholosam evocarent. Hoc beneficium, ut Dni Jacobi Dulsa 15 julii anni 1522 collatum; onus autem est unius missæ quavis hebdomadæ feria quarta in Ecclesia de Fargis Conventui de Bellovisu ad persolvendum incumbentis.

Capella Targensis.

Illud aliaque ejusdem ecclesiae onera conventuales nostri curarunt serio semperque presbyteros qui debiti sui obsequia exsequerentur his in ea sumptibus continue aluerunt. Quorum numero unus Dnus Anthonius Joannes nomine accepti memor beneficii quae illius opa Ecclesia(ias) sibi obvenerant bona in eam refudit, et quem ibi degens exhibebat cultum, sua donatione promovit: cum anno post millesimum quingentesimum quinquagesimo sexto (sexto?) vigesima Augusti die devotus in Btam semper Virginem illius Ecclesiae tutelarem actu donationis inter vivos edito unam quam suis possidebat vineam, de capitulo Castrensis jure ac laudimio Conventui appresit; tigintaque insuper libras denel numerandas, vel earum loco duo frumenti per singulos annos cattaria per se ac superstites suos exsolvi decrevit: cui solutioni alteram quam et secus eundem locum possidebat vineam, cui nomen est al Sendret in perpetuum addixit, data nihilominus pro Conventus arbitrio utriusque dirimendi preliumque in obsequium Capellae, ac sacerdotis in ea ad nutum Prioris et conventus collocandi usum, conventandi facultate. Cui sacerdoti unam quavis hebdomade missam de Domina decantandi onus impositum esse perpetuo ordinavit.

Hic Targensis ex quo in Conventum devoluta est Ecclesia status; haec jura: haec bona; ex quibus collata per Dnum Guillelmum de Rogerolis terra solae nobis integrae sunt, hospitium, Cholsanum, et vineae Saxienses in alienas per venditionem manus devenerunt. Missas vero decretas semper illic celebratas fuisse per sacerdotem, Conventus electione deservientem, constat granaria et Conventus et Capella persistierunt; sed Deo modicum a nobis (si dicere licet) verso cum aedificiorum ruina per haereticorum castrensium protervam omnia conciderunt; et quantum utrique bonis piorum beneficentiis glorificaverat se atque in delitiis fuerat; tantum nunc inter exustionis atque eversionis suae odiosas vicissitudinas tormentum, luctum et luctum. Nam illa quidem Capella cum pastophorio suo haeretica impietate exusta, dejecta exportata, prope ad nihilum redacta est, arbores ejus ex omni parte succisae, et omnis ejus ornatus omnino ablatus est, nec ulla jam pristini decoris et status vestigia superesse: totque et tanta mala experta est ut silentio digniora quam verbis exprimi posse videantur.

A Targensi Capellania ad alias transitum facio. Quarum una per Joannem Lambinum Castrensem circa anno 1451° 22a Julii erecta certis missis in illius urbis gravi Ecclesia dicendis Capellanum adstringit, et Capellani electionem Priori Sti Benedicti Castrensis majori et Conventui de Bellovisu conjunctim assignat: illique onera persendo domum, cortis in vico Pelamondo prope Becariam, in colle fossae vineam, foris Albineam(cam?) hortum, et contiguam terris Capellae St Bartholomaei, vicinque quae a Targensem Ecclesiam tendit conjunctam cum terris, pratis, coeterisque rebus ac juribus villam attribuit. Hoc quidem testamento illius diei per Mm Symeonem Planesii Notarium sumpto idem

Capellania Joannis Lambini et Jacob: Balati. et Anthonii Mayneriæ

Lambinus voluit, et primum capellaniæ sacerdotem Dñum Oliverium Lambinum filium suum nominavit, sequentes illis subjecit patronis, sed illius effectum pietatis offusa diebus malis per densam hæresis nubem caligine paincepsi tenebrarum fecit evadere: nam nobis quidem jus juris evanuit; ultimum autem eo Capitulum Castrense, et capellanus aliquis illis rebus gaudeat mihi penitus est incompertum.

Alteram, Dñus Jacobus Balati propter Heliam de Bris cujus tutor extitit Escassensi nobis notissimus et per nos Pontianensis Rector Ecclesiæ anno Dñi millesimo quadringentesimo octogesimo quarto 1483 mañ fundavit. Nam quo illius dici testamento Conventum de Bellovisu sibi hæredem delegit, eodemque Capellaniam in Ecclesia Stæ Michaelis de Ignossio in Vabrensi Diœcesi unde oriundus erat erexit, ipsamque calice, cruce, missali, vestibus sacerdotalibus et omni ejus instrumento instruxit. Unaque juxta civitatem Vabrensem villas suas, cum Capituli Vabrensis dicete earum Dñi beneplacito ejus esse dotem voluit; Capellanum vero de sua eorumque stirpe, alias cum isti deficerent undecumque patendum per Priorem monasterii Carthusiensium de Bellovisu nominari, et instituti decrevit; et ut indemnitati Capituli illius consultum foret, unam illi argenti marchas per mutatum recenter Capellanum quemlibet appendendas destinavit: quæ si recipere, aut fundationi præbere assensum recusarent, distrahi per eorum conditionem villas earumque pretium ad prædicti profectum Monasterii hæredis sui provenire ordinavit. Hæc vero Capellania cujus nomen extat solo illius Dñi testamento illucescant an effectum consequuta sit, cum collationis ejus nec titulum, nec vestigium aliud ullum in archivis nostris referire sit mihi est obscurum: satis igitur superque sit illam indicasse, subsecuta vero nemo me cogat verbis exponere, quæ priora tempora voluerunt silentii velamine obvolvere.

subsiste Simile beneficium cum simili Capellaniæ institutione et honore insigni Dñi Balthasaris Mayneriæ presbyteri pietate anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio Octobris duodevigesima die Conventus sensit. Is Cambonesio (qui locus in Castrensi Diœcesi situs est) oriundus, et mansi hujusce habitator quantum amore in Conventum de Bellovisu propenderet suo ab undecumque testamento declaravit: quo omnia quæ in vita possederat et morte deserere cogebatur Conventui, et Jacobo Boërii consobrino suo æquis portibus obvenire voluit; agros tantum quos juxta Mansum illud relinquebat ab hæredum manu exemit, quos uni de sua progenie sacerdoti (cujus per tempora sacris initiatus existat) qui missas in Ecclesia Stæ Martini de Valeta, et alia pietatis obsequia eo loci residens Deo redderet integre reservavit. Unum illi per hebdomadem quamcumque onus missarum imposuit; unam 2æ feria de defunctis, de Spiritu Stō feria 5ª alteram, tertiam, sabbatho de Beatā semper Virgine Dei Matre, in eadem omnes Ecclesia esse voluit;

Capellania Dñi Anthonii Maynaderii. -

ac preter illas unius majoris de defunctis, per sex presbyteros honestæ vitæ feria 4ª ante Pentecosten decantandæ cum sua cujusque privatim missa annuo illum debito obligavit. Aliam primam Spiritui Stō, 2am Deiparæ Virgini, 3tiam Martino tertiam dedicavit, cæteras ad votum dimisit. Domos, molendinum, agros magno numero et amplo redditu in subventionem victus et habitationem Capellani liberaliter assignavit: qui si illic residere noluerit, aut per monitus contempserit Capellaniæ jure cedat (cesset?), et nunc eidem patronus (Prior nimirum monasterii Carthusiensium de Bellovisu, vel in ejus absentia Vicarius) habito semper consilio cum Conventu alium substituat. Ita dixit, et edixit. Is vero ejus edicto sic semper ipse morem Conventus gessit, ut ab eo tempore de illa Maynaderiorum traduce Capellanos quantum licuit instituerit; qualis est qui eidem hodie inservit Dñus Salvius Maynaderius Dñi Anto Maynaderio patruo suo suffectus et 25 julii anni 1505 a Conventu nostro Tholosano ad Beneficium sortitus: quamquam non adeo superstitiose eidem legi se astrinxit, quin, cum educti de testatoris parentela non adessent, aut instituti sua munia negligerent, de aliis providere curavit. Hoc semel egit, cum anno 1555 mense Februario Dñus ..... Maynaderius a Conventu electus agros quidem possideret cum domibus, et reditibus gauderet, sed de Capellaniæ cultu nihil ageret. Tunc enim accensus zelo Conventus institutum dejecit, et in melioris ex cognominis ejus defectu Dñum Petrum Batidæ sacerdotem sibi familiarem, et probitatis bene cognitæ virum, eo titulo insignivit. De quo non possumus non obiter dicere, quod in honorem ejus dicendum proebet occasio: cum scilicet tantæ apud omnes existimationis ob vitæ suæ meritum fuisse, ut nulli non charus existeret. Argumento est quod ab amicis suis Patribus nostris quibus quam familiarissime utebatur, præcipua primum Raymundi Jayssæ de qua prima fecimus mentionem Capellania donatus eidem fidelissime pariter et devotissime Castris obsequentus est, unde et meruit ista quoque honorari: sed majoris testimonium et meriti haud ab inimicis perfidis scilicet Catharum incolis, qui per ejus tempora in Regem et religionem rebelles omnia ruinis et cæde miscentes cum in monachos et alterum sæde et furiose debacchabantur, huic tamen uni suæ civitatis ingressum et habitationem etiam inter efferatissima contra Catholicos bellorum discrimina liberam permittebant. Dicebat alterum minorem Jacobum, cui soli ex primoribus christianis templi intimi et sancta sanctorum ingressum Judæi ob vitæ sanctitatem concedebant. Vocem de Dño Batide quæ a majoribus accepi fidem digna retuli; sollicitus ne si quis in Conventum Beneficus, aut de eo bene meritus hoc scripto sese offerens me præteret, non tam ignoratione vel oblivione, quam ingrati animi vitio id fecisse judicer.

Capellania Raymonde Terrerie. –

Volenti mihi ad aliam desilire Capellaniam a Raymonda Terreria Bertrandi quondam Terrerii filia hoerede institutam, fit iterum, obiens Dñus Bertrandus illius possessor ultimus; cui successorem pestifera Castrensium hoereticorum rabies ademit cum parochialem Bte Marie de Platea Ecclesiam Castri positam solo tenus erasit. Anno itaque millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, maii octava die Terreria prefata testamento suo Dei cultum in ea Ecclesia suis facultatibus adaugere cupiens, cui nuncupatis sacerdoti per Conventus de Bellovisu Priorem patronum, a se destinatum, eligendo perpetuam, octo cestariorum frumenti ac duarum vinifisparum, ad castrensem mensuram, reditum ac eidem reditui comparando centum viginti scutorum, quae tunc temporis sufficiebat summam assignavit; illiusque summae solutioni cuncta quae possidebat, nominatim vero suam Podii-bertri villam insignorari ac aeternum obligari voluit. Ea conditione ut qui destinata potiretur Capellania et Capellaniae pensione, suo quoque Castri hospitio in vico Portae novae alias de Montesporti hoeredibus Joannis Cesses? juncto ad habitandum gaudens, in altari praedictae Ecclesiae majori quarta sextaque cujusvis hebdomadae feriis missam, ad sui motum et nutum, voti redderet, additis ei orationibus Quaesumus Dñe pro tua pietate, et Inclina Dñe aurem tuam, et absolutione solita cum aspersione aquae benedictae. Hoc onus, illud Iesum, partim in festo Stae Hilarii mensis Augusti, partim in solemnitate Sti Michaelis praestandum. Primum ore proprio Capellanum Dñum Joannem Durant nepotem suum nominavit; Patrono caeteros dimisit; ita tamen ut antiquior semper ex eadem Durantiorum progenie presbyter praeferretur, et cum is decederet alius eidem inde eductus, vel si non adsit foris petitus subrogetur. Multis annis opus pium stetit ad mentem suae fundatricis, et ex Durantiorum trunco propagines eidem plantatissimi vixerunt, et ab illis exsolutam quotannis sine litigio pensionem percepernt, Dominus enim Bertrandus de Laurinis Castrensis Praepositus Ecclesiae cum eandem Podii bertri villam secus Montesplantum sitam, suam fecisset, illamque ab onere pensionis illius reddere liberam destinasset centum scutis Dño Ysarno Motas tunc temporis Capellano numeratis id effecit. Is a Dño Arnaldo de Ysp Bellovisus Priore in resignatam, a Dño Ludovico de Bonne (cum ex Durantiorum parentela idoneus non inveniretur) Capellaniam anno Dñi 1551°, 27a septembris erectus oblatam, a praedicto de Laurinis pecuniam, proprio motu devinctis pro illius securitate cunctis bonis et rebus suis accepit: Ideo rebus humanis exepto idem qui pecuniam dederat Laurinesiis redhibitam sibi per hoeredes defuncti recipere coactus est. Itaque novo acto 6a Aprilis anni 1591 edito reflorentem in se pecuniam, et Capellaniae deserviendo onus sub praefata pensione usus, et obsequii debiti munere perfunctus est. Nunc vero postquam pietas et Religio in civitate Castrensi fuerunt, et Ecclesia Platea omnis ab imo fundamine prostrata et erasa est ipsius quoque

Capellania Raymonda Ferreria et Dñi Joannis Ricardi.

Capellaniæ locus, obsequium, et jura conciderunt: at hæc est rerum humanarum vicissitudo, in quibus nihil tam altas potest radices agere, quin temporis injuria, et sinistrorum casuum velut fluctuum illisione ruinam tandem experiri cogatur. Verumenimvero stante ob oculos nostros ac bene etiamnum exculta Podii-bertæ villa spem habere resurgendi videtur capellania; et quando cum quæ tum Platensis reparetur Ecclesia, tum in ordine pristino stabit Carthusiæ, istud quoque lignum, prius præcisum, licet jam senuerit in terra radix ejus, et quasi emortuus jaceat truncus illius, faciente (ita speramus) per Castrensis status mutationem, Deo volente ad odorem aquæ germinabit, et faciet comam, velut cum primum plantatum fuit.

Stat vero, nec illam unquam experta est ruinam quam Iscossensi venerabilis sacerdos Dñus Joannes Ricardus anno Dñi millesimo quingentesimo quinto, decima septembris die capellaniam de suis facultatibus instituit et conventus de Bellovisu juri, Priorisque ac procuratoris ejus nominationi semper subditam, esse voluit. In cujus loco ecclesia præcipua possidebat, quorum coram portam Deo in usum sacerdotis per conventum de Bellovisu nominandi ultima voluntatis consignationem consecravit: ea tamen lege, ut quisquis eo capellaniæ titulo insigniretur, cum honore subiret omnis animis missæ quolibet feria sexta in oratorio per se apud Ecclesiam Sti Saturnini ejusdem loci nuper constructo per singulas hebdomades privatim celebrandæ; et ipse quidem sacerdos missam ad mutum eligeret, sed eidem pro exordio, vel pro corona de Passionis Dominicæ lectionem adderet, et consuetas absolutionum (sic scribitur) absolutiones, supra tumulum suum, ex ritu ecclesiastico preces effunderet. Atque ut hæc capellanus ageret, hospitium eidem suum, in suburbiis loci terras, vineas, prata, supellectilem, vasa vinaria, ovium et capraarum greges, sub annuo perpetuoque reditu servandum devota liberalitate liberaque devotione largitus est. Institutæ vero capellaniæ Dñus Arnaldus Ricardus, presbyter, ex fratre nepotem suum, proprio ore ad vitam ejus prospexit; cui cum recessisset a vivis successores a Priore et procuratore, seu a conventu Bellovisus Patronis deligendos ex sua eorumque propagine si qui scientia, vitæque ac morum honestate probati existant suo prædicto dicti testamento decrevit; ipsisque Patronis hujus postremæ voluntatis suæ exsequutionem studiose commendavit; quæ omnia ut per testatorem ordinata, sic per exsequutores integre peracta sunt. Nam defuncto eo qui primus hoc beneficium ab ipso testatore obtinuerat, alter consimilis nomine testatoris pronepos conventus nostri suffragio suffectus est: cito tamen sua culpa beneficio cecidit; cum excommunicationis vinculo innodatus missam male cautes celebravit, et Dñus Joannes Burlatius ob irregularitatem capellaniam evicit; qui Burlatius decedens Dño Petro Taurino qui nunc superest in capellania

Capellania Jacobi de Bris et Dñi Anthonii Burlassii. -

successione locum fecit. Is injuncta integre munia obit, cum destinatis bonis mutata et imminuta sorte perfruatur: nam grex quidem et supellex omnis Capellanorum incuria perierunt; possessiones vero agrorum decreto Curiae subhastari jussae; et ex earum pretiis certi reditus in Capellaniae profectum comparati sunt.

Dñus Jacobus de Bris Escossensis Dñae quondam Catharinae de Lourys quae modica Escossensi dominatione conventum cohonestavit ex filio nepos cum esset frugiferae quoad nos arboris ramus suos quoque nobis edidit fructus; cum undecima decembris anni millesimi quingentesimi ac vigesimi secundi die solenni actu voluit per sacerdotem unum a se cum adviveret, et a conventu nostro postquam ex hac luce ipse demigrasset nominandum, quavis lunae die missam de defunctis unam in Ecclesia Sti Saturnini Escossensis nulla non optima redd. Sacerdoti vero ut in id manus libenter incumberet, et ex hoc servitii hujus labore victum acquireret, quidquid juris et actionis in Joannae de Sto Quintino matris suae, neconon et Anthonii ac Petri Longueti fratrum uterinorum, morum bonis et hereditate contingeret in dotem assignavit: ac primum quidem Capellanum Dñum Anthonium Burlatium sacerdotem ore nuncupato designavit, et ex illis juribus suis centum libras turonenses consequutus quinque estariorum frumenti reditum in Capellaniae emolumentum, et Capellani usum coemit. Ipsi Anthonio post obitum suum idem qui supra Dñus Joannes Burlatius ex fratre nepos conventus Bellovisani suffragio 17 aprilis anni 1555 succenturiatus fuit. Huic novissimo nepos ex sorore sua Dñus Joannes Blanc per nos Tholosanenses post avunculi ex hac luce recessum subrogatus fuit. Is beneficium hodie possidet, et Beneficii cultum, cum alibi domoratur personali per alium curat, et pro modico reditu onus satis leve sustinet: nam frumenti quidem nihil percipit, cum hi qui assignatas huic oneri terras possidebant pecunia Capellanis prioribus reddita a suis humeris onus rejecerint; ipse vero ex pecunia alibi collocata quantum ex regni hujus legibus licet reditum annuatim exigit, et exacto utitur.

Quem proxime seduxit Dñus Anthonius Burlatius hujusce pietatis aemulus in Sti Saturnini Escassensis coemeterio aediculam quam recto Ecclesiam adhuc videre est suo sumptu a fundamentis exstruxit vivens; et moriens duplicem illic missam, de Smo nomine Jesu alteram, ad sacerdotis libitum alteram quavis hebdomade celebrandam decrevit: Dñum Matthaeum Fabri sacerdotem nepotem et hoeredem suum ei Capellaniae 1o profectum voluit. Matthaeo Dñum Joannem Burlatium nepotem alterum; ille Dñum Joannem Matheteum, Matheteo Dñum Valesium, Valesio Dñum Ricardonum sacerdotes invicem substituit: quibus extinctis conventui nostro eligendi Capellani arbitrium, equa

Capellania Dñi Anthonii Burlatii et aliorum

tamen progenie si quis idoneus existeret, alias vero quemvis alium testamento suo 15 aprilis anni 1553 dicto reliquit, et eodem centum viginti libras turonenses per haeredem suum solvendas in usum capellani per se instituti, et per nos in futurum instituendi legavit. Capellam vero et legatum Dñus idem Matthaeus Faber nepos toto suae vitae decursu asservavit; sed ad extrema veniens, et Ricardicae villam suum conventui nostro ubi a teneris unguibus exceptus, educatus et doctus fuerat, grati animi ergo eodem testamento dimittens capellae curam, et pecuniae solvendae provinciam eidem demandavit: mandatum annis aliquot fideliter exequuti Patres nostri anno tandem 1579 illius sollicitudine sese liberarunt; cum Dominus Petrus de Monte Prior de pri conventus assensu possessam pridem ex Dñi Hugonis Monginon sacerdotis haereditate apud Brugueriae urbem domum vendidit, et contractum inde pretium alienis committens manibus in praedicti solutionem debiti commutavit. Pretium itaque Matthaeus quidem Loubetus Escossensis 18 novembris anni 1579 in se recepit, et ad annui reditus ex eo legitime proventuri solutionem se suaque omnia scripto in tabulis publicis obstrinxit, suosque successores illius obligationis vinculo nexuit. Dño Matthaeo ad superos evocato Dñus Joannes Burlatius fundatoris ex fratre nepos capellam ex nomine vocatus obtinuit; quo hinc demigrante et ad Patres suos apposito, et substitutis illis lucis hujus usura privatis electus a nobis Burlatianae stirpis ramus Dñus Anthonius alter Burlatius senioris praenostri sanguinis legatis in Sti Maximini apud Ruthenenses parroecia oriundus in illud primaevum, ascendit; sed effectu tantum, non effectu. Nam cum in solo natali demoretur Escossensis Ecclesiae vicario praemissarum obsequiis prodesset, ex supradicta pecunia fructum solo contentus capellae titulo per nos concesso fruendum dimittit. Hic capellae ortus et status; haec capellanorum series.

Bartholomaeus Garus Garonum vicali extra Brugueriae limites colonus 8.° aprilis anni 1554 ad extrema veniens et sua pie disponens nonnullam illorum partem, ex minimum arabilis terrae quarteriatas, et prati quantum opere diurno quatuor falcibus eradi potest, utraque contigua, et loco cui nomen est a la Condamine sita Deo in unius sacerdotis usum consecravit; et sacerdotis ad libitum collocandi jus conventui castrensi nostro ut patrono attributum, voluit: sacerdotem vero unius missae majoris quali die decederet, tali per omnes hebdomadas in Ecclesia Stae Caeciliae per se vel per alium decantandae debitorem fecit, et (ut ego quidem reor) pro modico reditu gravissimis onus imposuit. Ideo ergo privatus est fructu uteri sui; ideo lucerna per eum accensa (quia ministrum non meruit) citius extincta fuit; ideo nunc capellania non comparet; sera pessima labor sine fructu devoravit eam.

Capellaniæ diversæ. -

Petrus Vauresius Fornesiâ Escassensi confinii vicario circadus 8° februarii anni 1560 in vitæ limine constitutus testamentum scribens inter cætera quæ morte dimittere cogebatur bona, octo prati, et vineæ tria operis diurni sptia, necnon quinque cestariatas terræ ad sementa octo uni sacerdoti missam unam quavis hebdomada in prædicta Stæ Cæciliæ Vaurensis diœcesis Ecclesia suâ et morum cautâ peracturo assignavit: sacerdotis autem constituendi conventum Carthusiensem nostrum authorem et patronum fecit; sed patrono paucis abhinc annis disperso et fugato, capella quoque fugit et evanuit, nec est qui requirat eam.

Joannes Fornesius eodem loco residens, et eadem pietate incitatus, sed largitione superiùs suos excedens testamento suo 14 junii anni 1563 nuncupato octodecim terræ ad excalendum, octo cestariatas, prati mensuras diurnales octo, utraque sibi adhærentia loco dicto à la Combe de Massafore in confinio Escassensi, quatuor insuper vineæ operæ diurnæ viâ publicâ quâ ad Stum Officianum pergitur apud Fornesia districtum, limitatæ capellano in eadem Divæ Cæciliæ ade missam majorem unam qualibet hebdomada in sui memoriam, et levamen simili obitus sui die reddituro in perpetuam possessionem addixit; et capellani designationem a conventu nostro castrensi ut patrono fieri decrevit. Hæc capellania amplioribus cæteris duabus fundo stabilita cum illæ negligantur in pretio est; multi enim (quod dolendum est) ad Jesum veniunt, non propter Jesum tantum, sed propter suam, vel oblectationem vanam, vel utilitatem avaram aviaram. Ideo paucis abhinc annis semel iterumque collata Dño Joannem Fabre Brugueriæ civem et sacerdotem gravibus et honestis parentibus natum sortita capellanum; cui ut destinatas a Fornesio fundatore possessiones reciperet, et debitas reddi missas efficeret conventus noster Tholosanus anno 1624, 28 octobris scripto beneficii titulo authoritatem fecit. Inde malis labes; inde inter possessores, agrorum, et petitores eorum, gravis et obstinata lis exorta jurgiorum, et odii seminarium existit, et adhuc sub judice lis est.

Bartholomæus Fornesius ejusdem Fornesiæ municeps anno 1564, 21 februarii suprædictas popularem suam imitatus simili Stæ Cæciliæ Ecclesiam abituali beneficio, et conventum nostrum Patronatus titulo affecit; cum testamentum eâ die condens in eadem ade missam majorem unam quavis hebdomada semel in perpetuum in animæ suæ solatium reddi voluit, ut id fieret quatuor terræ cestariatas, et totidem prati duræ operæ eodem loco sita et sibi contermina, necnon octo vineæ jornalia non procul sejuncta, cum Escassensi prata capellano id beneficii sortituro donavit: illiusque electionem, atque omnimodam institutionem conventui nostro

Bona temporalia, ex prima fundatione. —

reservavit; eoque beneficio coronae nostrae supremum apicem imposuit, cui deinceps nihil superadditum, fuit. Caeterum, nescio utrum, bellorum injuriâ, an exigua fundationis praetextu, vel indebita rerum donatarum occupatione aut aliâ quavis causâ haec (ut aliae Galliae et Vasconiae) capellania sic in contemptum vel oblivionem venit, ut a nullo jam sacerdote requiratur, jus collationis nostrae, depereat, et devolutis in saeculares et laicas manus agris fundatorum pietas et Dei cultus debiti sui jure defraudentur. Hic patientia est et fides sanctorum, cui Dominus suo tempore, ita confido, providebit. (A.)

Superioribus dictis exponi servato dignitatis ordine capellanias et ecclesiastica bona quae conventui de Bellovisu per tempora provenerunt: Descendo nunc ad inferiora; et temporalia quaecunque quae a primi fundatoris erectione usque ad monasterii dejectionem diversis annis iidem obtigerunt, eodemque superius ordine percurro. Eorum quaedam ex primaeva fundatione dependent; nonnulla ex Regum et Comitum gratia et privilegio dimanarunt; complura ex testamento vel donatione derivarunt; pleraque per acquisitionem accesserunt; aliqua ex processu et transactione vel de novo acquisita sunt, vel in antiqua possessione stabilita firmiter postmodum permanserunt.

Ex primaeva fundatione ut incipiam, revoco Dñi Raymondi Saysse civis Castrensis fundatoris nostri nomen; cujus acta quo saepius memorata eo gratabuntur magis et decies repetita placebunt; cujus in quam memoria (ut de Josia narrat scriptura) nobis in compositionem odoris facta opus pigmentarii in ore nostro indulcatur quasi mel, et quasi musica in convivio vini. Igitur ab anno 1361 ex ejusdem Dñi Saysse testamento varia Conventus iste obtinet bona; imprimis quidem descriptum superius locum de Bossaco quem ille expatersa successione fere omnem, sed vectigalem et omni subsidiorum onere subditum, possidebat: sed postea Regum et Comitum benigno aspectu ut praeventum sydereum, in nostris nobilitatus manibus sic immunis effectus est, ut praementibus quantumvis Castrensibus nullam, in re sive regia sive municipalis impositionis partem sustineat, sed sui semper juris existens nullius alieni dominii censui vel ditioni subjaceat. Hunc quamvis totus sibi contiguus sit, cum proe amplitudine unius agricolae curam et laborem superet in quatuor divisum villas, seu borias possidemus: quarum duae quae tempore ac dignitate praecedant sitae quidem inferiores, solo autem ubertate praestantiores olim unam de Bossaco dictam constabant, cui tantum jugeris

(A) Andreas Albion unam quoque in Ecclesia B^te Mariæ de Platea, testamento suo, die 1^a octobris 1501 fundavit capellam; voluitque ut ad Priorem Cartusiæ, et superiorem religiosorum S^ti Francisci qui vocantur Cordeliers, Capellani festinaret electio. Quinque sestarios frumenti Moussole, et viginti sex libras pecuniæ capellano annuatim legavit, cum onere trium missarum singulis hebdomadibus.

Dnus Amabilis Chatard hanc ignorabat fundationem.

Nota quod 10^a martii 1741 supradicti collatores conjunctim Dnum Joseph Boudon Capellanum instituerunt. Item quod ista capella, et illæ Raymundi Aygue fundatoris nostri, et Maynadesii Cambounés, solæ nunc anno 1774 supersunt. Quomodo, aut quare aliæ deperierunt, penitus ignoramus. — (Nota monachi cartusiensis addita manuscripto Dni Chatard)

Bona temporalia Primae fundationis.

ad culturam, et pascua pratorumque attributus erat quantus duodecim boum jugis arantibus sufficiebat; donec saniori consilio per saepissanos priores subdivisa, mediaque ejus parte truncata erectae alteri contiguae villae locum fecit: quamvis quae insignior est boria bassa vocitata tantum sibi humus pinguioris asservavit, quantum sex boum paribus ad excolendum satis fuit; quam nostro licet aere a fundatoris nostri cognato Petro Saissa cui hereditaria portione obtigerat comparatam, nos Patri nostro ab exordio nostro acceptam referimus quia quod pro illa dedimus ab isto accepimus. Quid enim habes o conventus inclyte quod ab illo non accepisti? Si autem accepisti non debes gloriari, quasi non acceperis. Haec igitur ima et alta boria a cuto flumine ab occidente alluitur, ac praeter villicorum domicilia, localia segetibus foenisque recondendis opportuna, equorum quoque pecorumque, et armentorum stabula omnia uno contextu et junctura circumigens et quadratum atrium perenni adpotandum et adaquandum puteo insignitum ordinata excelsumque quadri ac secti lapidis habet aedificium, quo inferius quidem torcular et vasa vinaria non parca nec exigua conservat, et vini quotannis exprimendi amplas satis est officina; superius vero quo per lapideos gradus fit ascensus monasterii officialibus habitaculum, tutum pariter et amoenum praebet: quo post dissipatum Castrensi furore conventum illi semper diverterunt, et nunc quoque se recipiunt et immorantur qui semente ac vino colligendis aestate destinantur. Illic enim cum Aulam, cubicula et aedem sacram, ad missae celebrationem de Dni Castrensis Episcopi concessione habeant secure, quiete atque messium, vindemiarumque tempore, ac etiam alias cum pronegotiis et oeconomia, est necesse moram trahunt.

Huic villae vicina est altera et connexa quam primum Belli-videre, postea Petrosi, Bossaci et fabricae nuncupatam, novissime Moleti villam, dixerunt, quae de alterius velut costa aedificata sex boum paribus constans eximia soli amplitudine camporumque planitie circa monasterium nobilis aedificia quoque stabula, et alias villicorum, villicorum officinas, prata, pascua, arbores, hortos et quaecumque colligendis frugibus et foenis, armentis et pecoribus conservandis, villicis quoque ad habitandum et vivendum opportuna sunt satis superque ad necessitatem et decorem habet. Illic praeterea est celebris illa lapidicina quae construendo monasterio praecipue materiam praebuit, et si quando quae Deus prohibeat reaedificandum ministrabit.

Hae duae villae loco demissiores et planae duas alias attingunt quae in colle sitae, liberiori prospectu, et solo satis uberi gaudent: quarum quae vicinior est olim Barsalonum (eo quod illorum antiquitus esset habitaculum) postea podium Ste Jacobi dicta eodem hodie

Bona primæ fundationis.

nomine perseverat; altera de Yssarnenchis quondam, nunc Chaberte nomen accepit: utraque uno constructa et disposita modulo tantum, terræ ad culturam, pratorum, insuper, pascuorum, ac nemorum habet quantum ad villicum, ac pecorum, nutrimentum, et quatuor boum, paria quibus quælibet aratur necessarium est. Hæc quidem, Chaberti remotior, et in confinio dominii sita viâ regiâ quæ veteri-muro Castras tendit definitur: illa vero cæteras, centum in medio sedens et reliquas ex alto despiciens hinc illas, inde Castrum, planam et circumfluentem, Durum, pericommode simul ac jucunde spectabat: ingens nempe collis cacumine luculenti quondam ædificii aptum, erigit, quod in quadro positum, celebre hospitium fuit; nunc vero dejectum, ex parte ac detectum, subterraneas frugum quæ illic recondebantur officinas sub dio positas spectanti offerit: aperto nanque hyante ore ac continue expectantes donec revocato conventu rursus oppleantur. Quisquis sedes illas (vulgo siègas) inspexerit, Patrum, solertiam in loci electione ac domatis erectione laudabit, et quæ tunc temporis frumenti, siliginis, secalis, aliorumque id genus copia floverent facile intelliget. Hoc vero visendæ antiquitatis monimentum, placide respiciet, et rursus ibi venire ac posteris deservire optabit.

Has inter villas et imos earum colles sunt prata quæ carcanum influit, et circum circa patentia pascuorum æquora, et sylvæ annosis olim, querculibus ornatæ, nunc rabidæ Castrentium, securitia incisæ, et in saltus et salebras commutatæ; quæ nemora in altum erigant et comam, expandant compressæ, quo altiores interim agere cogantur radices eo amplius mox tempore posterea exaltabunt caput. In declivi autem colle, qua parte meridiem, et occasum respicit consitæ sunt ab antiquo duæ nobiles omni cultu, subsidio, ac decimis exemptæ vineæ, una major, altera Robertæ nuncupatæ, ex quibus in annos ferme quadraginta circiter vini primi ac præcipui pinæ (quæ mensura duobus doliis efficitur) eliguntur: has conventus proprios semper manibus excolit; villicis autem alias quas in Petroso vineto possidet, unique mansi ad excolendum sub fructum, medietate concessit. Quarum una (quod non est silendum) quæ de Turri dicitur, et loco nomen dedit, ex eo fit celebris quod in occidentali angulo vineti majoris per partes a pluribus possessi et quatuor viis publicis undique posita, turrim in se quadri lapidis solidam, in acutum cacuminatam, et saxo strenuate insertam habet, in signum directæ dominationis toto contiguo vineto nostræ; in fundo partim nostræ, partim alienæ proprietatis, nostræ ubique directitatis, et capitularis Stæ Benedictæ decimationis exstructam. Hanc vineam non a ponte Saxonæ successionis in nos derivatam, sed aliorum tunc sub feudo possidam (ut ex duplici fidei simplicis professione, altera per Geraldum, Gresset 23 januarii anni 1452, altera per

Bona prima fundationis. -

Guillelmum de Sponte 19 decembris anni 1454 nostro conventui præstitam, liquido constat) et anno 1458 1a novembris a Joanne de Sponte per majores nostros emptam, et possessioni nostræ adjunctam, nostræ fundationis credimus esse partem; ut pote veterem, a fundatione nostra minus utilem, bonorum venditionis ære comparatam, et ideo intra nobilia recensitam, ab omni subsidiorum, et dominationis ajuscumque onere liberam, ac plenissimo allodii jure gaudentem,

Supradictis vineis ac villis affinis et attigua est Cayserii terra Auretia nunc appellata quæ primæ quondam fundationis et paternæ successionis nostræ portio inter Aute fluenta et Chaberti villam, sita, satis ampla modicis collibus ac jugis sese erigens ac subinde demittens vineis, hortis, arboribus consita et aratro multis campis concisa olim, per majores nostros in feudum, partim sub annui census, partim vero sub tasquarum jure Auretis quidam, concessa fuit: qui non territorii colonus effectus multiplicatis post se relicta prole decessit; posteri autem ejus sicut in Ramesse filii Israel crevernt et quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis adeo implevernt terram illam, ut duos modico ab invicem distantes intervallo ex nea tradice constituerint Auretorum pagos, quorum alter Auretia alta dicitur ima alter Auretia nuncupatur. Omnes illic agricolæ, Auretæ nomine pene omnes, omnes nostri juris et directæ dominationis homines omne solum, illud multipliciter subdivisum, modica quisque portione sic excolunt, ut nihil illic neglectum, nihil culturæ labore vacans reperiri possit: Unde fit, ut præterquam quod ex eorum multiplicatione nostra succrescunt laudimia id nobis commodi obveniat, ut et piscatores et operas in nostris piscibus, imo intra nos habeamus, et modico sumptu et labore eos conducere cum opus est valeamus. Census vero exiguus quidem, sed certus quotannis præstant: quem sic omnes et singuli, et totum singuli sicut omnes nostro nutu indivise solvere tenentur, qui non nisi quarteriis frumenti sex, et tribus avenæ, gallina una et duodecim solidis constat: At vero quæ circa Auretes. Acuti præterlabentis prospectantia littora terræ et vineæ sunt constitutæ eo quidem, sunt census liberæ sed tasquarum ad decimum servitutis sunt obnoxiæ. In lege vivunt Auretæ et nobis serviunt; et nos eorum manibus sub denario diurno terram excolimus quam ex primæva fundatione excolimus

Fratres locum de Bossaco in decimario pargensi ac loco Greslæ viginti et unam diurnas pratorum ab omni onere exemptorum operas; non pauca reditus foris et intus castras, et hospitia quædam ex Raymundi parentis sui hereditate nostro conventui accessit: hospitia quidem tria, unum in civitatis medio tullitio juxta plateam communem majus, quod ut spatiis amplum, sic ædificiis quoque insigne olim videbatur, nunc vero civili odio dejectum ac dirutum, sordibusque publicis oppletum cernitur: præter illud modicum quod nos modestis nuper sumptibus ereximus, quo ad habitandum discessimus, quoties castras

Bona prima fundationis. -

ire pro conventus obsequio et emolumentis cogimur: Alia vero duo in vicaquia ad portam novam (alias montis portis) sunt similiter nunc vineae subjacerent nisi prudenti consilio partim in emphyteosim, tradita partim cum aliis commutata possessionibus fuissent. Reditus vero annuos perpetuosque complures tum intra civitatem, locis ac vicis variis cum foris in podio-S.ti andarii et circa Albinean, necnon et prope Bassanum, in Petroso vineto eodem beneficio collegimus: et isti quidem inter pluribus sunt vicis stabiles quae partim nostro S.ti andreae et S.ti Petri decimario, partim etiam Capituli Cartensis decimali vineto se immiscent; quod ne posteris evadaret in offendiculum, litisve aut difficultatis alicujus fieret seminarium, lapidea quam supra diximus et hic delineavimus operis non neglecti ac rotundi terrae aculeata, nostroque gentilitio stemmate insignita pro nostro monimento dominationis in fundo alieno decimationis consignatum fuit ab antiquo; et hic titulus ante duo et amplius secula erectus usque hodie manet, aeternumque manebit. Haec in frumento, avena, et pecunia censuum et laudimiorum jura Raymondus noster partim ex paterna fraternaque successione acceperat, partim a nobili Berengario de Bretis, Garno Lauris aliisque coemerat, de quibus fidei ac subjectionis testimonium quod homagium vocant D.no Cartarum Comiti multis eodem fere repetitis actibus aliquot ante obitum annis ediderat. Quae omnia sub feudo libero ac nobili a D.no Comite et Raymondus tenuit, sic post ejus recessum conventus ipsius beneficio possedit, eademque Comitibus rerum Dominis semel iterumque per D.num Petrum Macellarium 5 martii anni 1433, et 8 aprilis anni 1438, et per D.num Franciscum de Ponte 14 aprilis anni 1463 per publicas tabulas recognovit, et debitae servitutis atque hommagii sui hoc testimonio fidem praestitit.

Haec omnia in fundo stabili, ac certo perpetuoque censu; ac praeterea vestes, vasa, supellectiles, mulctam, duplex domus instrumentum, frumenti ac vini copiam, pecuniam quoque numeratam ex Raymondi saepe Patris et fundatoris sui hereditate conventus obtinuit, et ad aedificationem futuram, lignorum molem, lapidum acervos, et aliam ejusmodi materiam toto triennio accurata sollicitudine praeparatam. Quae quamvis illi exordia magna fuerint, progressu tamen cum non satis essent in majorem cumulum devenerunt, cum supremorum beneficiis Pontificum, Ecclesiae quas enumerare ad litem sunt, et Sepatientes portunae in conventum commearent; aliaque complura Regum, Comitumque privilegia, et Benefactorum testamentis et donationibus in eum derivata sunt; quaedam etiam ipse conventus sua aere comparavit, vel civili actione, spontanea quaque transactione seu de novo acquisivit, seu dudum acquisita sibi ac posteris confirmavit.

Quae ut ordine prosequar, beneficia primum Cartarum Comites in duo; quorum qui antro

Benefactores Comites. –

1359 urbis dominio et comitatus apice fulgebat Joannes mense septembri vertente Raymondo nostro prædiales Bossaci et Petrosiores, aequecumque indefeadebant in carthusiensem Lauram, commutandi, salvo sibi ac posteris homagio et fidei juramento facultatem fecit: cæptisque monasterii benigne annuens Domno Bernardo Botas Lupaterie Priori, novoque de Bossaco domus Rectori primo convenit ut quæ per Raymundum ei obvenerant bona, ea conventus ad manum mortuam extra omne onus nullo non tempore possideret, illicaque jura et petitiones omnes etiam Dni Regis hac de causa amovere, et in omnibus conventum indemnem, et ab omni turba et petitione cujuscumque alterius Domini jus finandi in supradictis protectum immunem servare datis 3 novembris anni 1362 admortisationis litteris sub juramento promisit: ac, ne ea largitate Comitatus ipse detrimentum pateretur mille ducentos et quadraginta florenos auri a conventu expensos in erarium suum recepit. Quam summam a benevolo comite exactam et a conventu nostro exsolutam nolo, lector, mireris; qui persuasum habere debes libertationem nostram non gratis sed dato pro admortisatione pretio ut æternum secura constaret asseri debuisse. Remisisse superius dictum quam Raymondo Comes idem exigendi monasterii potestatem fecerat eam sub decem grossorum argenti pensione censuumque reservatorum conditione factam exstitisse: cui exstinguendæ illiusque oneri (diversarum quandoque carearum germini) amovendo dictæ modo eam pecuniæ vim prudenti consilio semel in perpetuum conventus solatium et libertatem fuisse collocatam. Qui Joannem sequutus est Bochardus comes 28 decembris anni 1367 Domno Stephano de Coderco novæ domus Priori primo Joannis concessionem suis litteris suam fecit.

Joannis et Bochardi vestigiis inhærens Jacobus Jerusalem, Hungariæ et Siciliæ rex et Castrensis comes bina diplomata; alterum quidem 18 martii anni 1427, alterum 20 augusti anni 1431 et priorum acta comitum sua concessione firmavit, et quidquid sibi ea de causa per Petri quondam Sayssæ aut nostri acquisitionem debitum erat remisit; Priorique quoque et Aviseti feuda nobis remanere permisit; reditum quoque annuum decem turonensium librarum quem habitantes Buxadonem, Matis-veteris et Murati conventui pensitare per Joannis Bocerii factam nuper donationem tenebantur servari in perpetuum posse sub homagii tamen mi jure decrevit.

His comitibus eo nomine multum devincti sumus; nec obstat quod prædictam pecuniæ summam eorum erario numeraverimus: nam id quidem ad perpetuam securamque locum incolendi possidendique facultatem, et subsidiorum, ac censuum, sive civitatis sive comiti sive Regi solvendorum immunitatem quæ illis concessionibus ac litteris velut fundamento nititur parum, aut nihil omnino censeri debet. Enimvero hinc effectum est ut quantuscumvis recreantibus et frementibus Castrarum civibus qui nostris

Benefactores Reges. -

semper majoribus adversati sunt, et multiplici de eam causam Conventum, lite fatigarunt nulla nihilominus eis vectigalia aut subsidia tribuerit, et in omni ubique lite semper superior evaserit; adeo ut neque inter haec novissima bella quorum illi praecipua sunt incentiva alteo jure deturbari potuerit.

Sicut autem haec illis comitibus debemus, et ea propter magnae necessitudinis nexu nos illis obligatos esse fatemur, sic Regibus quoque nostris insigniter obstricti sumus; qui cum ea tempestate Castrensi comitatu non gauderent, aliis acquisita locis simili ratione ac benevolentia nobis firmarunt. Nam Joannes quidem primus et eo nomine unicus per Arnulphum, Marescallum, et vicesuam in occitania agentem, anno 1363, 18 decembris die assurgenti recenter Domui ut vires eundo acquireret in Tholosa et Carcassonae Senescalliarum, districtu bona, feuda, aliaque hujusmodi usque ad annuum quinquaginta librarum, reditum, emendi tenendique potestatem fecit: et factas in effectum venit cum Loseagratia terra, Escossensis Cuiparis, aliaque sigillatim, postmodum describenda per haec et sequentia tempora in Conventum derivata sunt; pro quibus ut stabilis immunisque possessio nobis evaderet, quadringentas et amplius libras in fisco Tholosae regio, bina solutione, anni 1366 una; 1367 altera qui Conventui fusse praerant contulerunt, similique modo eorum, nobis immunitatem sanxerunt. Quod vero ad hanc solutionem favente regio sydere, admissi sumus magni beneficii loco numerare debemus: hinc enim effectum est ut quoties francorum, per quisitis feudorum, nobilium que evocatis ac subevocatio a regia indictione manarit nos immunes semper extiterimus cum admortisatorum, tali ratione bonorum, ea natura sit ut hujusmodi onera subeunda minime teneantur. Quoties autem (adverant posteri) a regiis ea causa delegatis pro francorum feudorum, Banni, Retrobannique subsidio communem, ceteris symbolam conferre requisiti sumus, expensis pro ductis Regum, Cartbis a solutionem albo delecti sumus. Nam pro his quidem quae in Carcassonae Diocesi sub praedicto titulo extinctionis jugo liberi declarati sumus; pro his vero quae in Tholosanensi districtu eodem titulo hactenus habuimus, ne hujusmodi onere gravaremur delegatorum judicio ultimo Aprilis anni 1543 relevati sumus.

Carolus quintus Joannis ut filius et sapiens regni successor, sic in nos benevolentiae animum cum Ludovici fratris et Iolam tenentis in occitania sui litteras anni 1369 mense junio datas vidisset quibus et praedialem res possidendi, et usque ad centum librarum annalem reditum acquirendi licentiam ille dederat, suisque litteris anni 1370 id probavit, et quae pro financia quam supra retuli solutione sui cum nostris officialibus egissent aut convenissent perpetua firmitatis robur habere sua authoritate decrevit; quin et multis postmodum actis ipso ac sequenti anno editis eam

Benefactores Reges.-

successionem utergue Ludovicus scilicet et Carolus pro suo quisque affectu promulgarunt.

Carolus sextus quinti filius Genitoris ea de re decretum suo quoque mense Aprili anni 1401 stabilivit, Lusciagratii, Escossensi et Semalensi bona conventui asseruit, et neque in posterum pro illis contentione turbaretur a camerae rationalis Parisiorum magistris sua et patris decreta promulgari mandavit: neque hoc semel egit: sed aliis quoque litteris anni 1427 mense Martio editis pro aliis secus Escossensem, Credium, et Castras bonisque Dñus Guillelmus Conilius, Petrus Anthonius, Ludovicus Montanerius, et Georgia de Ste Martino vel dono vel venditione, cesserunt simili Conventus favore ac permissione prosequutus est.

Carolus septimus sexti soboles, haeres, et per multum laborem successor Aprili mense anni 1437 Conventum in suam fidem receptum, modiplomate, suaque ubique protectione munivit, et non paucis per varios annos admortisationem Castris supplicanti Conventui quae superiores Reges concesserant rata esse voluit: et Escossensem terram et dominationem primum quidem, ad aliquot annos, postmodum vero in perpetuum remanere jussit; oblatam sibi per Dominum Joannem de Novonagio tunc Priorem, altae justitiae merique imperii demissionem recepit, nostrarumque missarum, obrequiis seu honoratum voluit anno 1444, et biennio post 19 novembris centum octo librarum, sex solidorum, et decem denariorum summam, pro sui juris integra et finali satisfactione debitam, plena liberalique munificentia remisit. Neque his contentus absolutam, ostensamque gabellae, leudae, pedagii, pontonagii aliorumque publicorum munerum, aut pro eis summariae pensitationis vacationem, et omnimodam immunitatem, aliis ejusdem anni tabulis adjecit: quam, posteri Reges non modo non cripere aut labefactare tentarunt, quin potius suis quoque rescriptis saepe saepius iteratis confirmarunt. In quibus sunt: Ludovicus ejus nominis Duodecimus qui anno 1513; Franciscus primus qui anno 1535; Henricus Francisci filius qui anno 1548; Carolus nonus Henrici filius qui anno 1564; Henricus tertius Caroli frater, Henricus 4tus nunquam satis commendati nominis, et qui hodie sceptra moderatur Gallica Ludovicus tertius decimus cognomento justus, quae haec nobis et nostris Domui privilegia certa et sancta esse in perpetuum suis tabulis in curia Tholosana Montispessulanensi Rationicinorum praefectura, et suprema tributorum fiscalium curia publicatis edixerunt.

Caroli sexti nomen et beneficia summatim induxeram; at ecce sapit iterum, et redit ejus memoria dulcior super mel et favum, qui saporem nobis, salis dono non medixit affecit. Anno siquidem 1414 die februarii nona Lupatericensem et Bellovisensem domos eo manere insignivit, et publicorum vectigalium supremae curiae rescripsit ut pretia salis indulgerent, et offensa mercatoris advehentis

praesalis dixerit?

Benefactores Reges.-

mercede sola tantum salis utique ex horreis suis quod Narbonæ, Capestani, Syrani et Peyriaci prostabant concederent quantum sibi ac familiæ suæ necessarium esse sine fraude Patres asserarent, cui ipsi senatores perspecta eorum supplicatione et assertione judicarent. Hoc beneficium sic indefinite concessum ipsi judices anno 1415, 14 junii senatus consulto limitarunt, et Carolus portensodecimus septimus sexti filius Rex sequutus eorum prescriptum, anno 1444, 12 octobris tabulis Nanceii exaratis rectè mensuraretur, et ad decies centenas salis libras Domui Bellivisus, sexies vero Lupateriæ assignatum, atque ab omni prestatione postegnam vecturæ solutione liberum esse voluit: hæque his limitibus a duobus qui postea sequuti sunt Ludovico Duodecimo et Francisco primo Regibus coarctatum in libera velut custodia remansit; annuentibus semper regiis subsidiariæ curiæ et quæstoriæ prosecturæ judicibus ac multiplici decreto salario redemptoris et actoribus ejus ut suam, et Regis mentem ita largiendo, mensurandoque sequerentur dicentibus. Quæ summatim hic quantum sufficit perstricta qui luculentius inspicere ac plenius pervidere desiderabit hæc in adversariis meis sigillatim excerpta, vel certe in ipsis actis apud Carthophylacium nostrum asservatis reperiet; et impleando desiderium suum ex ipsis quid eâ causâ à hisce Regibus debeamus agnoscet.

Jo jura benefacti regii utrique conventus quamdiu placide in Natione fuit gavisus est et Tholosanus hodie utitur; quamquam post Debetum Castrensem ut multa deperierunt jura, sic hoc quoque penitus evanuisset, nisi Domini Anthonii a Vte Paulo providentissimi Prioris cura, et Dni Bernardi ab Hermis Tholosani ævis, ac salariæ curiæ judicis nobis addictissimi monitis et sollicitudine ex generalium Montispessulani monimentis eruta, Regis nostri lucem, et beneficii fulgorem, pro sua instauratione sensissent. Multis nihilominus annorum curriculis, cum ea decrescere seguiter agerentur ac velut sopore gravi pressi in tanta jactura taceremus, eo privati beneficio remansimus: evigilavimus tandem, amico nostro excitante et inquietudinem arte moliente; quæsivimus et invenimus; fulsavimus et certum est, ac refertum in Archivis nostris ac regiis insigni donario nos olim cohonestatos et usos fuisse; petivimus et accepimus nostrum in illud regressum, per supplices libellos Parisiis oblatos et a rege primum Henrico quarto, ac subsequenter ab ejus filio et successore Ludovico XIIIo imperii hujus clavum feliciter tenente perbenigne admissa petitio fuit, et consepultum longo tempore jamque pene abolitum munus regia liberalitate rursus emicuit cum iste Patris effectum, ergà nos semulatus per suum mense julio anni 1611 exaratum diploma Ratiociniorum subsidiorum, et cerarii sui judicibus apud Montempessulanum et Biterras agentibus mandatum dedit ut nos annonæ salariæ jure per civilium bellorum injurias privatos de novo asserarent. Quod et fecerunt et suis eodem anno subscriptionibus petitionem nostram regio placito subnixam, juri et rationi

Benefactores - Dña Centulia. -

maxime consonum, et effectu tuo dignissimam censuerunt.

Itaque sicut Carolo sexto qui nos eo congiario primus honeste affecit multum obstricti sumus; sic nunc quoque duobus his postremis Regibus qui veteratum morem nobis revidere fecerunt, et post dimidii seculi defectionem illius nobis usuram reposuerunt; simili arte, nisi forte majori ratione devincti sumus. — Pari nomine ac veneratione Reverendissimum Castrensem Ilis opus prosequimur; qui anno 1359, 21 septembris Dñum Raymundum Sayssam Castrensem Petitionum Petrum nostrum admisit ad convertendam Bossaci villam in spiritualem thorum, ubi Carthusienses ii gignerent Deo filios, et villicos agrestes commutaret in coelestes colonos.

× Decursis jam quae ab authore nostro comitibusque ac Regibus prostructum in nos primariis tempore ac dignitate beneficiis procedunt ordine permulta bona quae aborta monasterii usque ad occasum ejus complures viri misericordiae prona in illud mente tum testamento tum donatione pro sua quisque facultate et affectione contulerunt. Hactenus opus Benefactorum cum auctoribus perscribi, servato quantum in me erit temporum ordine recensere, et postmodum Benefactorum nomina cum sua cera solas sigillatim exscribere: at quisquis e nostris in animum sibi induxerit scire quibus potissimum Benefactoris suarum suffragia precum teneantur exsolvere, cum in hoc nomina perstricta in tabula descripta mentis et vultus aciem conjecerit, uno ictu oculi quid unique, et a quo tempore teneatur nullo aut saltem permodico labore intelligat. Antesignanum habemus in hac cohorte genere ac vitute nobilem Dñum Centulium de Bretis fidissimum, dignissimamque Raymondi parentis nostri conjugem, veregue coronimine matrem et Fundatricem nostram: cujus post-hoc de Bossaco superius adumbrati in quo Raymundus collocatus sumus concessionem, venit insculpendum calamo secundum tempore, emolumentoque insigne beneficium. Haec uno ordinemque superstes Raymundo Dñe ac sponso suo quem ille seminaverat vix ac nevix quidem exemplentem conventum moe largitatis imbribus ut citius emanaret irrigavit ac bene infudit et inebriavit eum; cum testamento ultimo undecima septembris anni 1361 condito destinatum a viro suo conventum de Bossaco, et Amelium Alberti nepotem suum in omnibus quae vivens possederat et moriens dimittebat bonis haeredes aequis partibus reliquit. Enimvero paucis ante obitum suum diebus nobili Berengario de Bretis fratri suo ab intestato decedenti successerat, atque ex ea successione inter coetera defuncti bona Ecclesiae tenam obtinuerat, et in ejus possessionem per Isamum Turnerium procuratorem suum 5 Augusti anni 1361 uno iterumque mense ante mortem suam devenerat: vixque eam attigerat, cum ad meliorem patrimonii hereditatem a Deo evocata, et illam apprehenderet, hone cum

Benefactores. Dña Centulia. -

cæteris suis bonis dimisit. Quam idem Amelius et conventus æqua primum sorte collegerunt, et toto septennio media quisque omnium defunctæ Centuliæ rerum portione usi anno demum 1368, 4 januarii communi consensu ac scriptura publica sic inter se diviserunt ut loscayratiæ solum, res et jura cum aliquammultis circum castras feudis conventui adpartem suam integre et in solidum obvenirent; cætera vero Centuliæ bona et feuda quæcumque Alberto in partem cederent.

loscavas

Est loscayratium, locus in Parœcia Bᵗᵃᵉ Mariæ de Verdala Iurisdictionis Bajuliæ regiæ Montanesæ Altipullensis, ut ex antiquis monimentis constat; cui limites sunt regia Altæ nubis nemora, lscossense solum Massaguelli, Verdalæ et Stᵉ Affricani terræ. Locus est mi juris, mero ac misto gaudens imperio pratis, rivis, campis, ac nemoribus inciduis pulchra varietate ornatus a meridie assurgit in montem Podii solatarii nuncupatum, in quo præter fagos et quercus condensas et excelsas solum est quod qui aratro vel sarculo proscindunt, aut alter excolunt terragii jus, jactam scilicet sementem, exsolvunt: cætera quæ in valle subsidunt olim, pro magna parte sub vario et annali censu a nobili Berengario colonis concessa erant; meliora vero et vicinora quæque circa domum suam (ubi nunc est præcipua villa nostra) suis manibus, sumptibus in quam excavanda cum pratis et nemore quod inter domum suam et iter quo Verdalam, tenditur positum, est sibi reservarat. Nostri vero majores cum in illius dominium devenerunt veteres migrare colonos facta alibi consensatione fecerunt, receptisque ab unoquoque eorum fundis tres ex omnibus in unam possessionem compactis villas seu Borias erexerunt: unam de novo, et juxta eam calcis et tegularum, omnisque lateritii operis fornacem, utraque rectus viam et terras Massaguelli, quam Boriam novam appellamus; alteram in ipsa Dñi Berengarii domo, territorii scilicet totius medullitio esse voluerunt, et ambarum, cinque quatuor boum paria collocarunt. Tertiam vero rectus terras et viam, Verdalæ cum tribus boum jugis statuerunt; illamque pratorum vastitatem, quam tribus illis boriis conclusam, medio præterlabente rivo ad irrigationem accommodatissimo videre est tripertita portione suam cuique certis limitibus assignarunt. Itaque præter montana quorum cultum, terragii servitute mancipamus, nihil sub censu alienis manibus possidemus, sed totum loscayratiæ solum, quantum undecim boum paribus arari potest, tribus partitum boriis villicorum nostrorum manibus subactum in propriæ dominii possessione tenemus: nulli subdivisum, ullum, nulli censum debemus præterquam Dño Regi, cui ob rivi cui nomen est font-rivière aquas in prata quæ vocamus nova mercatu permisso derivatas duos denarios turonenses a Dño Raymondo Deyguæ Monasterii procuratore 18 aprilis anni 1534 beneficiarie agnitos obligati sumus. Religuum, quidquid est nobili titulo sub omni justitiæ jure admortisatum regiæ salvoguardiæ protectione multoties assecta testi vindicavimus: Deos et judicium et carcerem, eo loci habemus, quibus delinquentes multamus, et mulctam, jure percipimus.

Benefactores diversi.

Hoc justitiae jura per cognitores regios semel atque iterum usurpari coepta anno 1532, octobris 8.a die per regios Judices juridico nobis actu et dicto repositia sunt, et postmodum, anno 1563, Aprili clauente solenni Senescalli Tholosani sententia sancita calce velut et arena compacta remanserunt, et adhuc remanent; nobis insuper regiae praestationis pro Banno indictae atque in futurum indicendae immunibus declaratis.

Pro servandis limitibus multoties laboratum est, et illi saepe revisi et renovati Bodulaeque cum aliis finium regundorum judicibus appositae,

Maxima pro servandis memoribus difficultas fuit: cum Verdalae, Assoalli, Massaguelli aliorumque locorum, in vicinia incolae aut ligna promiscue in propriis usus caederent, et casa transferrent; aut suis nostris glandibus alendos in nostras cogerent sylvas; vel pecora sua nostris pascuis pertinaciter immitterent et immissa tuerentur. Paucis vero post diversos conflictus jurgia sopita, et pacifica transactione anni 1509, 15 decembris nostra et illorum protensa jura definita sunt.

Haec de Boscagiis obiter recensita Dnae Centuliae memoriae, filiis qui nunc sunt nostris, et qui nascentur et exsurgent celebriores efficient; cui certe id debemus quod post Dn Raymondi conjugis sui et proto-Maecenatis nostri beneficia nullum unquam commentum nostro aut utilius aut honorificentius obligit quam quod illius dextrae Dnae (licet praeter boscagiarum, nihil fuisset) hereditaria successione provenit. At haec Raymondi ac Centuliae dona licet praecipua fuerint, non secretam sola; sed eodem tempore, ac deinceps alia quamplurima suis sociando in conventum, portaverunt; quorum enumerationem pro meritis inducere licet mihi sit admodum difficile, necessarium, tamen videtur eam sigillatim exponere instituti mei ratione recensere

Quo anno Raymondus et Centulia carnis vinculis exsoluti ad superos evolarunt, Vincentia de Calasio Jacobi haeres et unica filia Castrorum incola Raymondi nostri exemplo et pietate provocata destinatam ante mensem, ab eodem Conventus Bossacii fundationem, simili beneficio prosequuta est, et testamento nonâ Augusti die anni 1361 condito res suas ordinans, et domui a qua recedebat bene praecipiens dimidium in nostram recenter prodeuntem contulit, reliquum in pios usus, maxime vero in Capellaniam Bernardi Sayssae ac successorum ejus, cumque illi deficerent Castrensium Consulum juri et nominationi subjectam erogavit.

Isdem anno ac die Joannes Byerius mercator Castrensis testamentaria dispositione sua suis si quos superstites, aut posthumos relinqueret filios; sin minus suis ex fratre nepotibus hereditatem suam dimisit; istis vero recenter enatum, ac nec dum plumescentem Conventum de

Benefactores diversi - -

Bossaco substitutum voluit: quod equidem utrum ei ad emolumentum acciderit mihi non est compertum; quidquid sit, dignum videtur illius commendare effectum; cum aliqui tabulae ejus testamentariae inter reliquas frustra non videantur mihi a nostris majoribus asservatae.

Quinquennio post 27 januarii anni 1366 Dñus Guillelmus Franchi Ecclesiae B^tae Mariae de Platea civitatis ejusdem Vicarius, piorum testamentorum generalis ex officio executor plurimorum legata pia maxime vero Berengarii ac Petri de Bretis Dñae Castellae consanguineorum uxorumque ac filiorum illorum, necnon et quinquaginta libras turonenses per Bermondam de Verlhaco Bernardi de Lorena quondam conjugem in pia opera destinatas cum adsolvendum restarent influere in eumdem Conventum ordinavit.

Vigesima prima Augusti ejusdem anni a Guisenda Castrensi femina Joannis de Batudo consorte. fief d'Avisat et la Prioric 26 août 1366 Dresleti feudum in Ste Petri Asitensis parocia sub annuo quinque quarteriarum frumenti totius emque avenae censu eidem Conventui una cum feudo Prioriae dono datum fuit.

Eodem ipso tempore a Joanne Raymondi hospitium unum et vineam Semalensi (ut ex variis admortisationum tabulis constat) dono simili Conventus accepit.

Anno 1395, 15 aprilis Dñus Bernardus Paricetis Ecclesiae de Monte cuculo Rector hic degens fecit fieri cellam primam, dein tertiam post cellam Prioris; multa alia bona fecit nobis, et tandem hinc excedens cuncta quae possederat Conventui cessit, et testamento concessit.

Eodem anno, 16 junii Andreas Baronis testans filiis et filiabus suis si sine stirpe demigrarent e vita, Conventum nostrum in quadrantem ad substitutionem adscivit, reliquum monasteriis et consanguineis suis eo casu impartiendum disposuit.

Eodem insuper anno Jacobus Rastellius Castrensis medians substantiae suae brevi relinquendae partem eidem Conventui testamento largitus est.

Ultimo eodem anno, mense Augusti Bernardus Garricus Saxiensis filiis a se natis vel nascituris, vel eorum defectu Carthusiensibus de Bossaco hereditatem suam provenire decrevit.

Anno 1398, 5° decembris Bernardus Salmonetti Castrensis Benedicto et Joanni filiis suis bona testamento dimittens, si ea per mortem liberis privati amitterent, a Conventu nostro et uxore sua aqua lance recipi ordinavit. Hoc exstinctis Benedicto et uxore Conventus cum Joanne divisere authore Proctore 28 junii anni 1398.

Anno 1383, 15 julii Dñus Guillelmus Conilius Castrensis civis ac presbyter quem Dñus Raymondus Germes Sayssa Capellaniae a se institutae ac superiorem inductae primo praefici mandavit cum eidem multis annis

Benefactores diversi. -

prosequisset, tandem et ipsam et reliqua quæ in vitâ receperat derelinquens in conventum immisit. Inter cætera census annuos frumenti, avenæ, ac pecuniæ apud Stum Germerium, et nonnullas alios circa Castras eo nomine illicitasque donationis ac devotionis jure litigio turbaque omni cessante ab illo tempore possidemus. Neque omittendum est quod ære suo fecit fieri tertiam partem cellæ medicinalis a parte Prioris, a nobis dilectus et nos diligens ut frater, qui Duo Raymondo parenti nostro fuerat quasi filius, et ab eo titulo clericali super pratis nostris Gresloris ad vitam dotatus.

Anno 1391, 29 decembris Guillelmus Roqua Castrensis, præcipui amoris vinculo nobis colligatus et nostris rebus agendis addictissimus, se magnæ donavit nobis; et anno sequenti cum superesset in vivis Bernarda, conjugem suam, in similem erga conventum devotionem permovit. Itaque anno 1392, 7° Martii unanimi consensu, et una conscriptione cuncta sua prædia, hospitia et res omnes eidem conventui conjunxerunt: præter quam quod ille vivens pro grangia majori nostra quam Bassam decimus coemendam Monten-pessulanum, multi parcens labori perrexerat, et Petro Saysse illius possessori ducenta auri sculta de suo numeraverat primum, et dilatis illuc centum residuis factam solutionem 1° Martii 1395 postmodum complevit, usque ad aras amicus et donatus noster, et post donationem meam nobis, diu superstes.

Anno 1392 Petrus Antonius loci de Cudio civis cum intra illius limites insignem olivetam alienique census ac juris omnis expertem possideret, eo coronam nostram flosculo decoravit; cum 28 Martii ejusdem anni die, ut particeps spiritalium nostrorum efficeretur eam conventui bonis donationem inter vivos adjunxit, ac nullo non tempore nobis eam manere quam potuit serio præcepit. Nos vero sicut in accipiendo hilares, sic in servando tenaces juxta devoti datoris nostri propositum etiam-nunc sumus: ex eaque quotannis per Cudienses redempta olei purissimi et optimi sarcinatam unam et amphoras alienis delatam laboribus et sumptibus in nostros usus eliguamus. Dederat autem prius semel centum florenos, alia vice quadraginta francos; altera horologii campanam, et aliis vicibus alia complura.

Anno 1394, 20 junii Petrus Contrastus loci de Sanio vicinus incola testamento sua disponens post-pia legata quam plurima novas Bte Mariæ ~~de Pulchro-visu alias~~ de Bossaco, et fratrum Minorum Castrensium fabricas, usumquamque pro reædificatione sibi hæredes effecit: unde ducentos auri francos pro sua conventus inte parte collegit.

Anno 1395, 10 septembris Guillelmus Balestra Castrensis habens spem et fiduciam in missis et precibus quæ continue dicebantur in domo nova Bte Mariæ de Pulchro-visu alias de Bossaco,

Benefactores diversi - -

et ut preces illos proficerent animos suos, ac suorum, usura vicia eam donavit quae in Petroso vineto sita, libera, ducentis asperiata francis et duobus itineribus conclusa nostris deinceps amanibus assignavit sicut et alia non pauca praedia et jura; quae quod vel remota, vel minus utilia comperta sint Majores nostri concedente R^do Patre nostro et Capitulo generali a solido successionis distraxerunt, et in viciniora et commodiora conventui bona pretio ex aliorum venditione numerato prudenti consilio commutarunt. Adjecit etiam illi dono benevolus amicus praeter continuos nostri causa labores et curas et aliud donum priori valde consentaneum, nempe torcular magnum in monasterio diu asservatum, sed in ejus conflagratione flammis absumptum; et post mortem suam in pecunia viginti francos.

Anno 1396, 8 septembris Petrus Columbus civis Castrensis legem ultimam rebus suis condens Conventum istum haeredem sibi adscivit ex semisse sub unius Anniversarii perpetui levi onere, religiosis religiosis operibus cum obiisset pie dividendum jussit. Magnis multisque tum beneficiis tum obsequiis majores nostros demeritus solvit de suo tertiam partem cellae claustri nostri medio a parte Prioris; acquisitioni Boriae magnae a Petro Sayssa una cum Guillelmo Ropua plurimam navavit operam, et cum Ordo noster in recipienda nova domo negotiatorum hinc inde emergentium, mole pertentus haesitaret, ille fervens dilectione ad Carthusiam perrexit, illexit persuasione; depulsaque caligine in corporationem obtinuit; et tam pretioso labore ominatoque affecta et effecta, in nostro Menologio elogium hocce honorificum meruit; si ipse non fuisset domus ista recepta non fuisset. Si quaeris causam, lector, exspecta, reexspecta; in serie Priorum Deo suggerente satisfaciam.

Anno 1401 Dñus Petrus de Sparra Ecclesiae castrensis monachus, Ulemosynarius causam piarum ex ultimis decedentium voluntatibus generalis in Episcopatu Castrensi exsequutor, cum Conventus noster a summo Pontifice obtinuisset rescriptum pro quadringentis auri florenis ex legatorum ad pias usus cumulo recipiendis; ut id munus impleret magnam bonorum partem quae Bernardus Ros Castrensis, et Bernarda uxor ejus pauperibus elargienda devoverant eidem 27 octobris anni supradicti adscripsit.

Anno 1402, 25 Martii Joannes Caroli sexti Regis filius et Occitanorum prorex paternae in nos affectionis aemulus remisit Castrensibus debitam sibi in petroso vineto partem quartam; ut Ecclesia nostra et claustrum medium pro medio effecta promoverentur; cum Castrenses eo onere relevati quae nostra erant sine labore persolverent.

Anno 1405, 5 aprilis Reverendissimus in X^to Dñus Joannes Ingarbus Castrensis Episcopus eundem Conventum paecipuo complectens amore ut ejus negotia, Ecclesiaque ac loci fabricam promoveret, ducentorum aureorum summa alienae sibi debita eum honoravit: non satis fuit; adjecit pius simul ac liberalis Pontifex

Benefactores Diversi. -

et alia quam plurima quibus prosse commendandis processores nostri hoc Enchomium in suo necrologio adDixerunt: obiit 5 maii 1418 Dñus Joannes Engardus Episcopus Castrensis, qui fecit consummare caput Ecclesie nostre, et dedit centum scuta auri pro lignis chori, et multas alias pecunias expendit in opere Ecclesie, ultra mille francos fortis monetae, et nisi ipse fuisset Ecclesia nostra cindriata (id est concamerata) non fuisset praeter caput tantum, et multa alia bona fecit. Reflectatur igitur in bonis Domus Dei, qui suis deo nostram implevit bonis.

Anno 1412, 21 januarii Dñus Raymundus de Albaribus Ecclesie Podiocriensis nostro munere et nominatione Vicarius quid a nobis acceptum, ferret ad vicem, expressit cum testamento ea die scripto Conventui nostrum in sua hereditate possidenda perduxit.

Anno 1413, 14 decembris Ricarda Rogieyra Domini Petri Macellarii avia, eidem sex libras ad emendum sibi vestitum, suum, testamento legavit.

Anno quo supra, 26 septembris Dñus Jacobus Blancus presbyter et Prior Ecclesie Podii-sarigueriis diocesis Narbonensis testamentum ordinans Biterris post diversa pia legata heredem sibi statuit opus seu fabricam Ecclesie Carthusiensium de Bossaco in diocesi Castrensi, ut ipsi teneantur preces effundere pro anima sua, legata sua exsolvere, et agapem decem sestariorum frumenti, et decem sarinatarum vini egenis ma causa erogare.

Anno 1415, 17 maii Joannes Cases et Raymunda uxor ejus loci de Ste Affricano, ex pura fide et affectione (ainsi acta) et devotione sincera et fervente in conventum Bte Mariae de Bellovisu, et religiosos ejus, maxime vero Dominum Petrum Macellarii Cindicum ejus rerum et jurium suorum omnium eos donatione affecerunt, reservato sibi ad vitam usufructu et quibusdam pie disponendis: quae hereditas valuit nobis (ex calendario nostro) ducentos et ultra fortis monetae francos.

Anno eodem 1° Augusti Finis uxor Petri Masse loci de Angulis diocesis Ste Fortis Thomeriarum testamento suo eumdem virum suum sibi heredem evocavit, sed eo decedente illi conventum nostrum in rerum suarum usu ac fruitione integra substituendum voluit: voluit quoque idem Petrus vir ejus qui anno 1427, 6 octobris testamentum nuncupans quam uxori concorsaret et quo animo in honorabilem (ita dixit) Conventum Dominorum Carthusiensium de Bellovisu propenderet patefecit: cum legem suam ultimam in ejus commodo disposuit, et ejus bonis suam quoque simul et uxoris hereditatem exposuit. quos hic ambos licet diversi temporis donatores sub unius cerae inductione recenseo; utrosque idem amor et propositum Deo, sibi et nobis conjunxit, calamus meus vim faciens ingrate non separet.

Anno eodem Petrus Basterius Podii-Laurentii civis vitae suae actus testamento claudens Dominum

St Catherine n° 2.

Benefactores diversi. -

mum, ante macellum urbis ad viginti solidos annuales eidem Conventui vectigalem, fecit: sed cum Joannes ejus filius eo nomine se gravi pondere contra debitum praegravari quereretur, exsolutis semel sponte viginti turonensibus libris annuatim conventui vinculum solvit, et a praedicto aere Dominum suum liberum effecit 29 septembris anni 1416.

Anno 1416, 14 maii Dñus Joannes Vigerius Castrensis presbyter et civis nostrum, et Dominicarum Conventus rerum suarum usum, et hereditatem, ubicumque dispersit.

Anno 1419, 16 januarii Bertrandus Macellarius de Causa Domini Petri Macellarii supra memorati Bellovisani quondam Prioris secundum carnem, pater cum alium, mares non haberet instituit heredem sibi existe Joannam filiam suam, Joanne liberos suos, ipsis sine prole diem obeuntibus Agnetem uxorem suam substituit, Agnete demum intestata occumbenti Conventum de Bellovisu subordinari voluit. Junge cognatione unoactu duos in carne, benevolentiaque in nos una, licet interrumpas tempora. Agnes vero 17 Martii anni 1431 hereditatem suam, Berengario Marcellario nepoti suo conservavit; sed eo sine progenie (si contingeret) legitima hinc subtracto Dominum eundem Petrum Macellarii filium suum, si tunc in vivis esset, sin minus Conventum de Bellovisu cum duabus sibi succedere partibus decrevit, reliqua sororibus ac neptibus suis, aut earum defectu Operi Ecclesiae B^tae Mariae de Causa in usum venire disposuit. Ita utrique nostri memineremus, et nos illorum memoriae Laicenarii prefectum 5^a Maii quotannis celebrandi monimentum ereximus, quia (referente calendario) ex eorum bonis accepimus quidem primum, tres Refectorii libros annuatim ex integro lecturam continentes, emptos a Dom. Durbonis triginta multonibus; quadraginta postmodum multones expensos in perfectione cacuminis muri super portam Ecclesiae, iterumque sexaginta multones expensos in cabulis. Quae licet sint satis multa, et condignè Laicenarii obsequio decorata, mihi tamen videntur parca ad insigne bonum Datae nobis unicae propaginis suae, et primitatis jurium nostrorum in Petro suo nobis collatae, de quo hic loqui supersedeo, quia postmodum in Priorum rebus gestis recensendis, dignior suo loco sese nobis oblaturus est occasio. Interim vero gaudete in Dño semper, iterum, dico gaudete o felices vestra pietate ac procreatione tam digné vestri quondam filii, nostri autem Patris nullo satis digno schemate commendati parentes.

Anno 1421, 22 augusti Guillelmus Batudi Petri filius emancipatus Castrensis, motus affectione, devotione et intima cordis dilectione Conventus bona spontaneae donationis actu suis auxit, solo sibi ad vitam usufructu reservato.

Anno 1422, 28 martii Petrus Azemarius et Astrugia uxor ejus Castrenses reciprocas sibi rerum

Benefactores diversi. -

quarum donationes susceperunt, et post obitum suum eas dem conventui Bellivisus consecrarunt.

Anno 1623, 13 Martii nobilis Dña Georgia de Vte Martino Petri filia Montis Ioviensi et totius loci juris ad quartum, condâmina suorum omnium possessione conventum istum cumulavit. Opus fuerat Joanna soror ejus apud Abbatiam Minoritarum Azilianæ monialis ratum habuit; insuper et sex florenorum auri pensitationem annuam a Petro genitore sibi assignatam donationi sororis suæ Rdo Patri Generali mi Dñi is annuente adjecit.

Anno eodem, 2a januarii inserta est necrologio nostro Rdi in Xto Patris et Dñæ Gaufredi Carcassonensis Episcopi memoria, et anniversarium perpetuum ibidem inscriptum in solatium et decus magni rerum Bellivisensium promotoris, et translatæ ad nos rerum Lupateriæ per suam et Capituli sui concessionem adjutoris, ne dicam (cum ei in promptu esset eam impedire) authoris. Vivat ergo inter mortuos liber qui nostra tunc satis angusta septa et cœpta fundis et beneficiis a suo jure procuris liberalissime simul et amantissime dilatavit.

Anno 1424, 3a januarii Petrus Donadieu Sarlatensis post plura testamenti legata hæreditatem suam influere ordinavit in conventum Dominorum Carthusiensium de Bellovisu alias Bte Mariæ de Bosco prope Castras eorumque Ecclesiam sive opus, pro supplendis necessitatibus ipsorum.

Anno 1425, 3a novembris nobilis Dña Joanna de Banterilla Rdi Arnaldi filia, uxorque nobilis Dñi Joannis de Montesquino ultima testamento dicens dimidiam bonorum suorum partem concessit conventui Bellivisus cohœredi instituto cum nobili Bernardo de Pardevilla Symonis filio.

Anno 1426, 4 januarii Dñus Petrus Guillabertus presbyter Ste Amantii vallis-Choreti jus dicens ultimo rebus suis legavit Domno Bernardo Guillaberti monacho Bellivisus octo libras turonenses; nec istum præterire volo minatum, at videtur, donatorem qui hoc exiguo dono judicio Dñi in facto vid ne forte plus ceteris misit in gazophylacium nostrum.

Anno 1427, 17 Martii Joannes Bouerius de causa Castrensis diœcesis decem annuarum librarum turonensium, Albergam quam genitor suus Joannes a nobili Pontio de Lobenchis acquisierat solvendam ab habitatoribus loci de Buxadone Matis-veteris et Murati, fidemque pro illa Dño Comiti Castrensi sub juramento præstiterat conventui de Bellovisu prona pietate donavit; Donatam vero D. Petrus Macellarius Monasterii Prior anno 1438, 8 aprilis eidem Comiti sub feudo nobili, ac similis interpositione juramenti dimuneravit. Hanc post longa annorum curricula Buxadonenses nobis eripere, atque in nobiles Dñas Dulcem, Perusiam, loci Dñas, transferre miris modis tentarunt; sed irrito conatu laborarunt, et vires in vacuum effuderunt: nam anno 1606, 27 maii supremæ Tholosanensis

Benefactores diversi. -

curiae decreto causa dejecti, et ad solvendum pro praedicto et retroactis annis reditum condemnati ingentem pecuniae vim nobis redhibuerunt, et ex suo labore nihil nisi pudorem et expensas eodem decreto refundendas retulerunt.

Anno 1429, 6 octobris Petrus Masse de Angulis quo in nos esset animo patefecit, cum testamento suo in honorabilis Conventus de Bellovisu alias de Bosseto gratiam sua disposuit, et illius bonis suam quoque hoereditatem apposuit. Hoc jam superius inductum, visum est mihi suo ordine repetendum.

Anno 1428, 5 maii Ludovicus Montanesius Castrensis Bathonicae filiae suae hoeredi institutae Dominicanos Castrenses, et Bellovisanos Carthusienses pari conditione substitutos esse voluit.

Anno 1433, 9 maii Dñus Joannes de forte Podii-Laurentii urbis non ignobae presbyter seipsum Deo in hostiam vivificam consecrans, et Conventui nostro in monachum dedens quam reliquebat hoereditatem eumdem sortis pro suo in eum impenso amore voluit, et eo munere ducenta aureis scuta in sinum ejus coacervavit.

Anno quo supra, Julio clauditante Dñus Petrus Bessi presbyter, et Vicarius Stae Saturnini de Davezano apud Narbonae Dioecesim, Rector simili hoereditatis suae dono Conventum gaudere fecit, ex qua mille matones congregavit.

Anno 1436, 1° Martii Magister Joannes Joglarius Castrensis Notarius et civis postquam multis annis Conventui nostro in retinendis expediendisque recognitionum, et aliorum actuum contractibus egregie operam navasset, atque ex suo labore non modicum ab eo lucrum reportasset, ipse a sui laboris emolumenta satis multum argenti numerati summas ante eos qui dederant, edito donationis inter vivos actu redire fecit.

Anno proxime dicto, 5 maii Petrus Boussié Castrensis decedentibus in pupillari aetate erat alias sine prole filiis suis in rerum suarum successionem omnem, Conventum istum, Dominicanos fratres, et Cisperum majoris Ecclesiae aequo distributionem funiculo vocavit.

Anno 1438, 19 maii Joannes Ruber Vallis Choreti Stae Amantii mercator praeter ducentos matones aureos quos pro fabrica donavit, et unum par boum, vivens et sanus dari jussit, morti proximus nihil non eorum quae possederat Deo consecravit, cum testamentum ea die conscribens Conventui nostro Cappam unam, leg avit; eumdemque, Dominicanos de Castris, Augustinenses et Carmelitas de Carcassona hoeredes sibi aequis partibus adscivit; unde postea mille matonum (testones hodie sunt) Conventus iste pretium contraxit, obiit anno 1448.

Anno 1439, 6 maii Joannes Auca faber Castrarum, lignarius post maxatam fabricae Monasterii hujus multam operam, cum diceret ei spiritus ut requiesceret a laboribus suis, opera sua et eorum fructus nos sequi voluit, et facultates omnes suas in S. Petrum Mucellarium, et reliquos de Bellovisu monachos congessit, quos ore suo sibi fecit et nominavit hoeredes.

Benefactores diversi. -

Anno 1441, 19 decembris Bernardus Azemarius Bruguerie civis et mercator ultima dicens hoc heredem sibi universum advocavit venerabilem et religiosum virum D. Petrum Marcellarium Priorem honorabilis (sic enim ait) Monasterii Domorum Carthusiensium de Bellovisu alias de Bossaco, totumque monasterium; quod ejusdem insequentis decernente judice adivit, recepit, et possedit hereditatem.

Anno 1442, 12 februarii Petrus Rogua Castrensis operarius pro salute animæ suæ, ac progenitorum suorum bona fide (ita dixit) et affectione ferventi quam habebat, et toto vitæ suæ tempore habuerat erga devotos Religiosos Domnos Carthusienses B^ti Mariæ de Bellovisu, alias de Bossaco, et eorum venerabile monasterium, constructum prope Castrum donatione pura dedit D^no Petro Marcellario Priori et totique conventui ma omnia ea conditione ut exequias curarent, et pauperibus Christi triapumenti Castaria et vini totidem sarcinatas largirentur.

Anno 1443, 7 octobris Guillelmus Gardatus similis alterii operator donantis dedit heredem sibi, debitorumque ac legatorum suorum solutorem, Monasterium, Venerabilium Religiosorum D^norum Monachorum Carthusiensium B^ti Mariæ de Bellovisu.

Anno 1451, 20 julii Joannes Lambinus Castrensis Capellaniam superius insertam, erigens Priorum pro S^ti Benedicti et conventus nostri nominationi subdens inter beneficios nostros hunc locum meretur.

Anno 1451, 23 julii D^nus Bernaldus de Fonte presbyter, et Anthonia uxor relicta Thomæ Fabri ambo Semalenses plena et libera donatione, pensiones, portiones, census, proventus et reditus bladorum et alia jura sibi Semalensi, Rapi, et Cambone debita in conventum contulerunt. Sed hæc utrum vendita, an temporis injuria a nobis dilapsa fuerint nescio: nunc enim in hisce duobus nihil fruimur; Semalensi vero non in censu, pensione vel alio simili reditu, sed in fundo sunt quæ possidemus; imo et illorum authorem D^num Ademarium Gorrerium (de quo postea) non istos agnoscimus. Ut ut sit illis grati, et acceptæ beneficii memores esse debemus quæ pia voluntate nostra commoda vel promoverunt, vel promovere pro viribus studuerunt.

Anno eodem, 17 sept^bris Bernarda uxor Joannis Sylvestri Castrensis, ejusque hæres ex sua pura (ita scriptum) liberalitate et eximio amore ac affectione quam gerebat erga honorabilem conventum de Bellovisu et Religiosos ejus donatione pura nunquam revocanda dedit eis dem se et omnia sua, amore Dei et pietatis instituta, et ut dicti religiosi pro se et suis preces fundant, constituensetiam se illius Monasterii Donatam, suscepta est a Priore sicut voluit in nostra; victusque ac vestitus cum legatorum suorum solutione in vita et morte, solemni omnes actus stipulatione illi certi sunt effecti.

Anno 1452, 9 julii D^nus Raymondus Forestarius presbyter et Dominus Episcopalis de casa inquilinus

Benefactores diversi. -

rebus suis quibus parce usus fuerat Conventui quod potuit providit, cum ei hereditatem suam triginta scutorum, ut dicit testamento dimisit.

Anno 1453, 16 octobris Dñus Guillelmus Hugonis Canonicus Vaurensis, Rectorque Soricinii pio testamento piam in Conventum affectionem suam asserens, tertiam hereditatis sue partem, eidem concessit ea mente ac lege ut ex predicta portione perficeretur Ecclesia ejusdem monasterii in superiori parte, et claustrum monachorum dederetur, fieretque una cella de qualitate et mensura cellae Rdi in Christo Patris Dñi Episcopi Vaurensis, juxta cellam, quam fieri fecit Dñus Petrus Natalis officialis Vaurensis ad evidentiorem memoriam sui et suorum. Hic acrite collecta est vindemia de qua in rem monasterii quadringentorum scutorum summa confluxit. De his, licet alibi de non constet, luce clarius videtur, et hic enucleare debet insignis benefactor idem Dñus Petrus Natalis qui eodem tempore, instigante verbo et exemplo Dni Vaurensis Episcopi de quo infra dicturi sumus una monachali cella claustrum nostrum exornavit, et ad simile opus eumdem Dñum Hugonem Canonicum provocavit.

Illi subjungo Dñum Guillelmum Boucherium, Canonicum Turonensem qui eodem consanguinei sibi Episcopi exemplo permotus, quo ille tempore beneficium Stae Cecilie nobis adunavit; et ipse nos stillicidis prope tyrannum Prioratu sola decem librarum turonensium pensione ad vitam servata cessit: unde et simili amoris affectu, et effectu simul et semel per eumdem delegatum Castrensem officialem nobis dictum, similem cum Episcopo apud me memoriam ac laudis effectum meretur.

Anno 1454, 11 septembris nobilis Dña Catharina Loysa Guillelmi quondam de Bris vidua quos in monachos Bellovisenses estu ferveret extrema testamenti lege priusquam esset mortem, obitura prodidit. Hoc ab extremis Regni hujus Britannis per Reverendissimam in Xto Patrem Dñum Joannem Boucherium, Vauri Episcopum, in hanc regionem ducta et aliquandiu cum illo (ad Dei misericordiam nostre gloriam refero) indecenter conversata, post susceptam inde prolem masculam, cui nomen Helie de Bris inditum fuit, eodem Dño in se reverso, et ad Deum per monasterium nostrum et Patrum ejus exempla et monita totis compunacti cordis et animi medullis converso quos secuta fuerat errantem imitata est penitentem, lavitque lacrymis corporis maculas criminis; et carne quidem ab Episcopi contubernio avulsa, ne amplius cum illo peccaret, Ecclesiam nuper a se propriis comparatum cum filio recessit; pariterque cum Episcopo mentis cultu et cordis affectu Conventum amborum conversionis authorem prosequuta placandum sibi Numen, et amicos in eternis tabernaculis faciendos de miserrima iniquitatis Bellovisenses monachos fidos et fervidos apud Deum oratores proposuit. Cumque ad illos Presul corpore sepius accederet et via inde recederet, illa forti ut mortis nexu dilectionis quem nulla extinguere potuerunt aque

Benefactores diversi. -

quamdiu superfuit illis illigata continue remansit, et quos illos amore pariter et honore prosequeretur postremis illius diei tabulis declaravit: quibus corpori suo sepulturam apud Bellovisum legit, et post quamplurima Ecclesiis, Monasteriis et pauperibus christi legata monilia que sua in missas et orationes curandas distributa monachos Bellovisus donariis in pecunia, libris et varia aeris, ligni, linique supellectile affecit; Ecclesiam eorum una edicula in divae Cuiliae memoriam a latere aquilonis juxta divi Martini sacellum ampliari ac centum viginti sutorum pretio exstrui voluit, argentea diversi generis vasa pondo sexdecim marcarum in calices constandos, uno ex illis septem marcis constante consecravit. Pargensem divae Mariae aedem, nobis subditam, cancellis ante chorum ferreis suo stemmate insignitis munivit, pecuniaque in eam rem et ornamentis honoravit. Conventui crucem argenteam marcae dimidium appendentem, et quinque venerandae crucis Christi frustis radiantem, nudamque domicationis quam Escossensi habebat proprietatem donavit, eumdemque filio suo sine legitima prole morienti substituendum fecit: priori, procuratoriique testamenti sui executionem, filiique quoque sui educationem, tutelam, et gubernationem omnimodam commisit. Quid plura? totam se suaque piis operibus Deo, et nobis, reservato naturae solum in filium jure impendit: 17 augusti 1455 diem clausit, et apud nos sepulturam meruit; ibi curata est religiose a Patribus nostris; ibi christianum dormit somnum cum illis. Postera die post recondituam corpus conditum quoque fuit inventarium rerum ejus, in cujus prolixa serie ac copiosa varietate videre est divitias rerum, saeculi magis autem gratiae Dei quae agente facta est mirabiliter ut pro iniquitate quae in hujus peccatricis pectore prius abundavit in ejus postmodum conversae corde justitia superabundavit. Ista nunc satis erunt; plura dein cedo in ejus dem Dni Proconsulis ac praecipui moecenatis nostri memoriam, et in rebus Escossensi deducendis dicenda succedent: Interim vero ne a benefactorum nostrorum corona tot piis operibus ut gemmis illustrata Catharinae nostrae insignis Margaritae memoria separetur, haec pauca velut contra oblivionem amuletum apposuisse sufficiat.

posaque Anno 1456, 8 novembris Dna Joanna Boscarella Joannis Boscarelli Castrensis filia, et Joannis Argeri uxor relicta, amore Dei et pietatis, ac devotione cordiali (sic enim loquuta est) quam habebat erga Dominum de Novomagio Priorem et Monachos ejus, ratione etiam antiquae amicitiae et beneficiorum sibi a Conventu impensorum eumdem in imo sedentem ex alto charitatis aspexit, et commodis ejus pie utiliterque prospexit donans ei certa inservivos donatione dominium directum, perpetuumque annuum reditum decem cestariorum frumenti mensurae Castrensis per beneficiarios suos Mansi Posaque in parroecia Sti Martini de carnis debitorum, et os vero integrum donationis ejus fructum collegimus sed eadem statim acinumero semper asservare negavimus, fortiusque: siquidem ex decem octo praesenti pecunia per Colonos Mansi jam redemptis ut certo

Benefactores diversi. –

quondam pratis constitutis, qui in presentiarum sunt et fidem beneficiarium agnoscunt, non nisi duobus in directo dominio centenariis addicuntur.

Anno 1456, 3 septembris Guillelma Ademaria Bernardi de Bruguera filia in viduitate agens, matura sibi post decessum spiritalia providit bona; cum existens in conventu Carthusianorum B^te^ Marie de Bello-videre prope Castras, ac in domo infra eum constructa per R^dum^ in Christo Patrem Dnum Joannem Episcopum Vaurensem se suaque omnia eidem conventui dono dedit amore Dei et pietatis intuitu, ut particeps fieret orationum dicti Monasterii; ea conditione, ut exequie sue et legata per donatorios suos exsolvantur. Hereditas ejus deductis oneribus valuit quadringenta scuta.

Anno 1457, ultima julii nobilis vir Dnus Joannes Guorionis loci de Rivis prope Peyriacum, generalis magister monetarum Dni Regis, villaque et castri de Minerva castellanie Prefectus animi sui propositionem in conventum istum multis monimentis apertam fecit: et prius quidem testamento quo eidem sue successionis quadrantem dedicavit, ac demum supradicte diei codicillo quo partem sui quam evolans ad superos relicturus erat cadaver examine undecunque in eum deferri, atque in ejus choro inhumari mandavit in sequentem modum. Imprimis igitur exanimati corporis sui sepulturam in Ecclesia conventus de Bellovidere seu castras Albigesii a Priore, conventualibus, et Capitulo generali antea sibi concessam elegit, illudque terre mandari voluit in sepulchro a se tam sibi quam uxori sue in ea sibi unanimi preparato, lapideque ultimque stemmatibus insculpto intra Ecclesiam, in ipsius choro, ante majus altare. Corpus vero a loco decessus sui illuc deferri comitantibus sex sacerdotibus vel religiosis Azilhani, datis cuique pro itu ac reditu viatico et expensis; ac duodecim laicis illud per alternas vices adportantibus, cum facibus et laternis duplici cereo semper ardente, noctu vero quatuor intorticiis preter cereos in Ecclesiis ubi peregrinando requiesceret circa illud elucentibus; gestatoribus autem, sicut et sacerdotibus expensas et salarium fieri largo manu. Cum ad Ecclesiam ad sepulturam electam conspectum veniret, accensis illico tedeis facibus stipatum, ad tumulum ferri ac super eum deponi. Si peregre Regis jussionem ex hac vita recederet in proximiori interim cimiterio recondi, donec ab eodem conventu requiri posset: quod si nec integro corpore deferri consumptis carnibus valeret, ossa saltem sua et pulveres suum intra annum comportari; exequias suas et earum cultus et ceremonias ad Prioris, procuratoris et monachorum ejusdem conventus arbitrium curari; tedeis nihilominus cereas faces quamlibet bibliben, semel accensas nunquam circa illud donec recondertur non lucere. Franciscanis, Dominicanis, aliisque diversarum in circuitu civitatum Religiosis, eorumque monasteriis, cuspidi, Salitis et Xenodochiis diversa pro diverso in quoque affectu suo legavit. Ut defunctus quidem suo ita codicillando dixit; de hereditaria autem

Benefactores diversi..

successione sua tunc lacuit, eo quod (inquit) eam prius in Mag.i Mauritii Chayrelli Pesionum Notarii tabulas testatam reliquisset: nos vero ei ejus partem venisse inde quidem liquido colligeremus, quod majores nostri eidem codicillo, in rotuli ejus apice inscripserunt: Ponatur cum testamentis in quibus Conventus est institutus hæres. Quid vero et quantum inde collectum fuerit et quid pio Maecenati ante et post mortem accessum foramen dilucidis expressum verbis in calendario nostrum ad 19 diem septembris anni 1464 quo ei fatalis fuit invenitur; ubi legeretur eum testamento suo quartam bonorum suorum immobilium partem nobis reliquisse: vivente vero Capellam Vti Martini in Ecclesia nostra sua sumptu erexisse; in qua etiamnum gentilitium ejus insigne in angulo aquilonari undeformix enascitur integrum et ab hæreticorum furore, nebulonumque, ac temporum injuria illibatum angelo tutum fovente et protegente perseverat; eamdemque eidem sacrario communi gradibus quibus ad cochleam majorem ascensus erat, et San-Cecilianæ (de qua prius) capellæ conjunctam et calice argenteo quatuor marcarum inaurato, casula pulchris imaginibus et panno pretioso profulgida decorasse; mappas magno numero, cyathos ex argento sex fonderis undecim marcarum, largitum fuisse, ac multis aliis beneficiis Conventum cumulasse; Io vero extincto nobilem Dnam Joannem.am Gasquetam ejus consortem consimili devotione similique adquadrantem hæreditaria institutione eumdem Conventum prosequutam fuisse, et ea propter in eodem tumulo juxta virum suum ut utrique disposuerat, per majores nostros nullo unquam ingrati aut impii animi vitio laborantes depositam fuisse. In quibus quidem facili mihi videor assequi conjectura sepulchrum quod in area chori superioris media subtus priorem Altaris prælii gradum, ab hæreticis effractum et effossum, superpositi sibi marmoris fragmenta quædam litteris et ærâ per oram vetustate vel posteriora prorsus consumptis, ac militis intus effigie insculpta repræsentat, istius potius Guonioris, quam vel fundatoris vel alterius ejus prius, Maecenatis nostri monumentum esse. Certe qui fundatoris esse asserunt allucinantur ex toto, quod ex dictis quidem perfacile est animadvertere; cum Dnus Raymundus noster nec militis unquam officio functus, atque ante Conventus et Ecclesiæ erectionem defunctus alteri potius sacræ, quam huic tunc temporis profanæ terræ mandari debuerit. Discant autem qui contrarium sibi persuasum habent exorta quædam inter Carthusienses de Bellovisu et Dominicanos Castrenses litigia communi consensu quievisse, sanciturque inter eos 16 maii anni 1396 fuisse ut Carthusienses Dominicanorum Capellam cui S. Joannis et Ludovici titulus erat pro ipsum Raymundum olim vel denovo structam, vel meliori sorte restitutam, in qua ipse cum Dna Catulla conjuge sua de utriusque mandato ac voluntate ultima recondituus fuerat picturis exornandam suis sumptibus curarent. Hoc cum ex actis nostris certum certius appareat, huic potius Guonioni quam

Benefactores diversi -

alteri cuilibet sepulchrum, illud quod in hunc sermonem incidit adscribendum duxi.

Anno 1458, 6 septembris offatum nobis odor memoriae unguenti compositionis velut maximae Reverendissimi in Christo Patris Dni Joannis Bouchetii Vaurensium Episcopi; qui per totam Catharinam Loysam quamplurima ordine, numero, et modo quem in ejus actis anni 1454 retuli Conventui nostro providit bona: perse vero majora contulit, cum se quidem totam illi addixit, mores suos in melius ad illius exempla et hortamenta commutavit, sequae sic ad illius gratiam comparavit, ut et domicilium illic sibi statuerit, et vix inde nec nisi cum labore avelli posset, dicente sibi Virtutes Duo et foris Monasterii Patre: Ite ad oves vestras. Ratigitur et redibat, eundoque ac redeundo Rectorem non minus quam Vaurensium Patrem amantissimum, et provisorem studiosissimum sese ostendebat. Quanta fecerit in Ecclesia Vaurensi non attinet ad me referre; aliena sunt, et alium mereantur melioris oris et calami laudatorem; quamquam et ipsa per se satis illic enarrant laudem et gloriam ejus et quae exstant ejus opera illius enuntiant abunde meritum: quae vero nobis largitus est in pecunia, vestibus, aedificiis, aliisque apparatu, ne ingrati animi nota inuramur dignum est recensere. Ac primum quidem sibi in Aquilonari Domus parte juxta Ichnotrophium praeparavit et a fundamentis erexit mansionem septis, corte, horto, xysto, coquina, aula et cubiculis a solido Monasterii reparatis compositam; ubi composito maris astra cordis anchoram demittebat, et in statione jam secura totus ad Cynosuram maris stellam conversus in castitate ac silentio monachum tam sancte, quam in charitate ac sollicitudine amplexus Vaurenses Episcopum ~~exhibebat~~ exhibebat: inde et post illius obitum locus ille quamdiu in aedibus inhabitavit Vaurii nomen apud notarios obtinuit; nunc autem diruto de superficie terrae toto aedificio, cum nihil omnino illius supersit, vocabuli quoque modus evanuit. Non satis illi fuit privatas sibi aedes construxisse; duas illis velut colonias addidit; cum in majori claustro cellam uni monacho extruxit et alteram converso juxta communem hortum praeparavit: Deo autem Deo eodem quadro lapide ac fornice structam, picturis ornatam, calice, casulis, omnique sacro in libris ac vestibus instrumento optime confertam in Aquilonari Ecclesiae parte juxta sacristiam Duae Loysae capellam (quam supra in duas) vivens erexit. Moribundus vero huic trecentas quinquaginta libras, inde centum quinquaginta in domus Vaurensis fabrica impendendas legavit; multaque alia vivens et moriens largamanu beneficia nobis impendit; quorum praecipuum est unitum nobis ejus opera Stae Caeciliae Montanearum pro media Rectoris, quarta scilicet totius parte beneficium: pro quo vel maxime quia nulla unquam temporis vi quo coetera perierunt nobis auferetur, ideo nomen ejus et memoria nulla vengram oblivione a nostris vel mentibus vel tabulis delenda remanebunt.

Benefactores diversi. -

Anno 1458, 3 januarii Yzabella Duga Henrici Marquesii vidua legavit Conventui decem mutones auri: habeat pro parvo munere superefluentem mercedem.

Anno 1460, 14 januarii Bernardus Furetus de Frigida villa, amore Dei, pietatis intuitu, ac pie causa eleemosynae, et ex devotione quam erga Conventum nostrum habebat donavit ejusdam locale suum juxta Coci plateam situm, subterraneis duabus cellis seu caveis ad grana recondenda accommodatum.

Anno proxime dicto, 20 januarii Dnus Petrus Blancus presbyter loci de Monteis quino Rathenensis diocesis mente profunda considerans omnia quae sub coelo sunt celerime pertransire et ideo cupiens mundum, et quae mundi sunt fugitus relinquere, et ad spiritalia tranquilla mente pertransire, seipsum, bona et opera sua eidem Conventui ac monachis ejus dono dedit, et suum perpetuum obsequium spopondit, ad bene fideliterque eidem deserviendum in capella B.ae Mariae de Largis, reservato sibi victu ac vestitu ab eodem Conventu praestando juxta honestatem et suae personae condecentiam. Prior vero et Conventus permoti laudabili testimonio et experientia conversationis dicti Blanchi longo tempore quo fuerat apud eos conversatus cum in donatum admiserunt et pacta de victu et vestitu spoponderunt: secundum quae ipse Blanchus in ea aede cum laude vixit, et vitam claudens ingenti controversia inter Conventum et Sti Benedicti Capitulum ex causa sepulturae suae locum fecit, cujus hic fila resecco, alibi ea longe lateque deducturus.

Anno 1461, 22 novembris Petrus Borgade agnomine Catuffus ex numero familiae quae in eo Conventu alebatur unus quem absumpserat in vita panem, studuit in morte pro solvere; cum ei corpus suum ex integro, et facultates ex dimidio dereliquit.

Anno 1464 Raymundus Peyrens de Bruguesia legavit nobis decem scuta, et post mortem ipsius uxor ejus mense februario dedit nobis septem scuta antigua a praedicto Raymundo in eum fine eam derelicta.

Anno 1465, 18 julii, Raymundus Guillelmus de Auriaco dedit nobis amore Dei sex scuta.

Eodem die Petrus Stephanus de Auriaco dedit pro fundatione unius Anniversarii viginti scuta.

Anno 1466, 5 octobris Joannes Masse et Vincentia uxor ~~sua~~ ejus Frigidae villae incolae, Bernardi Furetae antedicti exemplo permoti, similique animo ac devotione in Conventum allecti subterraneas sedes seu forcas (quas vulgo siegas dicunt) duas sexaginta circiter certarionum frumenti capaces conscripta donatione largiti sunt. Unde constat Bellovisenses monachos non parvam frumenti vim olim ex loci colligere solitos, quibus magni muneris loco beneficii homines haec suffossa tribuere satagebant; nunc vero apud Frigidam villam, nobis illis foveis minime opus est, cum illic nihil penitus aut metendum, aut ex censu colligendum, supersit.

Benefactores diversi. -

Anno 1467, 9 augusti Petrus Rosetus de Cauna profundatione anniversarii dedit nobis viginti quinque scuta.

Jarques. Anno 1467, 9 octobris Dñus Guillelmus de Rogerpèllis Notarius tunc Castri habitans singulari devo conventum cumulavit cum ei totam illam terrarum amplitudinem quam hodie circa Fargensis Eccle-sie ruinas omnis alieni juris et oneris immunem, possidemus firma donatione impendit; quam postea jam grandevus et sacerdos effectus cum Tholosæ vitam traduceret, iterato acto anno 1498 renovavit, et hoc pietatis opere nostros in se affectus non mediocriter provocavit; de quo plura hic dicerem, nisi jam aliqua cum Fargensem capellam, scripto prosequerer in ejus commendationem retulissem.

Anno 1470, 13 octobris Dñus Petrocus Clemens sacerdos, Mte Pauli officialis et Ecclesiæ Collegiatæ Castri novi de Arrio decanus, ex provincia Burgundiæ oriundus, cum hic et illic multa possideret testamentariâ dispositione quatuordecim ante postremam diem suam annis exarata dispersit dedit et suis et pauperibus cuncta: nam relictis quæ in patria erant bonis in usum magistri Petri Clementis in Ducatu Burgundiæ consiliarii et libellorum supplicum magistri patrissui, extera ubicumque sita Bellovicensium seu Castras, et Fontaneti in suburbanis Belnoe Carthusianorum conventibus æqua lanx distribuit. Hoc mortis lege sanxit et sancito suo quingentas circiter libras in ærarium nostrum contulit, qui vivens et sanus alia suæ in nos promissionis et voluntatis monimenta ediderat; in quibus est centum scutorum munus in ædificationem cellæ primæ Caustri a parte fluminis, quæ Prioris erat destinatum.

Anno 1474, 22 julii Rixendis uxor Jacobi Malini Castrensis eidem marito filios suos, istis demum eundem Conventum rerum suarum, ubi sub ordine avit.

Anno eodem, 3 novembris Yzarnus Burgas Castrensis cum Bernarda conjuge ut post mortem ~~ista~~ thesaurum invenirent in cœlo, et meterent in benedictionibus ma in terra large seminarunt: Ut Yzarnus quidem quamdam villam suam de la Val seu de Chanel dictam, Conventui nostro, et operi Ecclesiæ Mti Jacobi Villagodonensis conjunctim cessit, ex qua vicium exposita centum viginti mutones consecutimus; Bernarda vero sigillatim octoginta alios mutones dotis suæ olim sibi super eodem prædio per maritum recognitos nobis in eleemosynam collocavit. His adjecit et dia; cum 30 decembris anni 1497 medietatem illius villæ ab Ecclesia Mti Jacobi numerato pretio redemit, et redemptam nobis donavit; ac demum extrema voluntate 10 januarii anni 1498 disposita in conventu nostro sepeliri voluit, et monachos ejus suos ex integro hæredes esse voluit.

Benefactores diversi.-

Anno 1483, 22 augusti Dñus Odemarius Garnerius presbyter Semalensis Regali-Monte oriundus mire in nos affectus quo Conventum nostrum amore coleret cumulatissime testatus est-cum testamentum suum publicis exarans tabulis bona et jura sua omnia hereditaria successionis dono eidem impertivit; Nec facti poenitens prorogato sibi ad decennium vitae cursu ab ea voluntate resilivit; quin imo cum postmodum domum quamdam apud frigidam villam sibi comparasset-eam Conventui cum tegis seu subterraneis ejus horreis proxima et accommodata videretur 23 decembris anni 1489 firma vivorum donatione assignavit. Ulterius quoque vita et affectu pio progressus ultimo tandem 10 decembris anni 1499 actu quam primo concesserat bonorum motum hereditatem confirmavit Semalens. ac de novo effecit. Itaque eo munere hospitium unum Semalensi, terras et vineas Conventus obtinuit, et impedimentum possidendi a loci Dñis appositum placida conventione 23 martii anni 1511 confecta removit-Eum a nobilibus Raymundo et Aymerico Brenguier directis loci Dñis legatae usum hereditatis, tenendi facultatem, et annui census exstinctionem, assensa triginta quinque librarum summa in compensationem obtinuit-. Deinceps illis praediis sine objice sine lite ut majores nostri usi sunt, et nos illis hodie demptio hospitio fruimur quamquam sub exiguo reditu, et quidquid nostri apud Semalensem juris est totum fere a Dño Odemario Garnerio acceptum ferimus. Dixi fere; nam constat ex Dñi Ambrosii Bethi quaestoris regii Tholosae schedula anni 1366, 6 februarii confecta hospitium aliud et vineam eo loci ab antiquo possedisse Conventum, pro cujus non intermorituri possessione debita Regi jura persolverit. Haec hospitia duo quo devenerint nobis incompertum est; reliqua, ni fallor, omnia conservamus.

Anno 1484, 12 augusti Dñus Jacobus Balatus sacerdos Ignotis apud Vabrenses ortus quae a Conventu nostro in se a juvenili aetate usque ad seniles annos influxerant beneficia testamenti sui canale refluxere in eum fecit; et quidem cum copiosa aquarum redundantia et magno sonore gratissimum. Accoperat a nobis a primae lanuginis annis corporis educationem, morum regimen, et rerum gerendarum peritiam, in quibus cum non segniter ageret-, sed solerter ubique negotiaretmulta promeruit, et ad munia Ecclesiastica diversa vocante et juvante Monasterio provectus fuit, quae tam intus quam foris addictissimus semper fuit. Universo constat ex schedula per D. Petrum Marcellarium Priorem 11 februarii 1440 scripta et sigillata eumdem Balatum tunc solummodo clericum, quod jam quaeritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur egregie praestitisse; quandoquidem ab omnibus suo et Conventus nomine gestis et administratis in pecunia Blado, et aliis reddita ratione dispensationis omnimoda plenissima cum laude meruit absolutionem,

Benefactores diversi. -

Ide dictum est illi Amice ascende superius. Ascendit ergo per gradus ad sacerdotium, ad notariatum Castrensem, ad canonicatum Montis Regalis et ad diversarum Ecclesiarum nominationem vero ac novissime ad Sti Clementis Fontiani de monasterii hujus collatione regimen et curam, illiusque habenas decennio tenuit, donec senio gravis omnibus a se abdicatis in patriam positurus ossa illinc accepta se recepit. Nos vero ab illo egregiissimo remuneratore accepimus fidele obsequium, affectum vere paternum, totque et tanta laborum et curarum ejus levamina et emolumenta, ut in nostro necrologio elogium celebre meruerit sub his verbis: Dnus Jacobus Balatus alter fundator hujus Domus. Nimirum, quia res ejus prospere semper curavit et auxit, pietissimum Crossensi ubi diu visit, nostraque ut sua direxit, ibique Dnae Catharinae Loysae quae cum ut patriam colebat affectu erga nos totis viribus adjuvit, et cum Priore monasterii nostri electus ab ea extremae voluntatis suae exsequutor, personaque ac rerum Heliae de Bris filii sui tutor, in utrisque fidelem illis, nobis et Deo navavit operam, ac de peculio suo emolumenta monasterii latissime ampliavit, tum anno 1467 antequam ad Rectoratum Fontianensem monachorum suffragio evectus esset mille nummos aureos apud magnificum Sti Georgii comparatum officium sub annuo reditu collocandos Conventui numeravit; et illum quidem dum adviveret sibi reservatum voluit, sed moriens Conventum a prohibendi labore relevavit, laboremque dimisso reditu cum universa hereditate compensavit. Ob similemque beneficiariae pecuniae donum, nobis praedicta ratione erogandum Heliam eumdem (ut inferius narrabitur) incitavit et adduxit, ac benefactorem tandem suorum coronam claudens testamento superius enunciato voluit si in Castrensi obiret solo apud Bellovisum corpore tradi et in nostro coemeterio recondi, alias in Ecclesia parochiali intra quam decederet inhumari: Capellaniam apud sanctum Michaelem Ignossii patriae suae de conventus nostri jure conferendi (sequa jam supra quod necesse fuit inducti) fundavit; ac demum fundationis nostrae angulari lapidi summa adjunxit, cum nos in hereditatis suae valde completis successionem ad assem evocavit. Haec effusa bona et profusa dona diffusiori prosequi stylo dignum esset; sed coactatus sequenti Benefactorum accessu cogor praestringere, et aliqua de insigni Mecenate cum Januenses exsequar reditus ad dicendum reservare.

Anno 1489, 27 februarii Bernardus Beriolé frigidae villae habitator et Donationum Bernardi Turchi et Joannis Maes aemulus duas itidem species seu foveas granarias hospitio conventus ex hereditate Dni Jannerii, et gradibus quibus ad murum ascensus erat junctas amore Dei, pietatis intuitu ac donatione gratis data novis adjunxit. Haec illorum pietas fuit, cum nostra tunc forte

Benefactores diversi.

vel utilitas vel necessitas his relevaretur donis: nam nunc quidem nec hospitium, illic habemus quod nostra forte voluntate accepto pretio distractum, fuit, vel aliena vi, et infidelitate cum Patres nostri post Laurae ruinam exularent usurpatum, fuit, nec speculus illis (ut superius dixi) quidquam reponimus, nec successores nostri (quantum experientiam relatione dixi) ullos ibi fructus frumenti aut alterius generis granorum, acervos congregarunt. Quamquam etsi nostra vel negligentia vel aliena invidentia inutiles nobis istae donationes evaserint, non ideo debent nobis donantium nomina et merita deperire, quin potius inter ceteros hujus Catalogi Benefactores recenseri.

Anno 1491, 21 decembris Dnus Petrus de Bonasancha Archipresbyter Ste Baudilii de Moscalhaco Dioecesis castrensis Joannae nostrae suae quae a Deo in vita sua acceperat testamento dimittens, partem illis Bellovisui favore Conventus excerpsit, et quam possidebat villam, in manso Djia-lesii apud Montes, leyderiis, post obitum suum, prandam tradidit.

Anno 1493, 18 octobris Dnus Anthonius Maynaderius sacerdos e Manso Hugonise secus Cambonesium, multam apud nos venerationem, cultumque consequutus est, cum praeter sacerdotis jus nominandi in Capellania per ipsum in Capellania Ste Martini de Valeta instituta et amplis redditibus dotata ceterorum quae possidebat dimidium, Mo Jacobo Boüerii consobrino suo partitus est, reliquum Conventui testamento ultimo reservavit. Hic ejus in Conventum amor cum honore conjunctus, ut eum et bonis et honorifico jure afficeret, et hoc beneficio nunquam memoriam in qualibet Capellanorum mutatione maxime renovaret. Sed de Capellania superius ordine suo, hic de bipartito hereditatis ejus statu, et remisse nobis adjuncto satis mihi videor dixisse.

Anno 1494, 8 maii Raymunda Terreria Castrensis inserta superioribus scriptis Capellaniam nunc apud villam, Podii Bertri reditu assignatam instituit, et Conventus suffragiis Capellanum subjecit, et hoc corollario insignis in Benefactorum nostrorum corona nitidare debet.

Syram Anno 1496, 29 septembris quod Syrani in dioecesi Ste Pontii Thomeriarum conservamus praedia Dni Petri de Parietibus ejusdem Loci sacerdotis et in digne de beneficio provenire coeperunt, et postea Dni Arnaldi Martelli ejusdem itidem Loci sacerdotis et in cultae munere incrementum acceperunt: Quae quamquam diverso tempore piis hominibus in nos contulerint, placet hic ob connexionem rerum et donorum similitudinem inversos ambitus chronologicae ordine conjunctim referre. Primus quidem Dnus de Parietibus anno die que jam dictis Domum, cum horto vineam, et olivetam, usum largitus, anno postmodum 1508, 18 septembris alteram vineam et olivetam, arealem item et hortum, cum meditate putei juxta Syranum duplici Donationis inter vivos actu dedit et addidit. Alter vero Dnus Arnaldus Martelles germanus

Benefactores diversi.

item donatione, altera quidem 2 decembris 1516 altera autem 25 novembris 1545 vineam unam et olivetas duas Tyrani illam, istam, Pisionibus sitas nostras effecit. Has et illas et iam nullas tamen vineas, hortum nullum, sed olivetas omnes cum hospitio et horto quod intra Tyranum sunt possidemus; et omnia sub Regis et Dñi de Tyrano censum et municipalium subsidiorum, jugo et jure posita cum Stī Michaelis beneficio sub annuo argenti et olei pretio conduximus. Quae ut conventus teneremus ac sine illo in perpetuum impedimento possideremus valeret cum regio Carcassonae questore anno 1519 ea lege convenit ut jura censum certa duplicaret, easque solveret, et ipsis unum pro qualibet cestariata terrae solidum fisco annuatim pro regia immunitate solvendum superponeret. Sic conversatum, sic observatum. Hactenus circa Tyranum possidemus partim decimis et Stī Michaelis beneficium, partim certo fundo sed rurali constant: ex utrisque praeter pecuniam olei purissimi sarcinatae in cellis et publice in Ecclesia illustramus, debent nostris animis Dñi Petri de Parietibus, et Dñi Arnaldi Martelli merita cum beneficiis illucere, nostrosque illorum nomina gemitus et preces ad Deum provocare.

Anno 1496, 26 octobris Petrus la Garde senior Escossensis dedit conventui campum unum in natali solo, loco dicto a Portecielle qui postea melioris sortis conversus est in vineam, hodie satis fructiferam, et hoc donum beneficii apud nos hominis nomen et laudem sibi acquisivit.

Anno 1500, 22 julii Anthonius Vinholas Castrensis patri nostro Domno Joanni Vinholas conventuali nostro quinquaginta libras turonenses testamento legavit.

Anno 1503, 1° Maii alter Vinholas Raymundus praenomine quam conventui memoriam conservaret testamento ultimo declaravit, cum ei centum turonenses libras amore Dei legavit.

Anno 1505 31, 13 julii Dñus Martinus Bruellus presbyter Castrensis in monasterio de Bossaco corpus suum terrae contegendum, et rerum suarum omnium hereditatem recipiendam destinavit. Obiit 1505.

Anno eodem, 10 septembris Dñus Joannes Ricardus sacerdos Escossensis Capellaniae eodem loci a se fundatae (de qua suo ordine jam diximus) conventus nostri vocatus sacerdotem, jubens hic suo proponi loco, et benefactoris eius hominem recipere promeretur.

Anno 1507, 21 octobris nobilis Helias de Bris Catharinae Loysae (ut superius notum feci) filius Escossensis, cui nos mater substitutos esse voluerat sua conventum successione volens nolensque bonis spoliatorem fecit. Nam cum legitimos ex matrimonio liberos non haberet, et ex illicita conjunctione solum marem Jacobum procreasset, in quem ma hereditario jure conferre non poterat, quam potuit amplissima eidem largitus est munera, conventum vero nostrum haeredem a matre jam pridem designatum, testamento

Benefactores diversi. -

recognovit. Cujus ope Ecossensis partis (quoad dominationem) usumfructum, cujus proprietatem Catharina mater legaverat; et reditus centum circiter librarum in civitate Genuensi et Stⁱ Georgii comparis conventus obtinuit. Hos reditus ille ut sibi compararet anno 1475, 16 octobris mille trecentorum aureorum summam conventui de Bellevisa numeratam despondit et annuum illius reditum sibi quoad viveret retinuerat. Haque labor et sollicitudo colligendi annuatim proventus incumbebat conventui, Helice vero fructus sine cura, sine timore, sine periculo certus erat, donec illius tandem excessu tum reditus ille, tum cetera quae Ecossensi possidebat pro majori parte in conventum contulerunt. Non fuit quidem ille (cogit veritas dicere) in nos benevolus, licet a nobis ab incunte aetate susceptus, alitus, educatus: quin immo multiplici et indefessa quoad vixit conventum lite, aliisque quae silentio praeterea actis, dictisque fatigavit. Habet nihilominus apud nos benefactoris nomen et diei anniversarii perpetui commune cum amantissima sua dixerim an nostra matre beneficium sexta novembris inscriptum, quia materno provocatus exemplo et mandato fecit nobis bona vel invitus; et qui vivens animo fuerat a nobis disjunctus, moriens corpore nobis adjungi, et ossa sua maternis conjungi ordinavit. Haec praestitisse de reditu sufficiant - ut occurreatem illum annulum catenae quam contexo inseram et cum eam claudam, et reditus illos Genuenses et Ecossenses omnes, eamque suscepero plura deco in medium adducam.

Anno 1514 Andreas Menesius loci de Casa-prope castrum habitator patribus suis secundum carnem Bellavisensis Monasterii patres profitens sua istas hereditate exhonestavit.

Anno 1522, 25 julii Jacobus de Bris Helice (de qua jam proxime) filius naturalis Ecossensis ibidem Capellaniam de suis facultatibus erexit, et sacerdotis electionem conventus nostri juri subjecit. Hocquidem superius expositum, sed iterum adduci in medium, Hegue inter Benefactores hoc loco vel eo nomine recensendi debet.

Anno eodem, et ipsa die Dominus Jacobus Dulsa in conventu castrensi novitius et votis proximus sumpturus, quam Tholosae juxta portam dulcis vicum possidebat domum, ut divinum in turgensi Capella obsequium augeret conventui adjunctam testamento voluit, ut superius jam retuli: hic nihilominus commatice repetitum, ut in Benefactorum tabula Dni Dulcae dulce nomen crescat.

Anno 1523, 26 novembris Dnus Anthonius Orguellus D. Joannis Orguelli domus castrensis quondam professi ejusdem ac Vallis darcae Priores sepas presbyter, et ad Rectoratum Ecclesiae Stⁱ Petri Avitensis nostra electione assumptus domum alteram Tholosae in vico des Coffres dono dedit; et ad anniversarii unius sua causa et Dni Anthonii Berthe Canonici Tholosani persolvendi onera. Utramque domum Conventus aliquanto possedit, et pretio postmodum accepto in aliud commutavit.

Anno 1542, 2 julii D. Anthonius Chastel Lugdunensis in castrensi conventu novitius proximeque

Benefactores diversi. -

professionem emissuras domui suae rebusque suis disponens pretibus et torcibus quinque quingentas, id est unque centenas assignabit libras : ducentas et quinquaginta conventui legavit; ut ex quinquaginta libri consecrentur in sacris et Domini Joannis de Caveria in spirituali certamine Agonotheta sui notatissimi; ducentas vero exstruendae in foribus Ecclesiae novae aedicolae addici et impendi jussit. Coeteras res et pecunias suas quae mille trecentas et amplius libras constabant in conventum provenire atque ad ejus matum expendi ordinavit. Factum est uti voluit; professus est; libri empti sunt, et capella duplicis altaris ab utroque portae latere luculente erecta et ornata viginti quinque annorum spatio oculos intuentium in sui admirationem excitavit, postea vero vi bellorum dirupta et disjecta ex laceris quae exstant macenis eosdem provocat ad fletum et animos ad moerorem.

Anno 1548, 9 novembris Joanna Marcella Petri Raysse quondam uxor, Stephanus et Petrus Reyssi filii Capitis servitii sub nostram dominationem habitatores bona quae per seregere ob lepram quam incurrerant morbum non poterant, conventui sub annua ad vitam pensione solemni stipulationis actu concesserunt : quae usque ad annum 1554 possessa cum ruralibus in dictionibus subjacerent alienare potius quam conservare et majore conventus esset usui, acceptumque inde mille sexcentarum librarum pretium in utiliora et vicinora convertit.

Anno 1551, 13 augusti Guillelmus Sigaricus e Brugueria quinquaginta sestarum eidem conventui amore Dei legatum fecit.

Anno 1552, 20 augusti Dnus Anthonius Joannes sacerdos Pargensi praefectus Capellae ubi et moram trahebat et obsequia per conventum Deo debita exhibebat, cum duas Sanctae Crucis vineas haberet, eas dominio nostro in unius missae quarti hebdomadae Pargis peragendae ejus publica donatione adunavit. Hoc in capellaniarum contextu justis enarratum, hic succincte repetitum, ut inter coeteros Moecenates nostros iste locum et laudem consequatur.

3 Anno 1554, 4 septembris Petrus Verdericus Brugueriensis circuitus in Manso Verdericorum nuncupato colonus eundem conventum sexaginta librarum turonensium dono testans honoravit.

1 Anno 1553, 15 aprilis Dnus Anthonius Bastatius presbyter Ecclesiensis in coemeterio St. Saturnini Capellaniam lapidibus et proventibus erexit et erectam nostro juri subdidit, eo ordine quem supra descripsi. Unde hoc loci recensere meruit.

2 Anno 1554, 8 aprilis Bartholomaeus Garus ex simili capella apud Stam Caeciliam (ut suo loco recensui) constituta et nostrae nominationi subjecta, similiter nos demeritus simili debet encomio hic et nunc honorari.

4 Anno 1555, 5 januarii Petrus Garus Garorum in Brugueriensi districtu vicali colonus Castrensibus

Benefactores diversi. -

Carthusianis Escassensi degentibus vineam, pratum, terram omnia sibi connexa sub unius missæ in nostra ejus loci ædicula per septimanas singulas semel recidendæ onere legavit. Sed ea dere quid actum, sit compertum non habeo; nam nos ut præsidii non sperimus, sic onus non ferimus: habeat nihilominus benevolus donator hoc loco inter beneficos nostros nomen, et benefacti memoriam.

Anno 1557, januarii Petrus Mestre Burguerensis quadraginta aureis testamentario legato Conventui nostro sub unius missæ quotannis semel obitus sui die celebrandæ onere collatis inter Beneficos nostros locum obtinere debet.

Anno 1558, 3 septembris Dnus Hugo Mongius sacerdos in conventu d'in parailiaris quam in urbe Burguerii juxta Thoreti portam, via publica et septis muralibus limitatam, domum, possidebat, stabili donatione non ingratus alumnus nobis dedicavit: et ins per nova benevolentia priorem cumulans 2 septembris anni 1560 cætera sua bona hereditario jure conventui, adipisci testamenti vi lege sanxit. Prædia, domum, et reliqua conventuales nostri venditione distraxerunt, solemque annuum, sexdecim librarum, tredecim solidorum, et denariorum quatuor reditum conservarunt: quem nimirum Bertrandi Fournesii Viverensis hæredes quotannis in omnium festo Sanctorum exsolvunt, ad illam pensitationem ex illius Bertrandi proscripto 23 februarii 1606 firmissime adstricti.

Anno 1560, 8 februarii Petrus Vaurensius de Fornesia Escassensi finitimo a per superius inserta, apud Stæ Cæciliæ parœciam, pratis, vineis, ac terris exstantem, capellaniam, inter beneficiarios hujus coronæ lapides meruit habere fulgorem.

Anno 1562, 5 maii Reginaldus Garsus Gavi incola decem aureos in Jagosinglaciam, nostro um? testamento ultimo conjecit.

Anno 1563, 1° Junii Bartholomæus Bosquetus e Bosquetorum, vículo prope Escassensem, quadraginta librarum, turonensium, munere nos afficit.

Anno 1563, 14 Junii Joannes Fournesius propter capellaniam modo superius explicato a se fundatam, et apud Stæ Cæciliæ parœciam collocatam, nostra ins per nominatione deserviendam, inter ornatus nostri gemmas sibi composuit sessionem.

Anno 1564, 21 februarii Bartholomæus Fournesius e Fournesia ex simili beneficio similiter deducto simile meruit præconium, hoc loco non prætermittendum.

Anno prædicto, 8 augusti Dnus Matthæus Fabri Escassensis sacerdos et Blomacensis Rector Ecclesiæ Castrensis quondam, Carthusiæ alumnus quæ puer a patribus nostris alimenta et documenta receperat jam gravis ære superfluenter remensus est: cum se magno testamento ordinans, et piè reducens

Benefactores diversi -

in memoriam quibus et quantis in eo Conventu preceptis, exemplis et bonis in se cumulate collatis profecisset, quam apud Ecclesienses propriis prosecindebat aratris Ricardense, seu Stamotinse villam, idem legavit et hoc honorifico et utili congiario acceptas studuit beneficia compensare, unaque in Conventum erecta (sic enim testamento legitur) atque in rebus illius gerendis neglectus et incurias expiare. Una re Conventum suo munere honoratum oneravit. Stempe, centum et viginti turonenses libras ex dote Anthonii Burlatii Podocherii quondam Rectoris avunculi sui hereditate perceptas Ecclesie St Saturnini Ecclesiensis propter Capellaniam ab eodem, ut suo jam loco enarratum est erectam, persolvere obstrictus erat: cujus debiti cui minime satisfecerat obligationem, qua se revinctum sentiebat testamento suo a se prolulit, et in Conventum nostrum, ut sua vice pium Burlasii desiderium, inselere rejecit; quod quo ratione per nos effectui demandatum fuerit cum illius Capellanie status exsequeretur satis expressi. Sufficiat hic amici memoriam, ob munus Ricardense quam adhuc excolimus donum, grato per calamum, licet tenuem, prosequi monimento.

Ubicunque stante Monasterio liquido flexus beneficia in illud (ut ex predictis colligere est) derivarunt; sed in viso, proh Dolor, anno 1567 canale refluxerunt aque, fugit mare, Jordanis conversus est retrorsum; pluit super nos Dominus lapides grandinis, sulphur et ignem quibus quassati et siccati sumus et prohibitas deinceps sentimus stillas fluviorum; sed non in perpetuum iratus est Dominus, ad placidum cujus aspectum serotinus tandem imber fuit quo terra nostra in arcolis germinavit sui per sequentia munera tantis per immanduit.

Anno 1585, 29 septembris Magister Joannes Longuetus Judex Ecclesiensis noster suis in Conventum obsequiis dignitatem emeritus apud Bossacum enutritus a puero et a Patribus nostris manuductus ac per singulos etatum gradus a minoribus ad majora munia usque ad apicem licentiati gradus et judiciarie professionis evectus pro his quæ vivens acceperat grate testimonium animi mortem cogitans et præcavere exhibuit; cum testamentarias manu tabulas propria conscribens voluit hæredem suum et successores teneri ad solvendum Conventui de Bellovisu octo libras seu sexaginta solidos turonenses annui ac perpetui reditus in festo St Michaelis exhibendi: securitati autem solutionis cum summa sum de brevi subtus mœnia Ecclesienses positum assignavit et eidem perpetuo esse obligatum voluit. Priori si suis funeralibus obsequiis interesset, et missam celebraret legavit duplicem ducatum eadem die solvendum, et Anthonium filium ac hæredem suum ejusdem Conventus curæ commendavit. Vixit autem a condito testamento usque ad 12 augusti 1598 et quamdiu vixit planctum magnum planxit super extinctum Bello quondam visus Conventum et filios ejus crebro dicens Anthonio suo quem habuit

+ in margine ou a mis ensuite 1695 le mettre par l'auteur.

Ecclesienses

Benefactores diversi.

consum et dignitatis suæ nostra promotione successorem. Quomodo vid-domus antiqua, quomodo ceciderunt portæ Israel, et posuerunt arma bellica, muri fortes, munitæ turres, mansiones elegantes, et status omnis florentissimus inclytæ carthusiæ! Heu mihi ut quid natus sum, ut viderem malagentis religiosissimæ et sanctorum ejus profanationem? Sacraria ejus in manus hæreticorum facta sunt, squallet lacerata templum ejus ut homo ignobilis, vasa ejus abducta, suppositio omnis ablata, et quæ erat libera facta est ancilla, sed non in perpetuum ira deseviet. Credo equidem, in die quæ nota est Domino mundatum iri sanctæ, et renovari divina quæ nunc exsultant. Ne filii videamus ea quæ nunc divino judicio abscondita sunt ab oculis meis; restituetur ut futura domus illius signaculum, et quæ nunc jacet in pulvere surget in gloria. Hæc optavit pater, hæc filius desiderio spectat et ut videat diem illum exultat.

Anno 1593, 20 novembris Dnus Philippus Cambolasius sacerdos et Castrensis Ecclesiæ Prospositus testamento suo legavit eidem monasterio domum suam et hortum apud Escossens cum onere solvendi legatariis suis trecentas libras. Factum est ut voluit; hortus venditus est, et domus ejus accessit nostræ, ubi nunc culinam, horreum et cellam vinariam efficit.

Anno 1598, 18 februarii Gabriel Gout famulus in domo Escossensi testamento nos scripsit hæredes unde possidemus nonaginta circiter scuta.

Anno 1599, 11 novembris Petrus Guilbaudus Dornensis Escossensi scribæ agens legavit nobis quinquaginta scuta, media communi parte illico post obitum suum solvenda, illa vero post Margaritæ conjugis suæ decessum, ut missis et orationibus eundem obitum suum prosequeremur. Obiit, preces fudimus; scuta statutis temporibus recepimus.

Anno 1605, 6 maii Dnus Joannes Burlatius Escossensis sacerdos, et extra muros Podiocherici Rector testamentum scripsit, et anno 1612 codicillum addidit, statimque decessit; utroque conventum Carthusianorum Castrensium hæredem dixit, sed gravi satis legatorum pondere compressit. Dedimus nihil nominibus hæreditatem, unde soli veteris Escossensis villam recepimus; cætera legatis, debitis et funebri pompâ persolvendis exhausta sunt. Cæterum ne benevoli ac beneficii hominis a nostris animis memoria dilabatur cum vulgo loquimur non soli veteris, sed Dni Joannis villam vocitamus.

Quantum potui Beneficios in Castrensem conventum nostrum enumeravi qui cum Beneficio, Patronatu, hæreditate vel singulari alicujus possessionis vel pecunioso dono cohonestarunt vel qui licet præsentibus bonis nihil contulerint, in hæredum tamen suorum substitutionem vocato futuri boni spem fecerunt. Omnes autem nomine ac beneficio sua cuique per ordinem consignans tempora,

Benefactores diversi. -

ut suo quisque apud nos merito censeatur expressi. Supersunt alii complures in nostro mendologio certis beneficiis recensiti, et anniversarii officio donati, quos hic omittere nefas duco: maxime dolens quod tua cuique annorum tempora, quae qui notas eorum ediderunt nescio qua ratione tacuerunt, indicare non valeo. Omnes igitur confusa ordine secundum anni menses et dies ipsissimis monologii verbis adducam: illis tantum omissis (quoties occurrent) quos ex aliis Carthophylacii nostri monimentis excerptos per annos singulos superius observatos induxi sicque omni mercenti sua erit licet indigesta recordatio, et a me nemo indonatus abibit.

Benefactores ex Calendario habentes Anniversarium praeter superius annotatos. -

2. Januarii proponitur colendus nobis Dnus Ludovicus Vitalis de quo habuit ista domus multa bona.

16. - Nicolaus Guinhardi famulus Rdi Patris D. Petri Ruffi alias Pictoris nostri, de quo habuit domus ista viginti scuta auri. obiit anno 1496. —

18. Reverendissimus Dnus Bartholomaeus Episcopus Biterrensis qui univit nobis 1394 Beneficium Ptis Joannis de Grasano, dimisit nobis semel septuaginta scuta auri, et multas sarcinatas olei, et libras (aliquot.

19. - Dnus Joannes Cassanhas cujus bona ad hanc domum devenerunt.

29. - Petrus Patelli qui dedit Domui ducentas libras fortis monetae.

31. - Joannes Castanerius qui fecit nos haeredes omnium bonorum suorum.

1o Februarii. Dnus Guillelmus Stephanus sacerdos Castrensis qui dedit Domui pro emptione Boriae (Boriae) unius agri quae fuit quondam Petri Joysse centum quinque florenos cum dimidio et decem francos fortis monetae pro reparatione ejusdem; Item pro factura unius calicis duas taccas argenti; Item pro edificatione tertiae cellae earum quae sunt in transverso centum francos demptis octo grossis. Florebat circa annum 1396.

Guillelma Crosade dedit pro adjutorio illius cellae triginta francos fortis monetae.

12. - Anthonius Montels burgensis de Revello qui dedit nobis decem libras.

20. - Dnus Raymundus Barbuti sacerdos Castrensis qui fecit fieri cellam Pictoris, et post mortem reliquit nobis bona sua de quibus habuimus centum scuta auri et ultra.

25. - Dnus Joannes Brossadi sacerdos Castrensis qui dedit nobis bona sua de quibus domus habuit valorem centum quadraginta mutorum.

26. - Margareta relicta Georgii Benedicti de Castris quae dedit pro aedificatione tertiae cellae a parte Portalis Sanctae ex una parte quadraginta scuta auri, et amplius viginti mutones auri

Benefactores diversi. -

Martii.

1°. Jacobus in Albigesio qui dedit pro edificatione Ecclesie mille francos.

16. - Dnus Stephanus de Rogareto legum doctor Tholose qui fecit consummare Capitalum, nostrum et multum laboravit in negotiis domus.

Aprilis.

7. - Dnus Aymericus Bernonis castellanus de Angulis de quo habuit domus centum libras.

11. - Bernardus Demarí de Burguera fecit nos heredes.

22. - Dnus Martinus de Marcensis Rector Sti Petri de Avitibus qui legavit unam domum, Castris quae fuit vendita centum mutones auri.

Maii.

5. - Dnus Petrus de Marchia sacerdos Tholosanus qui dedit huic domui semel triginta francos fortis monetae, et septem libros.

18. - Raymondus parator pannorum, Castrensis qui fecit nos heredes bonorum suorum.

21. - Maydis Sayssa neptis Dni fundatoris nostri relicta Guillelmi Agrifolis civitatis castrensis reliquit huic monasterio quatuor centum florenos qui constituebant sibi pro dote sua, obsecrans ut quolibet anno in crastinum solemnitatis Corporis Christi dicatur una missa de Spiritu Sto pro anima sua in privato.

30. - Reverendissimus Dnus Helias de Dongeraco Episcopus Castrensis qui dedit nobis semel quadraginta francos.

Junii.

1. - Dnus Geraldus Tholeti sacerdos et Heremita Tholosanus de quo habuit Ordo valorem centum florenorum.

3. - Petrus Michael de prigida villa qui dedit nobis pro edificio Ecclesie et aliorum, ultra quinquaginta francos fortis monetae.

13. - Bernardus Psalmonetus de Castris de quo habuimus ~~quinquaginta scuta auri~~ ducentos quinquaginta francos.

18. - Petrus Pelicarii de Saxio de quo habuimus quinquaginta scuta auri.

Dnus Largerius qui habet unam Placebo, cognomina, procul dubio, benefactor.

28. Bernardus Bonae fidei de Saxio de quo habuimus circa centum florenos.

25. - Petrus Martialis cognomento Donadieu de Saxio de quo habuimus ultra centum francos.

Julii.

2. - Dnus Cathardus Aycardi cancellarius Tholosanus qui fecit nobis multa bona.

Item Joannes Cogotus Mercator Podii-Laurentii qui legavit nobis decem scuta parva

3. - Dnus Matthaeus Berengarii qui fecit fieri primam cellam, juxta portam Sancti et post mortem

Benefactores diversi.-

reliquit nobis quadraginta francos fortis monetae.-

17.- Dñus Raymondus Laberne sacerdos Sonatus mortem qui de bonis suis fecit fieri cellam primam in transverso claustri a parte claustri et Portalis magni cum claustro ante eamdem cellam, et multa alia bona habuimus ab ipso.

22.- Dñus Guillelmus Fontetii alias Tiguicire qui fecit nos haeredes.

28.- Petrona Botgas de Castris quae una cum marito quondam suo reliquit nobis unam Boriam.

Augusti.

7.- Reverendus Dñus Menaldus Episcopus castrensis qui legavit nobis decem scuta.

9.- Dñus Jacobus d'Auris qui dedit nobis unum calicem habentem piscem in pede et unum pulchrum vestimentum aureum, et fecit fieri nobis unum Breviarium novum, et alias dedit triginta florenos.

13.- Magister Leonardus sacerdos et medicus Alemanus qui in vita sua multa servitia artis suae gratis pro Deo contulerat nobis, et in fine dedit triginta scuta.

14.- Dñus Petrus Borias sacerdos Castrensis qui fecit fieri partem majorem claustri a parte claustrae, videlicet a secunda cella sursum, et remisit nobis pro construenda una cella centum quadraginta francos in quibus tenebamur ei, et ultra hoc domum istam haeredem constituit. Die Sabbati 1417.

15.- Dñus Petrus Leutardus sacerdos Capellae de Targis qui legavit huic domui bona sua quae ascendunt ad quadringentas libras et ultra, de quibus fuere emptae quinque cestariatae terrae contiguae Boriae nostrae Sti Jacobi dels Reüerdits pretio centum scutorum florenorum.

23.- Andreas Albieu mercator Castrensis qui dedit domui quinquaginta libras turonenses.

Septembris.

6.- Dñus Joannes Bec sacerdos Castrensis qui dimisit nobis haereditatem suam valoris ducentarum librarum turonensium.

8.- Bernardus Montanha senior et fratres ejus nepotes Dñi Stephani Montanha a quibus habuit conventas centum viginti mutones.

13.- Magister Guillelmus Pinchois de Villamuro a quo habuit domus quinquaginta scuta.

15.- Dñus Guillelmus Gilbertus Rector Stae Caeciliae qui resignavit nobis dictam Rectoriam cum pensione quoad vixit.

22.- Dñus Joannes de Pancarota civis Tholosanus qui dedit nobis magnam ferream hostiarum et unum calicem triginta librarum, et viginti francos pro adjutorio Bibliae, et multa merchia, seu halecia dabat nobis quolibet anno in Adventu vel Quadragesima, et in fine legavit nobis octoginta libras, et multa alia bona fecit in vita sua.

Benefactores diversi.

24.– Ioannes Boti civis castrensis qui dedit valorem centum librarum, pro faciendo partem claustri magni veniendo de ecclesia usque ad secundam cellam a parte portalis inclusive.

Octobris.

2.– Dñus Petrus Besse Rector de Daüerano qui reliquit nos haeredes haereditatis mille mutonum.

3.– Guillelmus Alberti de Senegasio, et Astruga uxor ejus de quibus habuit istud monasterium, valorem quingentarum librarum.

Item Petrus Grossi et Catharina ejus femina qui fecerunt nos haeredes.

8.– Dñus Petrus Macellarius officialis civitatis Albiensis qui dedit nobis ducenta scuta auri, et unam casulam albam de damas.

19.– Dñus Ioannes Malhalbir presbyter qui anno 1464 legavit conventui 141 scuta quae habuit.

Novembris.

5.– Reverendus Dñus Raymundus de Vta Gamma Episcopus castrensis, qui dedit pro initio Ecclesiae nostrae mille florenos et volebat eam consummare solenniter nisi fuisset morte praeventus. Vixit in Episcopatu ab anno 1366 usque ad annum 1374.

Item Mag.a de Monte archidiaconus qui legavit nobis quadraginta francos, et in vita sua dederat nobis multa halecia et merluciam et alia bona.

Item Ioannes Arduati famulus hujus Domus qui dedit nobis omnia sua.

6.– Franciscus Bossardi senior civis Castrensis qui fecit fieri primam cellam, in transverso a parte (Agoti.

10.– Magister Iacobus Vilini baccalaureus in legibus de Castris qui dedit huic monasterio quinque scuta.

Decembris.

4.– Raymundus Ricardi Carcassonae de quo habuit ista domus 84 mutones.

26.– Dñus de Panato antiquior miles, de quo et de suis haeredibus habuit istud monasterium, trecentos francos.

28.– Nobilis Bertrandus Gaudae. qui dedit nobis octoginta libras.

Appendix aliorum Benefactorum temporis in nostro Necrologio tacitis.–

Dñus Gervasius monachus niger licentiatus in legibus Dñi Ioannis Lagardi Castrensis Episcopi (qui anno 1390 florebat) nepos, habet ex antiqua consuetudine in quarta feria 4.ae missa de Domina Oratio[nem] Da nobis: eo quod secum dederit centum viginti quinque libras fortis monetae ex quibus existit Cyprus Ecclesiae; id est (utreor) turris ejus campanaria.

Petrus Ferrerius Magister scholarum Castrensium, testamento suo reliquit monasterio quindecim francos

fortis monetæ, et unum bonum deriatorem, pretio sex florenorum auri et unum bonum et pulchrum Græcismum glossatum: libri sunt ad græcæ ac latinæ linguæ notitiam inducentes.

Petrus Ciricis a burgensis Carcassonæ reliquit nobis in suo testamento quindecim mutones auri.

Thomas Faber de L'Escura prope Albiam, et filius ejus dederunt nobis octo scuta auri.

Dñus Guiraudus Gerrigas Castrensis, thesaurarius Comitis et presbyter dedit unum florenum bonum, et septem florenos.

Petrus Fusterii de Podio Laurentio, de quo habuimus triginta libras et amplius.

Soror Dñi Guillelmi Scarreri monachi nostri dedit triginta florenos.

Dñus de Cap-de-lane canonicus Narbonensis testamento suo dedit quatuor libras.

Dnus Petrus d'Antregua presbyter Stæ Anastasiæ dedit sem et quatuor mutones.

Magister Marandus in legibus licentiatus quondam Judex Carcassonæ dedit decem francos.

Dnus Joannes de Massaco sacerdos Castrensis dedit sem et viginti quinque scuta auri.

Geraldus Mas de Castris dedit nobis in vita sua quindecim scuta auri, et post vitam suam in suo testamento legavit nobis alia tria scuta.

Jacobus de Stæ Lupo civis Tholosanus legavit nobis in suo testamento viginti libras.

Quidam de Grassa legavit nobis pro tribus Anniversariis sex scuta.

Anthonius Bardetus Castri-novi de Arrio legavit nobis pro uno Anniversario decem mutones.

Dñus Dominicus Stephanus Canonicus Stæ Foliis legavit nobis in suo testamento decem scuta.

Dñus Raymundus Caussinus in Senescallia Tholosani Curiæ senator claudet hujus aficem coronæ. Hic patribus nostris patrio solo pulsis, Tholosæque exulantibus atque in summa rerum omnium penuria degentibus legavit centum aureos: complureque viri ac mulieres misericordiæ calamitatem eorum miserantes suis eos eleemosynis relevarunt: alii quoque enascentem domum suis facultatibus promoverunt, sed hæc quia non Bellivisus sed Tholosæ Carthusiam magis spectant, non huic inserenda, sed alii reservanda sunt operi. Redeamus ad priora.

Corollarium.

Reperi scriptum in dorso cujusdam instrumenti maii 17, anni 1476, manu Dñi Petri Cammasii rerum notarum experientissimi, Instrumentum continens tria instrumenta diversa pertinentia Dño Anthonio Verges pbro cujus nos Carthusienses sumus legatarii; insuper in alio instrumento anni 1505 dictum vidi Conventum ex eodem legato duas Boreas in loco Buxadonis possedisse easque postmodum vendidisse.

Benefactores diversi. -

In alterius instrumenti dorso quod unius vineae emptionem per Raymondum Riferiae, 18 julii anni 1472 factam, continet, ejusdem Domni Cammasii calamo exaratum legi nos illius Riferiae successores extitisse.

Ingratus essem si Bellovicenses enumerans Benefactores Reverendum Dnum Geraldum Meriste Castrensis Ecclesiae Praesulem praeterirem; qui ab anno 1433 usque ad annum 1448 navis hujus clavum tenens, et Carolo VII° Gallorum Regi a confessionibus existens, quam apud eumdem doctrina et pietate sua promeruit gratiam, hanc in rem nostram privilegiis nostris vel de novo impetrandis, vel iterato asserendis continue impendit, quantoque tempore Castrensibus praefuit, et Regi astitit; tanto nobis insigniter supplicatione sua meliis quam data pecunia benefecit.

Hic vasa dando; statis-oleum, nec optanti acuvateque considerantibus quidquam amplius humanae beneficentiae ad cognoscendum influxit: haec autem latius effusa pluribusque articulis ut vasculis collecta uno velut vase hac summatica tabella recolligo, unoque ictu ad oculum repraesento, atque e vestigio ad sequentem ordine rerum acquisitarum narrationem me accingo.

Synopsis Benefactorum Carthusiae Castrensis
ab exordio usque ad excidium illius. -

Dominus Raymondus Sayssi 1361 fundavit carthusiam.
Petrus Castrensis Episcopus ..... 1359 dedit fundandi licentiam.
Joannes Castrensis Comes ..... 1359 recepit fundationem.
Bochardus et Jacobus Comites ..... receptionem renovarunt.
Joannes et Carolus tres Reges ..... data et acquisita firmarunt.
Carolus Sextus Rex ..... 1414 dedit annonam salis.
Joannes ejus filius ..... 1402 adjuvit opus Ecclesiae et claustri.
Centulia Raymondi uxor ..... 1361 fecit coheredem; inde Costcayras.
Vincentia de Calafio ..... 1361 fecit heredem.
Joannes Ayguis ..... 1361 substitutam fecit.
D. Guillelmus Franchi ..... — 1366 affecit fructibus et domibus.
Guisenda Batudi ..... 1366 dedit feudum Privinae et Arisetti.
Joannes Raymondi ..... 1366 dedit domum et vineam.
D. Bernardus Parietis ..... 1375 fecit heredem, fecit et callam &.

Synopsis Benefactorum. —

Andreas Baconis ..... 1375 substituit ad quadrantem.

Jacobus Rastellius ..... 1375 fecit coheredem ex semisse.

Bernardus Garrius ..... 1375 substituit ad assem.

Bernardus Salmoneti ..... 1378 vovevit ad dimidium substantiæ.

D. Guillelmus Conilius .... 1383 dedit feuda Stæ Germeniï et cæt.

Guillelmus Roqua ..... 1391 dedit se, sua et nos labores.

Petrus Anthonius ..... 1392 dedit olivetam Grudii.

Petrus Contrastus ..... 1394 contulit ducentos auri francos.

Guillelmus Balestra ..... 1395 dedit vineam in Petroso et cæt.

Petrus Colombus ..... 1396 fecit coheredem, et Ordinis filium.

D. Petrus de Sparra .... 1401 contulit 400 auriflorenos.

Joannes Engardus Episcopus Cattensis 1405 dedit 300 ℔, 1000 francos et cæt.

D. Raymundus de Albaribus ... 1412 fecit hæredem.

D. Jacobus Blancus ..... 1412 fecit hæredem, fabricam Ecclesiæ.

Ricarda Rogeyra ..... 1413 legavit sex libras.

Joannes Rose et uxor ..... 1415 hæreditate contulerunt 200 francos.

Petrus Masse et uxor .... 1415 fecerunt hæredem.

Petrus Batterius ..... 1415 dedit 20 solidos annuales.

D. Joannes Viguerius ..... 1416 fecit coheredem ex dimidio,

Berte Macellarius et uxor. 1419 substitione, libris et pecuniis honorarunt.

Guillelmus Batudi ..... 1421 dedit omnia sua.

Petrus Azemarius et uxor. 1422 donaverunt sua omnia.

Georgia de Stō Martino ... 1423 dedit quartum Ecclesiæ.

Ganfridus Episcopus Carcassonæ. 1423 transtulit Lupaterianam.

Petrus Donadieu ..... 1424 fecit hæredem.

Joanna de Bauteüilla .... 1425 fecit coheredem ex semisse.

D. Petrus Guilabertus .... 1426 dedit octo libras turonenses.

Joannes Bouerius .... 1427 dedit 10 ℔ annuales Buxadonæ.

Ludovicus Montanerius ... 1428 fecit coheredem ad dimidium.

D. Joannes de Tonte ... 1433 dedit sua, et se in monachum.

Synopsis Benefactorum -

D. Petrus Besse . . . . . 1433 hereditate sua contulit mille mutones.

Mr Joannes Joglarius Not.s . 1436 ~~substituit ex triente~~ dedit mos labores cum pecuniis.

Petrus Boussié . . . . 1436 substituit ex triente.

Joannes Ruber . . . . . 1438 hereditate sua contulit 1000 mutones,

Joannes Auca . . . . . 1439 fecit hoeredem.

Bernardus Azemarius . . . 1441 fecit hoeredem.

Petrus Regua . . . . . 1442 donavit omnia sua.

Guillelmus Gardetus . . . 1443 donavit omnia sua.

Joannes Lambrius . . . 1451 Capellaniae Patronatu decoravit.

D. Hug. de Fonteset Anthonia, 1451 dederunt plura sib.s debita.

Bernarda Sylvestri . . . 1451, dedit sua, et se in Donatam.

D. Raymondus Forestarius . . 1452 hereditate contulit triginta scuta.

D. Guillelmus Hugo . . . . 1453 fecit hoeredem ex triente.

D. Petrus Natalis . . . . . 1453 fecit in Sancto altare.

D. Guillelmus Boucherius . . 1453 dedit Floratum, Sti Michaelis Syrani.

Catharina Loysa . . . . 1454 dedit vasa, pecunias, lecossensum et adiutam, Stae Caeliae.

Joanna Roscarella . . . . 1454 dedit feudum Posaqua.

Guillelma Azemaria . . . 1456 hereditate contulit 400 scuta.

Nobilis Joannes Guenionis . . } 1457 fecit Capellam, Sti Martini et omnia capelleti ornavit; dedit corpus.
Joanna Gasqueta Guenionis uxor } suum; utrumque dedit 4m bonorum suorum.

R. Joan.s Boucherius Vani Episcopus . . 1458 univit beneficium Stae Caeliae, fecit domum Vani, aedem Sti Joannis, dedit 500 d. ad a malta.

Yzabella Huga . . . . . 1458 legavit decem mutones auri.

Bernardus Furetus . . . . . 1460 dedit cellas blad.i duas,

D. Petrus Blancus . . . . . 1460 dedit se, bona, et opera sua pro Ecclesia Tarasconi.

Petrus Borgade . . . . . 1461 dedit corpus suum, cum dimidio bonorum.

Raymundus Peyrenx . . . . 1464 dedit septendecim scuta.

Raymundus Guillelmus . . . 1465 dedit sex scuta.

Petrus Stephanus . . . . . 1465 dedit viginti scuta.

Joannes Mas et uxor . . . . 1466 dederunt foveas blad.i duas.

Petrus Crosetus . . . . . 1467 dedit viginti quinque scuta.

Synopsis Benefactorum. -

D. Guillelmus de Nogarellis .. 1467 dedit terras Targenses.

D. Andreas Clement ..... 1470 dedit cellam, 1am et 500 libras.

Rixendis uxor Malini .... 1474 Marito et filiis substituit.

Yzarnus Bugas et uxor ..... 1474 dederunt villam novam, domationes et cet.

D. Ademarius Garnerius .... 1483 donavit bona Semalensi.

D. Jacobus Balatus ..... 1464 dedit patronatum, reditus Genuæ et hæreditatem, alter fundator D.

Bernardus Auriol ..... 1489 dedit foveas duas.

D. Petrus de Bonasanha ... 1491 dedit boriam unam.

D. Anthonius Magnaderius ... 1493 dedit patronatum et semienas bonorum.

Raymunda Terreria .... 1494 dedit Patronatum.

D. Petrus de Podiatibus .... 1496 dedit Syrami prædia.

Petrus la Garde ..... 1496 dedit Escossensi campum unum.

Anthonius Vinholas ..... 1500 legavit 50 libras turonenses.

Raymondus Vinholas .... 1503 legavit 100 libras turonenses.

D. Martinus Amielus .... 1505 dedit corpus et hæreditatem.

D. Joannes Ricardus .... 1505 dedit Patronatum Capellaniæ.

Helias de Bris ..... 1507 dedit hæreditatem, et reditus Genuæ.

D. Arnaldus Martelles .. 1516 dedit prædia Syrami.

Andreas Planesius .. 1514 fecit hæredem.

Jacobus de Bris ..... 1522 dedit Patronatum Capellaniæ.

x Domnus Jacobus Dulsa .. 1522 dedit Domum Tholosæ.

D. Anthonius Orgellus ... 1523 Dedit domum alteram Tholosæ.

x Domnus Anthonius Castel .. 1542 dedit mille trecentas libras.

Joanna Maurella ..... 1548 dedit hæreditate 1600 libras.

Guillelmus Siguerius .... 1551 dedit quinquaginta scuta.

D. Anthonius Joannes ... 1552 fundavit missam de Beata Virgine.

D. Anthonius Barlatus .. 1553 dedit Patronatum capellaniæ.

Bartholomæus Gasus ... 1554 fecit similiter.

Petrus Verdier ..... 1554 legavit sexaginta libras.

Petrus Gasus ..... 1555 dedit Escossensi prædia.

Synopsis Benefactorum. -

Petrus Martre . . . . . 1557 dedit quadraginta aureos.
D. Hugo Monginon . . . . 1558 fecit haeredem.
Petrus Vauresius . . . . . 1558 dedit patronatum capellaniae
Reginaldus Garus . . . . 1562 dedit decem aureos.
Bartholomaeus Bosquetus . . 1563 dedit testamento 40 libras turonenses.
Joannes Fornesius . . . . 1563 dedit Patronatum capellaniae.
Bartholomaeus Fornesius . . 1564 dedit similiter.
D. Matthaeus Febri . . . . 1564 dedit testamento Borian, Ricardiae.
Mr Joannes Longuetus . . . 1585 legavit 60 solidos annuales.
D. Philippus Canbolasius . . . 1593 dedit domum et hortum Escasseni.
Petrus Guilhaudus . . . . 1599 legavit quinquaginta scuta.
D. Joannes Barbasius . . . 1605 fecit haeredem, unde est boria veteris sol.

Benefactores ex Calendario incerti anni. -

D. Ludovicus Vitalis . . . . 2 januarii qui dedit malta.
Nicolaus Guinhard . . . . . 16 jan. qui dedit 30 scuta.
Bartholomaeus Episcopus Biterrensis . 18 jan. dedit beneficium Grasani, 60 scuta, oleum et libros.
D. Joannes Cassanhas . . . . 19 januarii, cujus bona ad nos devenerunt.
Petrus Platelli . . . . . 29 jan. dedit 200 libras fortis monetae.
Joannes Castanerius . . . . 31 jan. fecit nos haeredes.
D. Guillelmus Stephanus . . . . 1 Februarii dedit 105 florenos, 110 francos, calicem et cost..
Anthonius Montels . . . . 12 febru. dedit decem libras.
D. Raymundus Barbata . . . . 20 febr. fecit fieri cellam Prioris, dedit que centum scuta auri.
D. Joannes Brosseldi . . . . 25 febr. dedit omnia mea valoris 140 mutonum.
Margareta relicta Georgii Benedicti 26 febr. dedit 40 scuta, et 20 mutones. -
Jacobus de Albigesio . . . 1 Martii dedit pro Ecclesia faciendo 1000 francos.
Stephanus de Mogareto . . . 16 Martii consuluit Capitulum, et suis consiliis nos juvit.
Aymericus Bernonis . . . 7 Aprilis de quo habuit domus 100 libras.
Bernardus Desmari . . . 11 Apr. fecit nos haeredes.
D. Martinus de Marensis . . 22 Aprilis legavit unam domum Castris valoris 100 mutonum.
D. Petrus de Mardia . . . . 5 maii dedit 30 francos fortes et 7 libras.

Synopsis Benefactorum

Raymondus Parator . . . . 18 maii fecit nos heredes nos.

Maydis Seyssa . . . . . 21 maii dedit 400 florenos.

Helias de Dongenac Episcopus Cathensis 30 maii dedit quadraginta francos.

D. Geraldus Cholet . . . . . 1 junii dedit valorem centum florenorum.

Petrus Michaal . . . . . 3 junii dedit ultra 50 francos fortis monetae.

Bernardus Salmonetus . . . . 13 junii dedit 850 francos.

Petrus Selinerii . . . . . 18 junii dedit 50 scuta auri,

D. Legerius . . . . . habet pro benefactis unum Placebo.

Bernardus bonae fidei . . . . 22 junii dedit centum florenos.

Petrus Martialis . . . . . 25 junii dedit ultra centum francos.

D. Cathardus Aycardi . . . . 2 julii, fecit nobis multa bona.

Joannes Cogotes . . . . . 2 julii legavit decem scuta parva.

D. Matthaeus Berengarii . . . . 3 julii fecit 1am cellam, portae Austri, dedit quoque 40 francos fortis monetae.

D. Raymondus Taberne . . . . 17 julii fecit 1am cellam, transversam Austri.

D. Guillelmus Fontesii . . . . 22 julii fecit nos heredes.

Petrona Botgas et maritus . . . 28 julii reliquerunt nobis unam Boriam.

Magdus Episcopus Cathensis . . 7 augusti legavit nobis decem scuta.

D. Jaubus d'Baris . . . . 9 augusti dedit calicem, vestem, Breviarium et 30 florenos.

Mgr Leonardus . . . . 13 aug. Medicus noster et dedit 30 scuta.

D. Petrus Borias . . . . . 14 aug. fecit nos heredes, unde habuimus 400 libras.

Andreas Albieu . . . . . 23 aug. dedit Domui 50 libras turonenses.

D. Joannes Bec . . . . 6 septembris dedit hereditatem valoris 300 librarum.

Bernardus Montanha . . . . 8 sept. a quo habuimus 120 mutones.

Guillelmus Pulchri hominis 13 sept. a quo habuit Domus 50 scuta.

D. Guillelmus Gilbertus . . . 15 sept. qui resignavit beneficium Stae Caeciliae.

Joannes de Pancarota . . . . 22 sept. dedit perca, calicem, 20 francos, 30 libras, haleces et cat.

Joannes Bati . . . . 24 sept. dedit 100 libras pro aedificiis Austri.

D. Petrus Busse . . . . 2 octobris dedit hereditatem mille mutonum.

Guillelmus Alberti . . . . . 3 oct. a quo habuimus 500 libras.

Petrus Grassi et uxor . . . . 3 oct. fecerunt nos heredes.

Synopsis Benefactorum.

D. Petrus Maculleri . . . 8 octobris dedit castellam et 200 scuta auri.

D. Joannes Malhabiri . . 19 oct. legavit quatuordecim scuta.

Raymundus de Ste Gemma Episcopus Castri 5 novembris dedit pro initio Ecclesiae 1000 florenos.

Maria de Monte Arduo . . . . . 5 nov. legavit 40 francos et vivens dederat halecas, merluciam etc.

Joannes Arduati . . . . . 5 nov. dedit omnia sua.

Franciscus Bossardi . . . . . 6 nov. fecit 1am cellam transversam a parte Agoti.

Magr Jacobus Vilini . . . . . 10 novemb. dedit quinque scuta.

Raymundus Ricardi . . . . . 4 decembris de quo habuimus 84 mutones.

Dñus de Lanato . . . . . 26 dec. de quo habuimus 300 francos.

Dñus Bertrandus Landa . . . 28 dec. qui dedit nobis 80 libras.

Appendix aliorum Benefactorum temporis in Calendario tacitè

Dñus Gervasius monachus nigar qui dedit 125 libras.

Petrus Ferrerius qui legavit nobis 15 francos fr. et duos libras.

Petrus Cirieis a qui legavit nobis quindecim mutones.

Thomas Faber qui dedit nobis octo scuta auri.

D. Guirandus Garrigas qui dedit nobis 7 florenos et unum par bovum.

Petrus Fusterii de quo habuimus triginta libras et amplius.

Soror Dominæ Scarreriæ dedit monasterio nostro triginta florenos.

D. de Capdelano testamento suo legavit nobis quatuor libras.

D. Petrus d'Antiegua dedit semel quatuor mutones.

Mag. Manaudus Rudex Carcassonæ dedit decem francos.

D. Joannes de Massaco dedit semel 25 scuta auri.

Geraldus Mas, a quo habuimus octodecim scuta auri.

Jacobus de Ste Lupo legavit nobis testamento suo viginti libras.

Guidon de Grassa legavit nobis sex scuta

Bathonius Bardetus legavit nobis pro uno Anniversario decem Mutones.

Dñus Dominicus Stephanus legavit nobis decem scuta.

Raymundus Caussinus legavit centum aureos.

D. Bathonius Verges presbyter cujus nos Carthusienses sumus legatarii, unde possidemus duas borias in loco Buxadonis.

Raymundus Riperie cujus nos Carthusienses, ut alicubi reperi, hæredes sumus.

Geraldus Marietus Castrensis Episcopus totis vendecim annis quibus Episcopavit et Carolo Jo Regi a confessionibus fuit, insignis nobis benefactor fuit. —

Benefactorum usus. -

Ex supradicta serie multa colligere licet. Imprimis quidem ejusdem bonorum accessionem primæ fundationi additam fuisse constat: deinde notum fit quantum a majoribus suis Castrenses, qui nunc sunt degeneret animus: cum quæ illi in conventum nostrum bona contulerunt, isti quotidie dissipant et quæ tecta illi sarcire studuerunt, isti dissipent, et in illorum ejectionem et ruinam, sacrilegas continue injiciant manus. Insuper cum ex tam numerosa Benefactorum congerie quamplurimæ apparent circa civitatem Castrensem hæreditates et dona in conventum influxisse, et nihilominus constet eaque in urbe vel in circuita Castrorum nostri majores nobis reliquerunt Dni fundatoris nostri et conjugis dona esse fere omnia, nihilum videtur quid de aliis actum fuerit: sed hanc minationem tollit duplex ratio. Prior est, quod cum singulis olim domibus Ordinis certi fuerint acquirendi possidendique limites quos accipiendo aut servando præterire non liceret, illique novæ domui de Bossaco 7j januarii anni 1367 assignati fuerint per delegatos a Capitulo generali: quidquid extra illos in fundo stabili obvenit, quamprimum licuit alienatum fuit, quinimo nec intra ipsos quidem limites quidquam a solido suo divulsum aut longius positum servare statutum fuit. Deinde vero (et hoc altera ut ratio) fixum et ratum fuit majoribus nostris, quos ut ad subsidia regia et municipalia onera pro suis prædiis persolvenda cogerent Castrenses et Escassenses nullum non lapidem moverunt, nihil publicis additum, vectigalibus intra utriusque Consulatus aut alterius cujuscunque fines ullo unquam tempore nisi summa necessitas urgeret, aut evidens utilitas requireret vel acquirere, vel donatum conservare, cum satis superque eam ob rem turbarunt et molestiæ serserint. Quæ propter quæcunque illis pia donatione accesserunt, protinus auctioni subjecta in pecuniam commutarunt: pecuniam vero non terræ suffodierunt, aut improvide collocarunt; sed ex callidissimis ad Monasterii prospectum effecerunt. Primum quidem census jura bene multa, nec pauca prædia suis vicina dato pretio compararunt; deinde ut empta vel donata Castris et Escassensi secure possiderent; a Regibus et Comitibus possidendi potestatem obtinerunt; contra nec immunitatis invidos hostes Castrenses et Escassenses, ac regiæ dominationis et rerum administros sese tuerentur; alios quoque perturbatores quos fere continue magno numero sensernunt litis contentione dejicerent, vel certe litis vexationem redimentes amicâ transactione delinirent, et dato pretio placarent, ingentes per diversa tempora pecunias vim prosuderunt. Postremo monasterii ambitum, officinas, vivarium, molendinum, turres, et cætera ad utilitatem, securitatem et splendorem quantum ex eorum minis cernere est excrexerunt: extra monasterium villas quatuor, ac vix dandas secalis officinas in colle Vte Jacobi nullis laboris et impensæ parcentes construxerunt; reliqua suis usibus quotidie dispensanda conservarunt. In hoc igitur tria, (ut breviter repetam) acquisitionem, processum et ædificiorum opera a primis

Acquisitiones. - Genuensis reditus -

monasterii fundamentis usque ad illicis dejecta culmina nunquam non deducta constabat, ex superioribus domis pecunias omnes providi Patres satis industrie collocarunt.

Hoc tria simul summatim inducta nunc sigillatim ac pusius investigo, et proposito pergens ordine prius acquisitiones induco; quas inter Genuenses primum reditus et Ecclesiensem locum, qui partim donationis partim acquisitionis titulo nobis constant edissero, ut ea postmodum, quæ sola nobis acquisitione provenerunt magnoque loco atque ordini subjungam.

Genuenses reditus conventui nostro Castrensi partim dono partim emptione provenerunt: quod antequam enarrem, de illorum prius natura redituum, operepretium reor aliquid indicare. Genua (ubi Januam dixere) urbs est in Italia clarissima, Ligurie caput, in littore maris sita, loco undique finitimis amenitate, et gloria luculenta. Portu gaudet amplissimo et commodissimo, quo tanta mercium rerumque omnium vendalium copia comportatur ut celeberrimum totius ligustici maris emporium fiat. Ingentes nacta vires, amplitudine, divitiis, edificiorum excellentia, et navalis belli peritia reliquas Italie maritimas urbes (solis exceptis venetis) longe superarat: et nihilominus multis olim agitata forensibus bellis ac civilibus discordiis aliquoties de sui status sorte periclitata est, illiusque imperium gravi bellorum pondere ac finitimorum pressum atque oppressum cum pecuniis belli nervis exhaustum foret, viribusque aliquando pene destitutum fuit. Hinc malo senatus ejus ut mederetur statuit quandoque ut ditiores quique certam pecunie summam conferrent, et in erarium publicum nulli nomine de suo conferrent: nec quid vero detrimenti conferendo paterentur certum meritibus portum, subeantibus subsidii seu gabelle onus indicii, atque ex illius collecta creditoribus ut endemnes fierent creditor prospectum, ut posturam pecunie quotannis redhiberi statuerunt; exigendisque autem tributis, pecuniis colligendis, asservandis, et cuique ut par est exsolvendis electos viros industrie profecerunt; quorum etiam ditioni salis tributa, et tigulina seu in insula Scorcica Castellanias ut solutionibus esset satis subjecerunt. Illinc habet originem potestas quam dicunt de oleo, seu magnificum St. Georgii officium, penes quod totius rei res est et summa, ubi per varia distincti officia pecunias exigunt, numerant, expendunt, recondunt, et distribuunt, non uno quidem semper modo, sed pro temporum, ac eventuum varia ratione nunc majores nunc minores creditoribus proventus exsolvunt. Ibi non solum Genuenses ditiores, sed extranei quoque undequaque pusilli maxime ac vidue cæterique homines quorum fortune pecuniis constant eas in illud erarium in annalem prospectum conferunt tanta copia, ut qui receptis præsunt ad confusionem dirimendam memoriamque in subducendis rationibus adjuvandam gazam omnem in certa loca seu scrinia suis annotata numeris distribuere coacti sint. Hæc loca unque ut complere sic completa emere aut venum

exponere liberum semper fuit; deo etiam comparatorum nomen a comparando sortiuntur; quod cum de novo comparantur, qui libris officii praesunt nullo novo acto emptoribus officium adstringunt, sed solo venditoris in emptorem transmutato nomine libris suis sua cuique loca describunt. Porro solutiones ex primario constituto quater in anno fieri solitas contigit postea occurentibus reipublicae difficultatibus ac negotiis impeditas retardari atque in triennium quandoque imo et in quadriennium differri, certas tamen semper ac nullo unquam tempore praescriptas esse; et licet vero, serio nihilominus et integre usque ad novissimum quadrantem appendi, nullique unquam vel ex minima parte deperire; unde et in mari cupiditatem plurimos quibus pecunia praesens inutile pondus erat attraxerunt. Inter alios vero nostri monasterii ordinis non pauca; et castrensis iste conventus mas illic quas inutiliter in arca pecunias coacervaverant ad prefectum quotannis redeuntem collocarunt: iste quidem tanto numero ut ex illis trecenta sexaginta duo loca possideret; non quidem omnia huc vere vendicata sed bonam partem beneficiorum, hominum Dni Jacobi Balati presbyteri et Dni Helie de Bris de quibus supra pietatis officio conventui erogata, quibus ille anno Dni 1467 mille aureorum summam in emptionem locorum nostris manibus et labore collocandam numeravit, et proventum quidem sibi quotannis per nos reddiberi, sequa rebus humanis ablato nobis remanere voluit; alter vero anno 1475, 16 octobris simili dono conventum prosequutus mille trecentos aureos simili concessionis, emptionis, ac retentionis pacto impendit, unde et ipse conventus octoginta circiter loca comparavit, et donatori quandiu in vivis fuit eorum emolumenta exsolvit, eoque e vivis delato ea pleno jure percepit.

Haec alieno dono apud Genuam habuimus, cetera quae de certa circiter et viginti loca ipsi patres proprio aere patres nostri comparaverunt, nominatim vero triginta loca quae nostri ordinis apud villam francam Ruthenensium patres olim mille libras turonenses pactio accepta fuerant: et cum illi angustiis se limitibus coarctatos cernerent, et non pauca circa monasterium suum non dicam vicina sed contigua alieni dominii praedia venditioni exposita cernerent ea suo juri subjicere studuerunt, sed deficiente pecunia cum periculum esset ne alius ea pollens in necessaria sibi sua sedes immitteret pro consilio habuerunt vicinorum Bellovidensium patrum auxilia et manum implorare, ageosque illos mutuatis istorum pecuniis comparare. Annuerunt isti et manu opem efflagitantibus illis mille librarum summam conscripto per notarium acto 28 septembris anni 1541 mutuo concesserunt, eoque auxilio in possessionem agrorum expetitam supplices villafrancanos induxerunt: at vero ut Bellovidensium rebus consultum foret, cum non haberent illi unde redderent praedicta Genuae triginta loca in longinquo posita, eaque ac difficili reditu praedita, ac per hoc incommoda sedum utilia bona in solutionem obtulerunt supplicique in hunc finem

Genuensis reditus. -

libello R^dum Patrem adierunt. Ille ven^dum Patrem D. Petrum Sardes Cathusiensis Caturcensis tunc Priorem forte vero totius Ordinis Moderatorem ut de supplicatis inquireret et petita concederet 23 octobris ejusdem anni sua vice delegavit. Fecit ille quod jussum erat: venit, vidit, inquisivit et petitionem admisit. Admissionem sequutum est Conventualium Bellevisus et Villefrancæ compromissum presente ipso R^di Patris delegato et duobus Notariis 17 aprilis anni 1542 peractum; quo nimirum Villefrancæ monachi supradicta Genuensis officii triginta loca petio mille librarum, a sequenda acquisita Bellovisensibus pro simili summa sibi mutuata in solutum tradiderunt: ac ne quid roboris transactioni deesset quæ inter eos gesta fuerant Capitulo generalis Ordinis ejusdem anni authoritate firmanda curarunt.

Hæc omnia singillatim exposita quæ in universo ad trecenta sexaginta duo loca pervenerunt proprijs, ut dictum est, et alienis comparata nummis apud San-Georgianum, Reipublicæ Genuensis oræ-rium Castrenses monachi sub anno et inæquali profecto possederunt; quibus nos quoque Tholosanenses usque ad annum 1617 usi sumus; quo tandem anno perfectum est intentum, eadem loca vendendi, ut in emptionem loci ad construendum Tholosæ Monasterium apti, vel alterius in vicino stabilis fundi converterentur. Intentum inquam ante annos triginta D.^no Anthonio Cayron Priore nostro conceptum, anno 1599 Bulla Pontificali approbatum; diversis postmodum annis repetitum; et agentibus R.^do Patre D.^o Brunone d'Affringues et qui pro tempore fuit M.^re Bartholomæi de Riparolo prope Genuam Priore quantum licuit promotum; Deinde urgente Ven.^do Patre D. Anthonio Lirien Tholosanensium nostrorum tunc Procuratore, nunc vero Caturcensium Priore ad id peragendum, et diu optato fine donandum anno 1614 et 1615 per Ven.^dum Patrem D. Bertrandum Chapelanum Tholosæ Priorem et Aquitaniæ Visitatorem Genuam missio peractum; ac tandem publico totius monasterii nostri actu 1.^a julii anni 1616 D.^no Ambrosio Giovo Genuensi Patritio ex toto peractum et nunquam revocanda alienatione conclusum. Ex qua venditione, et sexaginta octo millium librarum summa inde collecta diversa diversis locis circa Tholosanam civitatem, maxime vero apud Montes-Dotinum prædia sunt empta, ac per hoc quæ longa locorum interregnedine disjuncta difficiles et ambiguum alienis-que semper exolatum manibus officiebant reditum, nobis ad oculos nunc posita, et in unum velut nostrum collecta certam sui noticiam, facilem usum, et longe uberiorem nobis exhibent fructum, ac numerosioris pecuniæ nostris absque intermedio manibus subvenientem futuram.

His de Genuensi reditu tum eleemosynario tum emptitio in nos derivato propositis capto pergens pede nunc ad Bassensem terram, cujus idem fuit habendæ modus, denique exporte donator, aut saltem quia maternæ moram gessit voluntati author desilio. Bassensium locus et pagus est in Vivariensi diœcesi

et Volstanensi Senescallia, inter Bragueriæ, Serræ, Altæ nubis, vendalæ et Vic. Officiani terras sibus, et a convento Bellivisus una circiter sesquileuca separatus. Montuosus est et campestris; et montana quidem, complurium rivorum scaturigine ac decursu adornantur qui campestria duobus Bernasobrii et Moscalionis alveis pertendescunt, et prata variis meatibus et meandris quibus aquæ ducuntur irrigua cum opus est inundant et inebriant. Mons cui Cayroleti nomen est unâ in longum latumque leuca protenditur, totus Conventui proprius, omnis subsidii censusque ac juris alieni omninò expers partim sylvis incidiis per summa quæque cacumina obtegitur, in diversis cujus locis arboribus pratisque succisis et humo prosciss et subacta quinque Boias nostri majores exercerunt - alendis potissimum pecoribus et colligendis etiam fragibus opportunas. Nam pascua quidem æstate uberrima sunt per totum mensem, fruges vero non aliæ quam secales multoties ob frigora primas et ventos perflabantur atque adeo disperemt: sed quod inde detrimentum provenit armentorum et pecorum multiplici prospectu compensatur. Declivia quæque Montis, ac valli propiora sylvis crassis Escossensium labori cedunt, et pro excolentium libito sub tasquarum jure seminantur. Tota vallis fere in colurum est proprio; censum et tasqua nobis subdita; campis, rivis, pratis, vineis, arboribus fragiferis aliisque mire exornata alicubi exsurgit modice in colles, atque inde subsidit in valles quibus rivi complures quos arbores innumeræ ab utraque parte præterunt cum leni murmure defluunt et campos quos interfluunt virore pariter et fructu condecorant: ut dicto videatur scriptum: Campi tui refflebuntur ubertate pinguescent speciosa deserti et exultatione colles accingentur; indutæ sunt arietes ovium, et valles abundabunt frumento; qui hæc vidérint et vera esse probaverint, sine dubio clamabunt et horum effectori Deo hymnum dicent. In imo Montis consurgit collis in cujus vertice oppidum est portâ, muris, fossa et vallo munitissimum, armisque pro loci conditione satis instructum, amplis ab aquilone suburbiis ut antemurali protectum, et ex omni parte ædificatum, ut nullis unquam hostibus patuerit, et quamvis totam fere diœcesim civilia hoc integro sæculo bella sic fatigaverint, ut nullæ ejus vel urbes, vel oppida, vel præsidia non vi aut deditione capta et direpta aliquando fuerint; istud solum eo nomine gloriatur quod alienis intactum manibus et illibatum armis suæ securitatis velut virginitatis florem ad hæc usque tempora conservavit. Oppidi portam, et latus unum Domus nostra efficit; quæ ut ædificiorum numero, firmitate, magnitudine et ornatu cæteras antecellit sic eas et suburbia prono colle circumjacentia ex alto respicit et omnibus velut in centro posita circumquaque dominatur. Hi atrium, porticus, aulam, cubicula, hortos, cellas officinasque varias ad monachorum et servorum habitationem et vina cum granis recondenda non neglecto ordine inter se et alternicem distincta cernere est, in quæ fruges, vinum, oleum, pecunia ac quidquid

reditum est importandum: illic denique quidquid ad Cholsanae carthusiae, necnon Escossensis familiae nostrae mantinentum necesse est multo labore per annum procuratoris sedulitate collectum, jus manibus et arbitrio ad Prioris nihilominus Cholsani nutum dispensatur. Solum quidem omne nostris juribus sub laudimiorum et censuum jugo inservit; sed nihilominus praeter montem quam plurima etiam in valle nostro peculiari nomine possidemus: nam Bernas obrii fluenta molendina quatuor nostra influunt, quae illius aquas rotis suis per diversos vorticis fundunt, et spumantes in varia et spatiosa prata et in vivaria ad continendos pisces duo per industrias aggeres et canales effundunt; et ex molendinis quinque conductis centum viginti frumenti cestaria, ex pratis vero foeni quadrigatas totidem quotannis percipimus. Hortum similiter non longe a molendinis foeni aptissimum grangiam, equinam et bovinam stabula unum contextum bene multa, vineas et prata non parvo numero habemus; Borias insuper duas intra Escossensi limites non ita pridem donatas: quarum alteram Ricardenam, dicimus remotiorem, altera vicinior soli veteris nomen habet, utraque tribus bourn jugis dotata Dnorum Matthaei Fabri et Joannis Bualati muneribus superius enarratis Conventui obvenit. Totum Cayroleti Montem qui Bruguerianae, Terranae, Remendensis, et regio sylvarum ac feudalium Escossensi terrarum limitibus continetur sic proprium possidemus ut pascua, glandes, ligna imo et terras ejus vel nostris usibus applicare vel alienis sub redemptionis pretio concedere, permutare aut vendere ac a illius oppositionem et quaestum jure possimus.

Non est autem de vivario superiori quod prae me fugerat praetermittendum quod sentio sponte influere in calamum. Illud in centenis Escossensibus juxta regiam, altae nubis sylvam, jacto et lapidibus quadris structo aggere Bernas obrii praecipites aquas ab immoderato cursu cohibet et collectas in lacum molendinis cum opus est effundit: qui lacus ut pisceret, et ne quod impedimentum in ejus usufructu ex alieno opere contingeret, altae nubis terras quae Bernas obrio attinuntur quinque cestaria-larum spatio in longum, et duos saltus majores nostri a Rege in feudum sub annuis tricenis solidorum et quatuor denariorum turonensium censu acceperunt, et quae deinde ad eos per D. Raymundum Deyguae monasterii praeceptorem procuratorem 18 aprilis anni 1534 professionem clientariam praestiterunt, Ujus et sequentis actae hoc erit praequam tamentem, plenius postea in negotiorum series ordinem. Horti quoque (quod nostris est omittendum) pratorum et vinearum quorum nobis antiqua vel donatione vel acquisitione provenerunt decimarum onus nullum est; qua exemptione cum nos ejicere ac illam everterre Vasionis episcopus et Praecentor anno 1528 agitata contra nos lite pertentassent Dnus Senescalli Cholsani judicio apud quem Liber movebatur ultimo Augusti ejusdem anni die praelato

causa ceciderunt; et hæc jura nobis possessione ac retentia sancita calce velut et arena compacta remanserunt, et adhuc remanent. Proedicta nobis sunt propria, cætera sub diversis, ut dictum est, censu et reliquæ servitutibus ab incolis loci nostris hominibus sigillatim possidentur: communitas autem ipsa multiplici nobis onere subjugum transit. Nam imprimis imperium loci minorum justitiæque medioe et infimæ jura tenemus; altioe vero jurisdictionis et imperii meri partem medium, quam dedititio, vel emptitio (ut patebit) jure habuimus Dñus Joannes de Novomagio Bellovisus quondam Prior circa annum 1432 ut regia possessionis nostroe emolumenta removeret dimittendam censuit, regique ea conditione obtulit: oblationem rex non tunc quidem, sed decennio post, anno scilicet 1442 suo diplomate gratam et ratam habuit; possidendi securam facultatem concessit, et oblatam altioe justitioe confirmationem suscepit. Id factum, post additam nobis Catharinæ Loysoe pietate partem quæ residua erat medium, convocatus iterandum censuit, et per eundem Priorem, gestum 27 februarii anni 1457 sub inferioris justitioe reservatione ratum et adscriptum dixit; eoque nomine annuam Regi Carolo missam de Spiritu Sto quoad viveret, perpetuamque Anniversarii memoriam concessit: et exinde suprema judiciariæ potestatis jura Regi, media nobis et infima remanserunt primissimo duplicis concessionis nostroe et regii cognitoris robore confirmata. Hinc est quod judicem, Bajulum, Scibam, Procuratorem, Servientem, omnes reservatoe ministros justitioe pro nutu nostro et instituimus, et institutos cum videtur amovemus.

Consules quatuor quotannis eligimus, et electos obstringimus sacramento; obstrictos vero tic in officio continemus, ut nec populum cogere aut comitia indicere, nec publicè aliquid grave statuere, nisi nostro assensu illis licead; nec alla consulari tessera, aut illa nota insignes appareant, sed sola nostra authoritate fulgeant. Solas urbis eorum distributiones nostro arbitrio disponunt; quamquam, et illarum et totius publicæ administrationis suoe rationem nobis reddere exacti prefectura cogantur: vertente autem anno priusquam consulatus onus et honorem deponant, habito rerum tractatu ex omni plebe notoe probitatis viros octo schedulæ describunt; et descriptam, ipso Natalis Dominici solenni die offerunt; ex quibus pro arbitratu nostro quatuor seligimus, eosque consulatus dignitate prima anni die publice pro tribunali sedentes datibi loci clavibus initiamus, et rerum gestarum publicis huic tabulis inserendam curamus. Extant apud nos ejus rei monimenta innumera, quibus schedularum, oblatio, oblatorum electio, electorum per juramentum in nostris præstitum, manibus receptis, et totius nostroe hac in re per ducentos quinquaginta et amplius annos continuata possessio elucescunt. Neque vero consules soli a nostris natibus defendent, sed et plebs omnis nostra tic legerit, ut quotannis beneplacita nostra precoris voce proclamari audiant, et quoties hoc annum opus est, seu justa, seu vetita nostra per nos per actores et per precones nostros

Rossensi jura. —

nificiant; primatum quoque in Ecclesia et aliis consessibus habeat, et comitatum nobis aut delegato nostro cum solenniter procedimus concedant. Honorifica jura sunt hæc; utilia sunt quæ sequuntur.

Albergna viginti sex librarum turonensium quam conjunctim omnes consules manibus in panagii festo pro sua subjectionis et nostræ dominationis testimonio persolvunt. Molituræ ad sextum decimum, et furnagii ad vigesimum jura pro his quæ molunt et coquunt nostris molendinorum et furni conductoribus quisque sigillatim præstant, cum alibi nec molere nec coquere permittantur undecim modicum nobis quæstum, et frumenti copiam comparamus.

Focagii jure quisque ut locum possit habere, foco uti, et omnimode sub nostræ protectionis umbra quiescere gallinam unam et avenales consuetæ grandioris mensuræ quarterias reprendit.

Ut ligna in nemore cædere, cæsique adignem, ædificia et alia idgenus necessaria et utilia uti quilibet possit sub pœna per judicem infligenda nomen suum quotannis nostris inscribendum tabulis dare cum consueta pecunia obligantur. Et quamquam permodica nobis hinc emergant lucra; id nihilominus actitare quotannis solliciti sumus ut per hoc homines nostri sciant, et recognoscant et intelligant pariter non se sed Conventum nostrum illius sylvæ, imo et Cayroleti montis totius Dominum esse, nec se illis pro arbitrio suo gaudere, sed certa lege nostra et pretio dato illius usura permitti. De laboribus manuum suarum quibus montis nostri spatia detonsa suis limitibus consignata sæculis comminuere et sementem desuper jacere permittuntur decimum quemque manipulum in arcam nostram suis expensis et proprio labore comportatum pro nostro tali jure apprendant; quin etiam aratas, seminatas, et opertas frugibus terras reddito cum expensis semine recuperare si nobis annuerit; refugnare fas non habent. Panca sub decimali lege tasquæ, omnia vero sub certa pecunia, frumenti, secalis, avenæ, cepæ, gallinæ aut alterius census annue exhibendi conditione, ac laudimii jure quod cuique super alium duplicando vel quantumlibet placuerit multiplicando coniscere concessum est recognita possident. Quisquis vero terram suam proprio vel alieno aratro proscindit aut proscindi curat quarteriam avenæ unam, per singulos annos nostris inferre horreis tenetur.

Rivis ad libitum, ut se nostra utimur, et aquarum plenum quæquaversum inflectimus atque in molendina, vivaria et prata nostra, ut placet, immittimus. Illi non item; nam ut aquas in suas derivent vel possessiones, vel foveas quibus canabes immergant vel adequationis census in pecunia, vel canalis (quod gurgites quos rivi implent) consuetam portionem tribuunt.

Piscari quidem, sed non ubilibet; in profluviis silicat rivorum, non in lacubus illis conceditur, venari autem ubique permittuntur; sed si cervum ceperint, harmum cum septem costis dextrum;

si apparuerit, caput cum collo tam longe præciso quam auris infelix deorsum extendi potest cute ac pilis atque coperta nobis pro munere ferre distringuntur.

Furno peculiari citra nullam concessionem nostram licet: quibus vero id permissum est, vel pecuniam, vel frumenti certa lege mensuram nostris apponere horreis annuatim coguntur.

Quisquis per Judicem pecunia ex delicto mulctatur, multam nostro erario redhibere condemnatur, et eo condemnari transactionis nostræ lege et consuetudine meretur. Vitorum, pectinum, ollarum, et ejusmodi rerum venalium, lendam ab his qui eas venditioni exponunt ut jure delitam nostro percipimus, nec inde clamorem audimus. Nulli incolæ in solo vacuo ædificium erigere, nulli extraneo locum incolere, et mansionem statuere, nisi a nobis accepta facultate conceditur.

Nulli cuniculis, aut columbis domicilia collocare nisi nostro permissu licet.

Nulli ligna in nemore cædere, vel cæsa transferre vel ad concessos usus liberum est nisi primum a nobis cædendi potestatem, et ab eo quem sylvarum custodiæ ex officio præficimus indicationem obtinuerit.

Cetus denique locus Escassensis nostræ tantummodo jurisdictioni, directati, ac dominio subjacet; nec quivis alius (excepto Rege) quicquam ibi census aut servitutis cujuscunque nomine quidem unquam sibi usurpare aliqua ratione potest.

Hæc si præclara, si nobilia, si utilia sunt; his acceptum feramus qui hoc certo nostrum redimire caput sua beneficentia voluerunt, et hæc conventui Castrensi nostro partim aperto sinu contulerunt partim ut acquireret sua vel hæreditate vel donatione manum adjutricem porrexerunt. Superius enumerati hoc loco recedant, quos inter emicat et toto præeminet vertice Dñus fundator noster Raymundus Sayssa qui conventui hæredi suo ex asse instituto locum fecit ut in Escassense dominium citò pedem inferret, et illatum fortissimè infigeret. Res ita habet ab ovo repeto. Anno 1246 25 septembris nobiles Dñi Arnaldus de Ventenaco Escassensi condominus et Guillelmus Fortis de Bellofort Montmorenci Dñus mea vicissim casta pecunia tarunt: et Fortis quidem cessit Ventenacio cuncta quæ ex Dñi Raymondi Tholosæ comitis dono in castro de Montemoreno et finitibus ejus possidebat: Ventenacius autem eidem Forti remisit omnia quæ ad se ejusdem comitis dono in castro Escassensi pertinebant. Cujus visis Dñus idem Raymundus Comes eodem actu permutationem eandem laudavit, approbavit, confirmavit, eidemque Fortè ratum et certum esse voluit quod in castro Escassensi Ventenacius proprium habuit, et ante eum Raymundus de Domhano possedit: quidquid vero idem Comes eo loci juris habebat vel habere poterat ipsimet Forti ac successoribus ejus viva, libera, liberalique donatione totum dedit; terras silicet prata, hasca, nemora, census, usatica, homines et mulieres,

quistas, tallias, jura et jurisdictiones, financias et coercitiones, et quecumque alia in dicto loco ac terminis ejus ad merum et mixtum imperium pertinent, et pertinere debere noscuntur. Quae quidem Donatio tanti roboris fuit, ut post ducentos fere annos, Lo sitiet-juin anni 1466 Ludov Villelongae positam suo jusso ad Regis manum Escossensi jurisdictionem altam, vis o acta praedicto per Georgium de Ste Martino, et Ludovicum Montanerium (de quibus infra) Escossensi condominos sibi proposito eam illico amoverit, et istos eadem jurisdictione pacifice uti data sententia permiserit.

Nobilis Jordana Andebanda Rogerii Unalbi Andebandi de Cantario haec et filia hujus Guillelmi primis nuptiis, secundis Rogerii Unaldi de Cantico uxor fuit: quae ex Dño Raymondo parente nostro mille octingentorum aurei denariorum nomine ex paterno debito devincta tenebatur, et ex Guillelmi successione Escossensi medietate dotis abatur. Iniquo vero cum Rogerius genitor ejus Regis indignationem ob scelera sua incurrisset cunctis facultatibus ejus fisco applicatis applicationem Rex quatuor Cambellariis suis attribuerat; illi terram Escossensi quae Jordanam Rogerii haeredem spectabant subhastari fecerunt: Jordana sese opposuit; ventum est ad Parisiensem Senatum; res transactione definita est, qua Jordana undecies centum aureorum nomine Cambellanis se obstrinxit; sed cum promissis non staret Cambellani addictam sibi terram auctioni publicae subjici denuo fecerunt. Dnus Petrus Sabatherius Judex Castrensis auxit pretium, et satisfactis Cambellanis vendicavit sibi possessionem quam ita cessione Dño Raymondo nostro fecit esse peculiarem. Inter ambos vero ex una et Dñum Rogerium Unaldum de Cantico cum Jordana Andebanda conjuge ex altera 16 aprilis anni 1353 transactum fuit, et ipsa transactione licitata bona conjugibus remanere, conjuges vero mille octingentos denarios aurei cum scuto tam pro principali undecies centum scutorum debito, quam pro expensis Dño Raymondo factis ad solvendum obligatos esse definitum fuit. Partem debiti bonam Raymundus vivens recepit, reliquam expectando tentatus est, obiit, et conventus res et jura ejus haereditavit: cumque Jordana quadringentis adhuc scutis ex residuo debito alligata teneretur et vel solvendo non esset, vel solvendi animum, quamquam multoties requisita a Conventu castrensi Raymondi haeredem non habere videretur eo illum ann. adegit ut anno 1369 coram Judice parvi sigilli Montispessulani clamorem exposuerit illiusque authoritate Escossensica Jordanae bona pro reliqua transactae summae solutione subhastari fecerit. Jordana quidem sese opposuit, et paterna jura sua pro munimento proposuit, sed oppositione per ejusdem Judicis latam Aprilis ejusdem anni ultima die sententiam deturbata est et de expensas quas ne refundendas damnata fuit, ac postea silentio conquievit.

Hac primum vice Conventus iste in Escossensi dominium pedem inficit, et sic paulatim impressit,

ut postea nunquam illum retraxisse videatur; imo vero ut inde nunquam amoveri posset eodem ipso anno decembri mense debitam ex hac acquisitione Regi financiam in fiscum regium apud Tholosae Quaestorem contulit, eaque solutione acquisita conservandi potestatem sibi vendicavit, et vendicatam conservare si voluisset potuit. Potuit, inquam, nescio autem an scripserit. Calebrosus est mihi verum fateor locus iste; in quem quoties incurro, in cursu praepedior, ac in ancipiti velut scalo fluctuans quo tendam, et quo me convertam, vix agnosco. Hinc enim Iordanae Andeblandae ad medium Escassensi Dominae partem authore Pictore a patribus nostris video conquisitam, exinde Quaestoria post jurisdictionem solutionem, apoca (ut dictum est) assertam; et Caroli sexti decreto 11 maii anni 1390 tenendae causa possessionis pacto compactam; imo et duplici postea successoris ejus diplomate roboratam; altero quidem Julii anni 1404 quo debita pro possessis Escassensi et alibi rebus jura Priori Monasterii ora appensurus enumerat inter cetera Dominationis illius partem quae Iordanae praedictae fuerat, ex hereditate Dñi Raymondi Seyssae in se per Incantum devolutam; altero vero 10 martii anni 1427 Ambasiae dato quo appensionis nondum integrè effecta, causante pauperiem conventus tempora ad quadriennium extendi Rex Carolus eo nomine septimus voluit, et interim res Escassenses omnes a Iordana Andeblanda, Georgia de Ste Martino, et Ludovico Montanerio conquisitas securè possideri, et a nullo quaestore vel missorum contradici mandavit; quod ipsum anno sequenti 14 aprilis Quaestores Tholosanus et Albiensis subdelegatis suis dixerunt. Ex quibus liquido constare videtur tunc temporis amotâ Iordana Conventum nostrum ejus loci dominatione gavisum fuisse.

In contrarium vero me abripiunt non pauca in tabulis nostris quae hanc fidem agitant et prope convellunt: nimirum quod anno 1380, Longusti Consules Escassenses designatos a se recenter alios consules obtulerunt nobili Dñae Iordanae Andeblandae Escassensi pro medietate condominae, et nobili viro Petro de Ste Martino, et Bernardo Montanerio de loci condominis; quae similiter iteratum actum anni 1415, 15 augusti referio nobili Dño Petro de Claromonte Ludovicensi, Dño de Malaversula, et condomino de Redorta, pro medietate Dñi Escassensi, ac Dñae Georgiae de Ste Martino, et Ludovico Montanerio pro alia medietate condominis. Accedit quod anno 1392, 16 junii cum nudis testibus Joannes Aussac Escassensis virtute patientiae destitutus, de misericordia Dei diffidens, et diabolica suggestione inflammatus cum sibi vitam laqueo eripuisset Dñus Petrus de Ste Martino condominus dicti loci interpellasse invenitur Magistrum Bernardum de Poseto Podii-Laurentii Notarium, et Escassensi Judicem, ut quando-quidem ad se, et nobilem Dñam Iordanam relictam Guillelmi Portis et Ludovicum Montanerium condominos pro indiviso integra loci jurisdictio pertineret, ac semper pertinuisset, essentque in

Ilcossensi acquisitio. -

antiqua possessione de quibuscunque causis tam civilibus, quam criminalibus cognoscendi ad eundem locum, de rei et facti veritate cognituros et judicium dicturos accederet, cum etiam unum desperati hominis cadaver patibulo per ipsum electo suspensum viderentur: Qui judex paratus se obtulit ad easdem et ordinandum in casu proposito quod justitia suadebit. Ubi de luce meridiana clarius elucere videtur Jordanum Ilcossensi condominum, saltem ad illud tempus extitisse. Imo etiam certo certius eruditur ex innumeris nostris actibus, nominatim vero testium exigendorum, adversariis et notis Petrum, et postea Jordanum de Claromonte et Malavetula loco Jordane condominos usque ad annum 1453 ibidem egisse eodemque ipso anno Jordanum partem, quae se contingebat nobili Dñe Catharine Loysse vendidisse annoque sequenti per eandem Dñam Conventui nostro ejusdem a se coemptae partis proprietatem legatam fuisse: ex quo vel uno acte indubitatum efficitur ante annum 1454 et Jordanum dubitasse, ac postipsum ambos de Claromonte in fastibus dominationis illius egisse, et Conventum nostrum non nisi Dñā Catharina post emptionem suam nobis cedente in illius possessionem advenisse.

Quis conciliabit ista inter se tam pugnantia? Ego me quidem ita sentio, Jordanum Conventui licet per acta superiora suam emptionem constabilierit loco nihilominus et possessione constitisse, eamque cum majoribus nostris minime malis ita convenisse; ut ipsi quidem accepta quotannis debita pecunia de cetera usque ad perfectam illius solutionem rei per juridicam usucapionem suae jure agerent; illa vero interim usa pristino et possessione persteret; tandemque persoluto quotannis pretio in dominos de Malavetula successores suos et Catharinae nostrae venditores transmisisse. Ita sentio, et in sensu nihilo meo eruditioris cognitoris judicio me submitto, et ad intersectum rei discursum recurro. Ex supradictis apparet quod in Ilcossensi dominio cum solo ejus nomine Conventus uteretur tres alii utiles Dñe pro suaquisque parte principales essent, qui sua postmodum loco diversimode cedentes tres has partitiones suas Conventui nostro in unam portionem contulerunt.

Anno siquidem 1483, 13 Martii nobilis Dña Georgia de Vte Martino Setti filia et haeres, ac nobilis Dñe Yzarni de Tyrano conjux quam filius dare ob sterilitatem non potuerat Ilcossensi quartam partem suam Conventui nostro dono dedit, et D. Petrum Marcellarium, Relicivsus tunc Procuratorem, eodem anno in rei donatae possessionem admisit. Nimirum in Domum suam istam praesidium, in quartam Montis et molendini partem, in quae alias res et possessiones suas et dominationes directas altas et imas dominationem, merum et mixtum imperium, census, ac reditus, et omnia quae illic omnimode possidebat: quod tamen etsi motae devotionis et fervente affectu in Conventum efficisse legatur, non gratis tamen penitus peregit. Nam praeterquam quod sibi usufructum omnem ad vitam servavit, et protestatem usque ad 40 librarum

Escossensi acquisitio. -

turonenses, summam testandi, permulta insuper in pecunia et aliis ad victum necessariis mutui nomine a conventu recepérat, et peracta donatione majora et plura recepit; nam anno 1424 trecentas undecim turonenses libras in subventionem sui, necnon et auri ducenta scuta, et se Joannæ sororis suæ apud Stum Franciscí de Azilianо Monasterium, socialis ob annuam sex florenorum auri pensionem, a Petro de Stо Martino utriusque genitore constitutam, debito liberaret ab eodem conventu accepit; eaque conditione Joanna Georgiæ sororis domum, rutum, habuit, ejusque bona in conventum devoluta prædictæ onere pensionis in futurum exemit, ac quæcumque sibi competebant Escossensi dono dedit; ejusque cessionem Generalis Franciscanorum Minister anno sequenti 1425 sua concessione per diploma confirmavit.

Anno 1427, penultima julii Ludovicus Montanerius castrensis qui ebibus Escossensi condominis unus erat, quam ex paterna successione sibi vendicabat jurisdictionis ac dominii quartam partem conventui nostro vendidit accepto centum duodecim scutorum auri pretio, et reservata quatuor frumenti ac duorum siliginis cestariorum, necnon et trecim turonensium librarum annua pensionis Anthoniæ Montanerii filiæ suæ Anthonio Salvanh copulatæ quandiu foret in vivis exsolvenda, si recusaret et conventus præmissis non staret omnia in irritum deduci voluit. Nihil tamen eorum irritatum fuit; nam Montanerius 5 maii anni subsequentis 1428 ultima dicens eidemque filiæ suæ conventum substituens eumdem sibi portius adstrinxit: illa vero postmodum cum Joanne Salvanho filio suo reluctans et actis a patre suo stare recusans acceptis tandem 20 decembris anni 1436 centum auri matonibus conquievit, et ad annum usque 1472 prædicta pensione additis insuper turonensibus aliis tribus libris gavisa fuit, et 9 junii anni 1428 Prior monasterii rei venditæ possessionem apprehendit perpetuumque servavit.

Supererat Escossensi Jordanus Andeandæ, de qua superius meminí, nescio qua ratione successor Dñus Jordanus de Claromonte nigro, Dñus de Malavetula quousque ad annum 1453 Escossensia jura, census, et dominia cum conventu æqua lance participabatur: cujus potestas adjunctam habens familiarem, nobilibus audacia, tenta erat, et abjecta omni spe dominationis illius ex toto profundæ, ac tædio bisariam fruendæ Prior et procurator viri aliquin spectatæ virtutis et prudentiæ anno 1452 6 martii quam Georgiæ de Stо Martino donatione, et Ludovici Montanerii venditione monasterium habebat Escossensi bis quartam partem Duæ Catharinæ Loys de mille scutorum auri pactio vendiderunt, sed monachis assensum suum negantibus postea venditionem irritarunt. A Domino factum est mirabili modo rebus nostris desperatis succurrente, et cum nos consumptos putaremus tunc

erupit quasi mare lemen nostrum, et auferebat fecium nostrum justitia et pristino loci tota; cum enim 2ª maii anni consequentis idem Iordanus cum eadem Dña Laysa solenni venditionis stipulatione de sua portione convertisset uiendi dominio et ad conventum nostrum adjungendi viam aperuit. Anno igitur uno vix evoluto Laysa mortem proscientiens et vitæ verba postrema edicens cum filium ex legitimo Guillelmi viri quondam sui matrimonio superstitem, cui tuto dimittere hereditatem sibi non esse, et solum Heliam de Bris dictum, sed vere Boucherium ex illegitimo concubitu procreatum, idcoque a successione divinis humanisque legibus repulsum, et adhuc impuberem superesse cerneret, sic studuit acquisita testamento dispensare; ut et hereditatem tuto collocaret, et filium quamquam illegitimum suum indotatum et inopem non relinqueret, fategerat quidem vivens, cum Rev.mo Dño Boucherio vero genitore eidem utique filio litteris Pontificiis ac regiis legitimationis privilegia procurare, quæ et consequuti fuerant; sed illa nihilominus ut litibus in filium suum via daretur condomini sui conventus nostri Castrensis cura et societate voluit eum communire. Itaque undecimâ die Septembris anni 1454 extremam voluntatem scriptis exaravit, et Conventui nostro proprietatem nudam et dominium partis jurisdictionis alte medie et infime cum mero ac mixto imperio a seniore acquisitæ legavit, bonorum hereditatem reliquam Heliæ filio suo dedit, Heliam Conventui commendatum, et Conventum Heliæ in omnibus bonis et juribus suis cum decederet substitutum voluit. His peractis ex hac luce recessit, Heliæque personam sub Prioris et Procuratoris Bellivisus cura et sollicitudine, bonorum vero ejus administrationem sub Dñi Jacobi Balati presbyteri et Joannis Roquas tutorum regimine dimisit. Ille Heliam parvulum, alimentis et moribus imbuendum, atque in Conventu suo excludendum susceperunt: isti commodis ejus prospicere solliciti magis ex ejus futuro, putarunt si justitiæ Iscossensis quam mater Conventui propriam fecerat reservata illi emolumenta et usum fructus, sub annuæ pensionis redditu in ejusdem favorem Conventus cederentur. Anno igitur 1457, 3 martii tutorum arbitrio constituta et postmodum aucta quadraginta mutuorum auri (testilia vocamus) pensio ab ipso Helia cum adolevisset actu publico et accepta quotannis solutione approbata fuit. Tertius emancipatus recessit in suam Iscossensi domum; ubi usque ad sexagesimum annum commoratus quam parum ex piis Patrum nostrorum monitis et exemplis profecisset ostendit; cum neque sacris initiatus (quamquam a summo Pontifice super defectu natalium dispensatus, probendaque apud Ilerdam Lectoriam Barbonensem et Prioratum de Celiano ad simplicem tonsuram donatus) neque conjugio sociatus, sed pellicibus addictus vitam traduxerit, et ex illarum una plures suscepisset liberos, ex quibus duos Jacobum et Bagdalenam sibi superstites reliquit. Quæ ejus indigna et infamis conversatio cum Patribus nostris magnopere displicerat innumeras etiam produxit ultroque, quas suo postea loco referemus rixas, et

Ilcossensi acquisitio.-

in litium multiplices anfractus quamdiu ille versatus sit atque involvit. Nam quascumque ob reditus Generosi et Ilcossensis lustitiae pensiones, sibi secus approbante constitutas, cum Conventu peregerat irritare, imo et Catharinae matris testamentum evertere, ejusque in nos beneficia ad nihilum redigere utique omnia juris officere pertinaci animo et indefesso usu molitus est: sed irrito conatu omnia tentavit, tandemque natura cogente concubuit, ac defecta jam aetate viribusque aere ac voluptate consumptis quae omnino subtrahere Conventui non potuerat, eidem haeredi ex testamento 21 octobris anni 1507 instituto universa bona sua concessit, sed sicut vivens animo fuerat in Conventum abalienato, sic moriens quoque ac benefaciens animo se probavit fuisse in eum non admodum propenso: quippe qui haereditatem suam immensis legatis exhaurions quae larga manu videbatur elargiri, eadem contracta retraxerit. Nam Jacobo quidem filio naturali suo amore (cuique) Dei et intuita pietatis, et in tantum, quantum de jure poterat ac debebat domos, villam, agros, supellectilem omnem, ac potissima quaeque necnon et mille aureos cum adfectatus perveniss et aetatem a Conventu solvendos, Magdalenae vero suae, motu simili ducentas quinquaginta turonenses libras cum viro collocanda foret ab eodem Conventu numerandas legavit: ipsum etiam Jacobum ab eodem Conventu ad viriles usque annos ali, duci et doceri mandavit, et alia aliis legata et dona designavit: tutores quidem sobolis suae Dñum Joannem Durantis presbyterum et Montis acuti Rectorem, ac Dñum Bartholomaeum Robineau Archypresbyterum de Bruis vivis assignavit: sed illi pupillos neglexerunt, et tutelam repudiarunt. Nostri vero Patres defuncti corpus exanime curandum, sepulturae apud se mandandum, honorificisque prosequendum exequiis susceperunt; haereditatem cum Inventarii beneficio adierunt, et pupillorum curam habuerunt. Et Magdalenam quidem sub materna sollicitudine ob sexum suum dimiserunt, Jacobum vero in Conventum deduxerunt: ibique cum puerulum primis litterarum et honestae vitae rudimentis imbuerunt; in scholis edocendum dederunt: et cum vigesimum quintum attigit annum mille aureorum legatum consignarunt; caetera quoque debita legata bonâ fide solverunt, administrationis suae rationem reddiderunt; et quae sibi ex administratis superaverant eidem majori per Procuratorem declarato redhibuerunt. Et cum illo quidem nonnulla nobis intercesserunt judicia cum sibi Dominum nostrum, et alia in haereditatis bonis jura in Conventus nostri neglectum, et detrimentum usurpare tentaret; sed cito sopita et per conscriptam 25 februarii anni 1525 transactionem penitus extincta sunt, et contestata Conventui aliquam multa eidem Jacobo numerata pecunia remanserunt; Jacobi vero curatores rem gestam suo consensione roborarunt. Atque hoc quidem legatorum et solutionum pressi pondere in Ilcossensi patris quae superaverat possessione devolati sumus: at quamquam aliqua haereditatis sorte nobis provenerint, licet nihilominus dicere omnia in gladio et arcu nostro conquisita non tam haereditaria successione, quam crebrissima emptione Conventui

obtigisse.

Escassens acquisitio. — Census Redempti.

Qui nihilominus in Velleia, et Catharinam gratus utrumque memoriam, concesso perpetui beneficii beneficio celebrare non destitit.

Escassens ubi ex ordinis mei praecepto moram traho Data et empta recensens bona diutius immoratus sum; nunc reliqua percurro quae nullius donationis, sed propriae acquisitionis titulo in conventum devenerant: inter quae varios census, vicinam Conventui Bovianam, Bassam, aliquot-in podio St. Jacobi et circa Moletum terras; et duas nobiles Albergas Castrenses et Bruguerienses, referio, quas edisserere aggredior; nihil hoc loco de Matis rectoris Buxadonica superius satis enucleata adducturus quam non ante nostro sed Joannis Boeri dono possidemus, nihil de Escassensica quam superius inter bina negotia quibus ea parte constat enarrabo.

Primus ac potissimus Majorum nostrorum labor a censibus passivis extinguendis, et alienae servitutis excutiendo jugo fuit: quod cum gratis non posset effici, necesse fuit datis vel pecuniis, vel fundis beneficiariis compensari. Hoc ergo Domini Comites Castrenses qui sibi nescio quid in domo Castrensi nostra, cinque Petrosi et Bossaci terris directae dominationis vendicabat, possessionemque nostram fastigio virgae suae cui mozeta gerere tenebamur repellebat data compensatione, nominatim, vero mille ducentorum quadraginta auri florenorum summa 3 novembris 1362 effectum fuit: quod superius satis expositum, non videtur pusillo hoc loco repetendum.

Cum Castrensi Episcopo ejusque Capitulo similiter actum fuit 13 Aprilis anni 1369: cum eorum de utriusque jure ac laudimio bona pars esset terrarum et pratorum, ac columbarium, Boriae Bossaci in cujus solo septum erat erigi; illorum asterium, ad annuum duorum cum dimidio sestariorum avenae reditum, qui tunc Episcopali Cathedrae insidebat Reverendus Dominus Raymondus a Montegemma adjuncto sibi et assentiente Capitulo hoc eumdem exstinxit vicissimque a Ven. Patre D. Stephano de Cadercio primo Priore, ac Domino Petro de Veneraco procuratore quoddam accepit ex pacta compensatione hospitium, situm Castris in vico Cabertoe, quod dels Thorenas nuncupatum, ac Domui Guillelmi Thorenae conjunctum, Domini Raymondi fundatoris nostri fuerat proprium, pluraque ejus fundatione in nos derivatum. Cumque protensa in fundo nostro census praedicti jura valore superarent; Dominus Praesul ne quae nobis in permutatione jactura contingeret trecentos auri francos mutuinomine prius a se traditos, et in opera fabricae monasterii jam expensos ex toto cessit. Inde a septis muralibus nostris jugum Ecclesiae Castrensis abscessit; hospitiumque a nobis traditum in illius possessione fuit, in eaque hodie perseverat, et dicitur al antiguo l'hesquat-vieilla, situquisem, ad meridiem cortis domus hodie Episcopalis positus, sed aedificii ejus modus imus, et longe mutatus ab illo qui fuerat. Quae autem superius dicta est Guillelmi Thorenae domus traditam a nobis limitans, et (ut propriis loquar) confrontans, ipsa est Reverendi Domini Joannis Fossae Castrensis Episcopi domus ab illo empta et anno 1604, 4 martii novo professionis actu per eum edito, sicut antiquo per unum ex Thorenis nobis resignata. Quae dare lectorem admonitum volui ne in

Discutiendo super eam jure nostro in Landinium castra ad hunc lapidem ubi aliquando offensum fuit impingat.

Majora vero eidem Capitulo Castrensi per conventum nostrum anno 1395, 4 augusti tradi necesse fuit, ut peculiari illius indemnitati consultum foret, tam cum eidem Capitulum census et laguarum jura sibi malta super illam terrarum planitiem, quae a muris nostris ad usque Moleta (olim Petrosi) villam, protenditur innumeris fidei suppliciis per homines suos, maxime vero Sayssas nostros praestitis actibus tueretur nosque tranquillos contra insultus hominum a sua dicatola repelleret qui tunc Bossaci Priorabatum D. Joannes Colhas ejus adjuncto sib. D. Petro Hebrardo procuratore suo querelam, ratione nixam liberali compensatione compressit datis eidem Capitulo feudis in districtu Castrensi consistentibus, in quibus illa sunt omnia quae Amelius Albertus Dñus Centullae matris nostrae consanguineus et ex illius testamento nobis cohaeres pro parte habita, et pro indiviso cum Capitulo Ste Benedicti (minimum isto) possessa anno 1370 (ut inferius inter negotia narrabitur) nobis concesserat. Quo completo pretio semel affanso tanta Patribus nostris possessionis suae quies ac securitas sancita fuit ut etsi complura ex aliis causis quas inferius explicabo jurgia inter majores nostros et Capituli Canonicos excitata, et diuturno fervore (redicam furore) per illos continuata fuerint, nullam tamen unquam ex hoc capite turbam excitaverint.

Cum Dominus Girmundus de Vernhola Camprobersis Castri dominus directa sibi esse censum, tasquarumque jura ostenderet in terris monasterii quae sunt inter viam qua tenditur a Moledino Caylarii (quod ex Raymondi Patris nostri successione super Bastum provenerat) eundo usque ad Pornetum, et inde ascendendo usque ad iter veteris-miri versus Castras, et in terris quae sunt ad Clus et alta a rivum de Lemac; ne quod ex nostra clericali possessione quia Landinorum jura dominis deferebant detrimentum pateretur: Ven. Pater D. Joannes de Novomagio Prior, et D. Franciscus de Porta procurator 17 decembris 1461 datis aliunde aliis eidem Dño valoris jurisque consentanei feudis, Baretias (quae eo loci sunt) terras nostra servitute pressas ab aliena relevarunt.

Hisce pretiis alienum a cervicibus nostris jugum excussum est; et conquisitis pecunia consibues alios nostrum super alios impositum fuit: quod ex terrario nostro A littera praesentato perspicue innotescit; cui tanquam totius directatis nostrae scrinio nominis alterius Dominis exhibita censualis fidei testimonia, et praediorum feudalium nomina, loca, limites, et onera inserentur, ac proinde illorum nos dominationem cohonestat.

Haec omnia utiliter et necessario per Primates nostros peracta fuerunt; sed utilissima omnium fuit Boria magna (quam Bassam appellamus) acquisitio: quae cum possessionis esset non nostrae, et nihilominus in nostri medullitio territorii posita res nostras et a se invicem sejungebat, et alieni per nos transitus servitutem cum molestia et mora non modica inducebat. Ipsa quidem ad Sayssas nostros ab antiquo

Emptio Boriæ bassæ et aliarum terrarum --

pertinuerat, ac per Arnaldum ex eis unum de yvernis fratribus anno 1320 comparata fuerat; sed per bipartitam, inter Petrum et Bernardum Raymondi secundi filios hereditatem, in Bernardi posteros fundatoris nostri consobrinos, illisque inter se dividentibus ad Petrum alterum Bernardi primogenitum devenerat. Iste Castris excessit, et Montempessulanum concessit: ibique figens palum, et cum molestia boriam istam longè a se positam, possideas, vendendæ illius animum induit, et oblata illius comparandæ occasione Patrum nostrorum affectus vehementissime provocavit: sed comitalis dignitas obstabat; quæ tantam terrarum amplitudinem a sua clientela separari non facile permittebat; eumque fortuna monasterii tunc temporis illis ab antiqua comitatus servitute per præsentem, faciem, redimendis non esset, mediatorem emptionis hominem, in quo nullus esset vel repulsæ petendæ, vel possessionis perfruendæ timor quisquam esset et apud se reperirent. Ipse Guillelmus Roqua probus Castrarum civis, nosterque in actu conscripto ante dictum, sic animo semper addictissimo donatus; qui 25 februarii anni 1394 abruptam illam a stirpis nostræ rebus villam, emendo ad solidum, reduxit, trecentorumque aureorum emptionis pretium spopondit: Ita Petrus voluit; et voluntati ejus Margareta uxor Romani ejusdem anni consensionem suam adjunxit; scripta citius ex pacto stipulatio, et inter scribendum ducenta scuta per eumdem Roqua, a Petro Columbum, concivem suum simili cum illo amicitiæ vinculo nobis colligatum, appensa sunt: Dño Joanne Colbassio Priore numerante; et Dño Guillelmo Stephani castrensi sacerdote manum adjutrice, ad centum usque libras turonenses porrigente. Actum apud Montempessulanum 1 martii anni 1395 per eumdem fictitium emptorem, centum quæ supererant scutis venditori exhibitis totius debiti Prior idem solvit portionem; eumque ipsa villa eodem cum solo monasterii Bossacinomine quamvis divisa gauderet, ipse parietem macerie dividentem divisit et emptione sua ut angulari lapide fecit utraque unum. Quodque hic fecit, ven. Pater D. de Novomagio Prior Lepecii anno 1431; cum eo supplicante Jacobus de Borbonio Jerusalem, Hungariæ et Siciliæ Rex, ac Castrensis Comes insigni devotione affectus in Deum, cultumque ejus, et conventum istum, eamdem villam a Petro (ut dictum est) Jayssa comparatam, suo diplomate dixit nobis esse propriam, et perpetuam, omnique laudimiorum, aliorumque jurium suorum onere liberam.

Sunt et alia prædia diversis postmodum annis coempta; uti quinque cestariatæ terræ juxta nostrum Podium Sti Jacobi villam, Jacobi quondam Barralonis propriæ per eumdem de Novomagio Jacobo Reverdito ultima novembris anni 1435 ad censum trium frumenti cestariorum emphyteutice traditæ; sed postmodum a conventu nostro eadem qua superius causa, ex Dño Petro Lientardi nostri Largarum capellani benefacto centum scutorum pretio revocatæ. Quæ quidem si novo nunquam fuissent feudo

Emptio terrarum et Albergæ Castrensis.

traditæ simili cum religuo solo nostro bellicarum exemptione fruerentur; sed rurales per infeudationem effectæ, nec nisi post immunitatem nobis juridice assertam, recuperatæ dediticiæ servitutis jugo manent subditæ, libris quæ compendialibus vectigalium Castrensium comprehensæ.

Sub simili conditione gratiorique fundere possessionem nobis sunt instrumenta villæ Moleti, hinc quindecim tres tenulæ, et duæ nemorum portiunculæ quas Acutas seu Portum Sancti alluit anno 1571. augusti 20 per D. Joannem de Libra procuratorem jacentis tunc monasterii a Joanne Cabanas ducentarum librarum pretio emptæ, non solum vectigalibus publicis, sed et censibus et tasquis Capituli canonicorum Ste Benedicti Castrensium subjectæ: illinc vero juxta lapidicinam et sylvam nostram, Brasseti octo circiter terræ arabilis nemorisque cestariatæ Capituli ejusdem censui quamquam levissimo et subsidialibus oneribus suppositæ, ante centum annos a Francisco Melone Castrensi acquisitæ, ac postmodum per Paulum ejus nepotem, novo octo quartæ januarii anni 1614 assertæ, centum septuaginta librarum turonensium vili satis pretio binæ vicis acquisitæ.

Albergam Castrensem centum triginta sex librarum duorum solidorum et sex denariorum turonensium annis singulis in Senagio solvi destinatam, Majores nostri a Duo Rege Castrorum Comite cum eam dudum inter cætera sua jura et bona venundari edicto præcepisset pacto et penso pretio comparaverunt. Sigidus 17 decembris anni 1546 Duis de Convaio libellorum Regii libellalis suppliex, Magister, et Carolus Plessius Regii præfectus ærarii missi dominici ad vendenda subredemptionis perpetuæ conditione regii dominii jura et bona destinati cum apud Montempessulanum commissæ sibi Provinciæ incumberent, visis et perspectis mature Castrensis comitatus cartis et rationum libris annuum centum viginti quinque librarum, duorum solidorum et sex denariorum turonensium tributum quod Albergam vocant ab omnibus et singulis Castrorum civibus Regi debitam, necnon undecim turonenses libras ob vescios quos regii juris fundos et parma (quæ duæ summæ ad 136 tt, 8 solidos et sex denarios turonenses ascendunt) nostro conventui sub perpetuæ redhibitionis pacto vendidere unt. Mille quadringentæ libræ venditionis pretium, primi anni, fuerunt, cui postea 136 librarum, 8 solidorum et 6 denariorum pro anni unius redita per dictatem jussionem, appenso adauctæ sunt: et sic in toto mille quingentæ libræ cum duobus solidis et sex denariis in fiscum regium pro hujus Albergæ emptione per conventum nostrum sunt illatæ. Constat de posterna solutione per apocam ejus; primæ instrumentum per eosdem delegatos in Magistro Joannis Nicolai Montispessulani notarii libris concessum fuit quod ex privatis quidem tabulis nobis evadit manifestum, licet per sanctionem ejusdem notarii mensa Carthaginensis non sit certum; diu enim et studiose per me conquisita

Emptio Albergæ Castrensis.-

non comparuit forte conventus nostri direptione ac conflagratione inter alia monimenta per quam multa deperiit; sicut et Nicotiæ acta similiter evenerunt casu apud Montempessulanum ubi multa sollicitudine investigata nullatenus inveniri potuerunt. Sunt vero nobis transcripta, sunt et notæ satis ea dere multæ ex quibus utpote talibus hinc inde deceptis atque inter se collatis rei gestæ fides indubitata facio: præterquam quod Castrenses consules eam nobis Albergæ præstationem deberi adeo indubitanter tenent, ut eam quotannis absque ulla contradictione indicant. Et quamvis illam nobis aliquando invidierint, et regios quæstores quoties de Regis mandato sua perquirí et reddi jussa sunt bona et jura in nos eâdem spoliandos incitaverint, stat nihilominus nostra possessio annuis eorum solutionibus, et diversis judicum decretis, maxime vero Carcassonensis Senescallicæ 6 februarii 1561 sententia roborata. Quin immo quoties annuæ redeuntem illius fructum inter civilia bella nobis excidere ac sumus efficere contendicatis Ducum rebellionis suæ in Regem et patriam permissionibus et dictis tentarunt totiès pace reddita quod nimis avide deglutierunt evomere sunt coacti; semel quidem Palatinis libellorum supplicum Tholosæ Senatoribus judicio suo 5 Martii anni 1598 edicentibus, iterum quoque cum appellassent by artitæ Castrorum curiæ Senatus consulto duplici; altero ultimo octobris ejusdem anni, altero 29 maii anni 1599. Quorum vi non ernatos solummodo pendente lite, sed retroactis insuper annis lapsos et a se interceptos fructus solenni per notam 15 decembris ejusdem anni solutione reponendo, stabiliorem nobis arborem et sanctiorem Albergæ jura reddiderunt. His quoque civilis belli, atque iteratæ trina vice rebellionis suæ annis cum debitam nobis solutionem recusarent, et Rohani sui Ducis usurpationem opponerent supremæ Tholosæ Curiæ arresto anni 1625 ad solvendum cum expensis adacti magnam nobis in eo jure fecerint litem attulerunt: cum illi suis vexationibus et multis edocti nostrosque jurisidenter subdunt, et quotannis cum sui subsidia Municipii decernunt et partita describunt, primo jus illud ordine ut Regis debitum Calendis novembribus nobis persolvendum imponunt, impositum vero statuto tempore solvere satagunt. Hoc Castrensium a nobis onus.

Adjecimus quoque non ita pridem huic oneri alterius debiti fundus cum anno 1618, 19 dec.is quadraginta quinque solidorum turonensium pensitationem annuam, nobili Petro Joanni Martino Rupis curiæ domino per eosdem Castrenses debitam in alterius compensationem debiti ab eodem Martino accepimus, et acquisitionem nostram libris Castrensibus expuncto ejusdem Martini nomine inseri 7 februarii anni 1619 curavimus; nunc vero et istius et alterius debiti redeuntem quotannis fructum una conjunctim et manu et vice percipimus.

Emptio Albergæ Brugueriæ.-

Brugueriæ non ignotæ apud Vaurenses civitatis Albergæ quæ nonaginta libris, tredecim solidis, et quatuor denariis turonensibus constat nobilis Dñus Petrus de Lautrico ejusdem urbis Baronis et Dominus debitum quondam fuit, quam a septem ducentis turonensibus libris 7ma maii anni 1527 a nobili Antonio de Ste Joanne, et Seguina de Lautrico conjugibus emptam, conventui nostro 18 martii anni 1543 bis mille libras, similium, pretio reliquit. Sed quid non Bruguerienses molliti sunt, et eo se onere relevarent, et nostrum eo jure conventum spoliarent? Ipsi quidem per se multa testarentur et Dominos de Lautrico Barones suos illius Petri successores non semel neque bis in judicio suscitarent, ut nostrum exuerent jugum, satius ducentes Lautricensi sese mancipare. Sed aeren, verberarunt, et non modo nihil desideratum effecerunt; quin potius multis Tholosanæ Curiæ decretis nostro Conventui eo firmius se obstrinxerunt, quo illius placita infringere aut eludere nunquam valebant.

Cette alberga- que a été aliénée le 23 juin 1650 pour la somme de 2000 # employés à l'acquisition de la terre hautes dont elle fait partie. (Note de 1754)

Id annus primus, 1546, 13 maii extigit, quo eadem Curia nos illius Petri jure usi, Petri vero successores redemptionis perpetuæ jure gaudere, et Bruguerienses solutione erga utrosvis æternum? tenere definivit. Illud dein Palatinæ supplicationem, cameræ Judices Tholosani 5 maii anni 1515 suo judicio decreverunt; aquibus cum ad Supremam Curiam ex parte Dñi de Montesano Brugueriæ condomini appellatum esset novo protinus senatus consulto appellationem Curia dissolvit, et prioria decreta conformi dicto confirmavit. Nullus deinceps a Brugueriensibus, et solus a Dominis Lautricensibus incumbit metus: sed in hoc tuendo non timemus, cum non nisi oppressi per nos bis mille libras pretii redhibitione abeo nos deturbari posse jure confidamus

Post Albergas succedunt ordine complures annuæ in frumento et pecunia pensiones quæ facultates monasterii et annuos ejus proventus cumulate auxissent, si in servari potuissent: sed quia primitus ex conventæ pecuniæ sorte provenerant, secundum ordinationes regias postmodum reddito primariæ emptionis pretio quamplurimæ illarum a rationibus nostris sunt deletæ; aliæ per bellorum injurias, in curiam quoque nostram non utendo sunt proscriptæ; aliæ per familiarum divisiones, vitæ fluxus, rerum negotiorumque casus et vicissitudines dum incaute fuerunt dispertitæ suis singulæ portionibus sensim evanuerunt; aliæ in tot litium, asperactus et labyrinthos conventus distraxerunt ut ab ulteriori prosequutione fatigatum repressserint, et pacem coleræ jactura coegerint. Ejusmodi fuit duplex frumenti reditus, decem cestariorum alter, alter duodecim; ille a Germano, Petro, et Jacobo Pugineriis fratribus pretio nonaginta quinque turonensium auri super quibus dam eorum apud stam Germanum, terris, venditus; hic a Joanne Molis in villa sua de Fontanellis ibidem met acceptis centum viginti scutis assignatus; utergue autem a Nicolao Guinhardo 25 Martii

Emptio redituum frumenti - et proventuum.

anni 1485 fuit emptus, cum apud Bellumvisum ven.do Patri D. Petro Russo Priori famularetur; cui individue adhaerens, eumque in domos Vallis christi, Vallis Benedictionis et Montis hilaris in quibus Prior regit subsequutus in hac famulatum, cum vita claudit, et res suas idem ven.do Patri, a quo eas dignis obsequiis fidelissimi mercedibus et beneficiis hauserat juxta mentem suam, collocandas testamento commendavit. Quod exsequens Pater utrumque deque hic sermo est reditum domui Bellivisus vicinum, D.o Joanni Verden Priori, in majori carthusia, ubi Prioratum ac totius ordinis generalem Prefecturam exercebat ducentorum, viginti ducatorum auri sentorum, pacto vendidit; ut constat acta per Magistrum Philibertum Blanchet Gratianopolis notarium 22 aprilis anni 1497 conscripto: in cujus exaratum cernitur notariatus testimonium, autographa subscriptione, ac sigillo Domini Francisci de Putteo Gratianopolitani Episcopatus officialis et vicarii generalis insignitum. Qui brevi postea intervallo spretis mundi honoribus, abdicatisque doctoratus quibus fulgebat insulis et dignitatibus elegit abjectus esse in domo Domini, et factus in majori carthusia monachus eidem a quo susceptus in filium fuerat Domno Russo successor extitit: magni vir meriti vitae virtutibus doctrinaque spectabilis qui Ste Patris nostri Brunonis eloquentissime vitam scripsit, domum recuperavit et Hospitalem promeruit. Haec obiter in gratiam tanti viri potius quam frumentarii proventus acquisiti, qui nullum constitit, et parum prosuit; quia multarum postea contra Molisios Joannis successores litium semina ariuit, ut videre est in carthophylacii nostri alta congerie cartharam processus longissime ac molestissime deducti contra illos, in quorum proinde aliorumque similium campis per tales emptiones ventum semi-navimus, et pulverem cujus modo nihil extat messuimus; nunc enim illis pensitationibus aut redemptis non gaudemus, aut brevi redimendis non admittimur, ideoque illas hic sigillatim recensere nec interest nec tempus teratur et cartha occupetur non arbitror opportunum.

Prodia quoque Ecossensi complura conventus vel commutatione, vel judicis decreto, vel prelationis jure, vel spontaneae venditionis conventione praesenti pecunia consequutus est; uti est Joannis Guittardi villa, nunc Rivallorum sedes; et paratorum nostrorum in suburbanis additamenta, ut villarum soli veteris ac Ricardiae arabilia incrementa diversis modis actatibusque peracta: quae singula quia extensioris quam par est eloquii et minoris in referendo videntur emolumenti; cum ea villa, ut plerasque alia ruinas sit vendita, et quae supersunt brevi cum se offeret occasio vel vendenda, vel in melius sint mutanda ex in certo statu certam in hac serie inductionem non merentur.

Montis tamen Serrani Cayroleto nostro contigui utilia quaedam jura anno 1546 empta non est animus omittere. Cum enim villarum in Cayroleto nostrarum animalia superato proximioris rivo

Amplio Montis Serrani pascuorum.

qui utcunque montem dividit, propter pascua quae in Serrano uberrima sunt coëmendo desiderant; necesse visum est easdem majores nostros utilitatis causa et pacis initae acquiri; atque hac ratione villas et villicis utinque facem conciliari, animalibusque nostris exuberantem pastum provideri, Redita se habuit.

Anno 1521, 29 maii Franciscus Galliarum Rex Divione degens in subventionem regni sui et negotiorum ejus res et bona sua omnia exponi et publicae auctioni suppони voluit. Edicto, quod Camera rationalis Parisiorum 8 junii sequentis, curia nihilominus 4 julii, et senatus Tholosae 16 ejusdem effectui demandarunt. Ad eam licitationem in occitania peragendam delegati in vim regii mandati eodem ipso anno vendiderunt Joanni Serras Carcassonensi glandes, pascua et pignorationes eorum in Monte Serrano qui confinis est Montis alti, Cayroleti, Fontiani, Ste Dionysii, Ramondensi, et superioribus montanis et sylvis interdictam nihilominus omni arborum succisione, et solo earum exstantium usu permisso cum pacto recuperandi perpetuo, quingentarium turonensium librarum pretio; prout in tabulis suis magister Arnaldus Caravellus Carcassonae notarius testatum reliquit. Stetit et gavisus est emptione sua dem Joannes quamdiu inter vivos stetit; ideo mortuo Nicolaus Catholanus Tholosanus filius Joannis et Clarae Serras illius Joannis filiae ac protestia parte coheredis, illique inter cetera in eadem Serrae facultate succedentis ut plurima nomina quibus pro suis paternisque negotiis obstrictus erat dissolveret, adstantibus sibi Petro, Anthonio et Arnaldo propinquis et curatoribus suis vendidit, imo in simul omnes 21 augusti 1546 vendiderunt dem 20 Patri D. Joanni de Libra Bellovisus primum Priori eadem glandium, pascuorum et pignorum jura eodem quingentarum turonensium librarum pretio illico persoluto, quod accrevit postea cum 16 januarii anni 1557 Francisci Regis filius Henricus Rex ut bellicis suis negotiis consultum foret edixit ut omnes et singuli dominii regalis possessores de creditibus acquisitis ex eo annuum unum in scriniis suum conferrent sub conditione ejusdem cum primario emptionis hoc pretio simul redhibendo conjungendi. Quaestores regii acceptae jussioni morem gerentes singulos quosque emptores designata suis litteris pretii pactum producere cõëgerunt: quos inter conventus iste trigenta turonenses libras quingentarum pactuarum Dño Jacobo Pinctori ejusdem indictionis redemptori 19 junii 1559 ut ex ejus videre est chirographo numerarit. Inde praedicta jura extra querelam omnem possedit, eademque diversis annis certo pretio cui voluit utenda concessit; donec Roquerlanus Tholosae inclytus vis redemptionis factae et ampliationis regiae jure utens, montemque ipsum cum glebis et arboribus eorum pretium auxit, et quod in eo nostrum erat nobis reposcit, nostrique majores afflictis casibus et ruinis oppressi, cum desolata sanctificatio sua facta esset extera seminibus, et nati ejus reliquissent eam praedicta e manibus suis et ab ipsis pepulsis sunt: quod nobis esset insigniter dolendum, nisi

Negotia diversa. -

nunc non solum recuperandae rei familiae, sed et totius terrarii fundi opprimendi spes affulgeret; unicepto desiderio effloruit opus, et pacto jam deducti coepto eruntis fructus, qui cum tempore perfecta (ita fore) emptione maturescet. Sed quis victurus est quando istud faciet Deus? Nolim est Domino (satis nobis sit) opus suum: temporibus suis dicatur Conventui quid operatus sit Deus.

Hic rerum charo effectu, et caro effectu diverso nobis tempore Bossaci et Crossensi adjunctarum, status; quo utroque in loco et alibi pacem habere majores nostri plurimum sollicite non tamen semper nec ubique potuerunt, sed in variis per diversa tempora litium ambages vicinorum, insidiantia et subditorum suorum, protervia inciderunt: ex quibus tamen quantumvis intricatis, ac profundo velut luto per impensas ingressi sani tamen et salvi Deo propitio semper emerserunt, undique ab invidis et lividis manibus jura vindicarunt. Haec negotia per quae nobis non licuit esse otiosis quae nunc proposito mihi ordine succedunt et res nostras elucidant recensere placet. Negue vero minutissimis quibusque quaestionibus quibus Conventus lacessitus est me implicare, sed praecipua tantum negotia et lites tangere atque in illis gesta sunt, aut illorum occasione provenerunt succincte, si possim, edisserere necessarium duco: atque ut ordine procedam, generalia primum negotia quorum per omnes ubicumque sitas possessiones natura diffusa est attingam, inde ad singularia cujusque possessionis pedem efferam, hoc scilicet ordine ut quae ad Conventualem locum omnium centrum attinent prius enumerem, postea Crossenses lites explanem; ultimo autem quae Ecclesiarum, aut Ecclesiasticarum rerum causa molestae contigerunt dilucido, quantum in me erit, sermone repraesentem.

Universim quidem in omnibus quae ubivis locorum, Conventui nostro Castrensi vel hereditario, vel donativo munere, vel acquisitionis aere ac labore obvenerunt regia jura negotium probarunt; cum enim a singulari homine in communem et communem manum deriventur, legique in omnes regni sui agros et homines dominium sibi feudi vel retrofeudi nomine jure vendicat jacturam fieri necesse est; cum scilicet illi vel in expeditionem bellicam profecturo obsequentium numerus minuatur, vel ex delicto subditorum bona fisco addicendi (quando quidem nec Prelati quidem delictum nocet Ecclesiae) spes intercidat; per ista quoque a frequenti venditione laudimiorum jura et emolumenta peressuant, quapropter qui regiis juribus suo statu servandis invigilant, aut ex officio incumbunt, id maxime procurarent, ne quos singuli possident in regno in ullam unquam Ecclesiasticam laicamve multitudinem prolabantur, aut si dilapsa fuerint ita per venditionem inde effluant, et pristina conditione donentur, neque unquam nisi per regium diploma, offenso inde fisco quanto regii juris interest in dominitate in perpetuum servanda concedantur. Ita res plane innumerabiles curae, labores, et impensae Conventui

Negotia diversa. -

de Bellovisu per diversa tempora a primis suæ fundationis immemorabilis usque ad ejus interitum provenerunt: nam gastices iidem, beneficii homines agrorum dona contulerunt, toties iidem apud rerum regiarum gestores, Quæstores et Judices negotia quam maxima peregerunt.

Certe ut hereditaria primi parentis sui D^na Raymondæ Isaysse ac D^næ Centulliæ uxoris ejus nec non acquisita et donata Rossaci et Escossensia bona possidere posset Castrensium primo Comitum, exinde Galliæ Regum, numina supplicibus libellis et largâ pecuniæ profusione ad obtinendas admortisandi litteras placare necesse fuit. Illis quidem eo nomine duodecies centum et quadraginta florenos auri anno 1362 Conventus numeravit; istis vero cum eadem litteras non nisi ad breve tempus et exiguum proditum concederent, atque ad eas deinceps sæpius renovandas cum cogerent, ut tantis laboribus earumque parceretur, et concessiones in perpetuum extenderentur ducentas octoginta libras anno 1367 expendit, et postmodum centum octo libras, sex solidos, et quinque denarios turonenses anno 1404 solvere spopondit: qua pactione ut se liberaret cum solvendo non esset ad plura missarum obsequia (ut superius dixi, et hic repetere necesse habui) sese adstrinxit ad Carolum Regem, eidemque altam Escossensi justitiam magno posterorum detrimento resignavit. Non est facile dictu quanta pii Patres pro hisce negotiis pertulerint, quot peregrinationes ad remotissimas Regni civitates et regalem Curiam susceperint; et quantum suas facultates exhauserint ut prædicta Conventus, Escayrati, et Escossensi bona, olim tam crudiensem, Allegam de Matis veteris Pensensi, capitis servii et Barthæ villas, Pontianique a Villardonelli hospitia immuniter observarent. Cumque omnia confecta viderentur, fiebat pejus ut illa postmodum ad annuis vicissarum ultimum vectigalibus, aut regiis francorum feudorum indictionibus gastices ad eas exigendas nova edicta promulgata sunt vindicarent, non minori labore defendendum fuit: ut nimirum coram delegatis die dicta sese sisterent; tabulas suas exhiberent, sua jura verbis et scriptis tuerentur; ac ne diu extravagari et morari cogerentur vexationem, precibus vel pecuniis redimerent. Vide ut hoc quæ dicuntur bona in mala conversa sunt, spinasque ac tribulos germinarunt: vere spinas et tribulos dixerim; qui toties piorum animos cogitationum suarum aculeis lacerarunt, dum eos ad evagationes et facultatum suarum professiones compulerunt velut inflicto vulnere cruentarunt.

Quantum vero ut census annuos et laudimiorum jura tuerentur laborem assumpserint testantur libri, quaterniones, adversaria, notæ, indices tum propria, tum publica cum cujusmodi manu alibis quorum industriam in id operis non omnibus pervii omnipotens Deus in cæterorum solatium per diversa tempora præparavit. Quibus multus quidem ad persuadendos revincendosque rebelles Beneficiarios labor fuit; major vero ad repellendos insurgentium in jura sua diversorum dominorum

Regalia generalia. -

consatus difficultas exstitit: cum scilicet qui comitales, episcopales, aut capitulares census per tempora redemerunt et indemnitati suae consulerent, et auctionis suae fructa vel integra colligerent, vel lucro annularent salus suas in massam nostram per nefas immitterent. Undequum, sepissime contigit pertractos ab hujusmodi harpagonibus homines nostros alieno sese dominio volentes nolentesque manipare, ac censuali servituti per conscriptas etiam invitos fidei professiones ne dictus vexarentur assentiri. Hinc tanta in dignoscendis censibus nostris caligo; ut vix aliquid in consulatus Castrensis domibus et agris per acta nostra nobis asseramus, cui non comitis et capituli actores usurpationis suae tegumentum in nostrum et feudalium nostrorum, laedium, ac nocumentum oppanderint. Hinc publicae privatoque Castrensium querelae; cum quilibet pro re una hinc illinc que percellitur, et dum suaquisque dominus ratione ac fidei datae testificatione ut juris statione nititur, obsequenti et labor geminatur et onus aggravatur. Ut nos quidem, quoties ab istis redemptoribus locce praelium commissum fuit, victoriam reportavimus, et arma in quibus confisebantur abstulimus, eorumque spolia nostris tabulis ut thalis suspendimus: sed per vicibras illorum mutationes, ut capitum successiones, cum novis et illa hydra emergentibus non identidem experiri bella compulsi sumus, Lodiequeticamnum compellimur. In invero cum anno 1533 per Dnum Leonardum Tholosae Thesaurarium, instante Joanne Guillelmo in comitatu castrensi Procuratore regio per preconem vocetubae Castris exclamatum, fuisset nequis alterius quam Regi fidem supplicem ullius fundi censualis exhiberet, conquerente apud Dnum Petrum Boerium Carcassonensis Senescallie Judicem majorem Conventui per 21 januarii anni illius sententiam, sublatae sunt inhibitiones, et suas sigillatim Recognitiones exigere ac recipere vocato nihilominus regio actore permissum fuit.

Istos quidem census quod nobis advenerint Raymondo Joysae, Centullae Bretae, domino Guillelmo Grilho Joannae Boscarellae, Guisendae Batudi, Luciae Bogis, Georgiae de Ste Martino, et Catharinae Loysae authoribus et praecipuis Mecenatibus nostris acceptos referimus: sed quod a vetustate temporum, et malitia aemulorum, asserta Bellovisui utiliter remanserint, hoc illis patribus debitum agnoscimus, qui cum essent salutis suae, ac rerum suarum contemplationi assidue attenti, etiam his asservandis animum, vires, et lucubrationes suas applicuerunt: et nimirum veteres ac prope antiquatos feudorum codices perlegerent, excerperent, annotarent, feuda perquirerent, loca indagarent, confrontationes seu limites ad invicem conferrent, et locis adaptarent (qui labor qualis sit norunt qui experti sunt) possessores convenirent, eosque ad professionem novam atque ad omnium praesentis tum retroacti juris et census solutionem fronte deducerent, vel renuentes deducta ratione ac lite compellerent. Recognitiones per longa annorum curricula veterascentes renovarent, et renovatas libri conscribi et compingi curarent. Quos equidem

gustries intuear; quoties illorum notas et species oculis deprehendo; toties Patrum sudores et pii eorum labores reliquias summe veneror, et ad eundem similia Dei ac monasterii instituta vehementer accendi debere unumquemque nostrum arbitror. In quo quidem egregio ad posteritatem nostram opere etsi multorum labor impensus fuisse tamen aliquorum sollicitudo, et electa ad id peragendum industria eluxit, quorum hic nomina et operam breviter attingo, plura de his allaturus cum Priorum monasterii series delineabo.

Dominus Arnaldus Fabri omnium in Monasterii regimine atque in hac exercitatione Antesignanus anno 1361 editas olim Raymondo Sayssa Recognitiones Conventui primum exhiberi provisibus fecit; cujus labores hac in re Dñi Joannes Rollassius et Bernardus de Auris duiturni Priores sustulerunt, dumque cum laude prosequuti sunt: sed omnium maxime D. Petrus Macellarius qui sub hoc extremo Priore Procuratore anno 1416 instaurandis ex integro ac recipiendis denovo Castrensium censuum Recognitionibus operam navare coepit, et undecim annis duci suo suam adjungens industriam, prope collapsa feudorum jura in statu reposuit, ut videre est libro praegrandi littera V consignato ac per Magistros Raymundum Sabaterium, et Petrum Ferriolli Notarios exarato. Si cui vero sub signis constitutus fortiter eâ pugnâ militaverat, sic postmodum anno 1428 eidem Priori suo post Dominum Joannem Vincentium suffecto, et Priore effecto quae militari solertia Conventui acquisierat solerti prudentia conservavit; et quem circa Castrensia procurator feuda laborem inspexerat, eumdem quoque jam secundum Prior Bellovisanus anno 1436 circa Escossensia collocavit, et de collectis in agro illo manu sua spicis manipulum bene magnum librum A praesignatum Mo Joanne Sogtario Notario Castrensi manum et calamum porrigente confluavit. Annovero 1441 servo ingravescens animo non senuit, sed eo semper recens pristinum apprehendit onus, et Stis garmenii Recognitiones aggressus ab ovo ad mala perduxit; Escossenses quoque resitus squallescerent Magistro Joanne Parravio notas excipiente exorsus est, et exemplo suo Dñum Franciscum de Ponte meritissimum procuratorem suum in similem laborem provocavit.

Do Petro Macellario secundum Priori, D. Joannes Joannes de Montemagio vir supremae laudis non minus quam suprema in ordine dignitatis (qua postea insignitus est) supremo enchronio dignissimus binis vicibus alternatim successit; et suo Macellario similia, si non majora praestandis Castrorum et Escossensi censibus perfecit: Ut Castrensia quidem monimenta sua libro per Magistrum Jacobum Malini Notarium exscripto anno 1452 et sequentibus in lucem edit, Escossensia vero libro altero per praedictum Parravium notato et littera M annotato annis multis elaborata posteritati exhibuit. Totis quoque quibus prosuit annis ne recognita sibi et antecessoribus suis antiquarentur et ignorationis

Regalia Recognitionum. -

aut oblivionis nebula ut cinere spargerentur insigniter instituit, libros perlegens, in notas excerpens levatoria manu propria exarans, mutationes apponens, et quecumque cognitiones vel jacentes erigebant, vel erectas sustentabant, sicubi denique et notata digna quoque per appendices addens. Ultrisque vero per viginti aut circiter annos idem de Ponte procuratorem agens fidelem, per stitit operam illisque digne ac fideliter deservientibus ut laborum socius existit, sic anno 1463 in Prioris officio successorpsit.

His quantum ad hoc operis attinet proximus D. Joannes Vendenus Prior Bellicensis eadem jura magnificit, et ad ea sollicite conservanda multa fecit, scripsitque, atque ad renovandas Escossensi recognitiones manum anno 1490 applicuit: quem laborem D. Petrus Campmasius incomparabili dignus laude procurator posterorum absolvit. Hic anno 1505 Castrensibus censibus velut a somno excitandis, aut a tumulo suscitandis Mo Joanne de Monterotundo Notario acta recipiente manum extendit, sequenti anno Escossensi adjuncto sibi Mo Anthonio Ricardo Notario simili labore desudavit, anno vero 1507 Buretianum et Stm Germanii librum per Mum Anthonium Burlatum Notarium compacto recognitiones elaboravit; anno 1511 cum eodem Notario Castrensi, Podii Avisti, et Prioratus fundo novis recognitionum testimoniis restauravit, et quoe tunc aliis insignioribus negotiis prosperitas absolvere nequivit, hoc anno 1516 adhibitis ad collaborandum sibi Magistris Petro Ruffelli Escossensi et Joanne de Planis Castrensi Notariis libris sigillatim editis toto biennio confecit,

Anno 1520 D. Raymondus Deygua Bellicensis procurator simili labore ad castrenses recognitiones eodem de Planis Notario sibi consociato consociato se accinxit,

Anno 1526 D. Guillelmus Marre Prior, cum D.o Jacobo Dulsa procuratore suo conjunctis viribus quoe anno 1516 D. Campmasius recognitionum Escossensi diviserat per Mum Anthonium Rotundum Notarium complevit, denique cum eodem Deygua ad opus redeunte, eodemque de Planis adjuvante Notario anno 1531 similia circa castras effecerunt; Buretianas quoque anno 1535 denuo perse Prior in lucem emisit.

Anno 1541 D. Petrus Calhacius Prior, et D. Joannes Brunus coadunato labore actutio Castrenses per Mum Anthonium de Varcillis Notarium recognitiones renitescere fecerunt. D. quoque Joannes de Libra Bossa primus Prior Bosenses recognitiones anno 1546 et sequentibus, necnon et Capitis Portus anno 1548 multo labore et difficultate partas tam per se quam per D. Raymondum Cauletum procuratorem suum velut deperditas exceperunt et nostris voluminibus inclusserunt.

Proximus eversioni Monasterii D. Joannes Casals anno 1566 Castrensibus denovo recognitionibus

Negotia recognitionum - -

incubuit eaque deinceps toto eodem anno sollicite (ut ex adversariis ejus elucescit) prosequutus sequenti tandem in aestate qui omnium infelicissimus ob defendam omni lachrymarum fontem ruinam exstitit adhibito sibi Magistro Guillelmo Falci notario effecit, et circa easdem ulteriius se exercendi Castrensibus de Bellovisu monachis finem fecit.

Ab anno 1567 sabbathis aestate, diruto, et spinis obsito Monasterio, sublatis quoque ex hac luce monachis ejus omnibus nulla vox, nullus sensus censuum; foris interficiebat gladius, et domi mors similis erat: donec Henrici quarti Regis nostri victoriis et virtute Magni genio pace sancita et restituendam rem nostram eamque pristinis censuum mobilibus exornandam vocatus est ex nomine a Domo Montis-Rivii Reselect D. Henricus Berengerius, qui rebus Castrensibus et Escossensibus praefectus anno 1599 nihil quidem studii ac industriae in servandis augendisque rebus nostris unquam praetermisit, cum esset in re familiari pertractanda sagacissimus simul ac experientissimus. Cum vero census monasterii bellorum injuria deperditos cerneret, laudiniorumque emolumenta penitus abolita, nec quemquam superesse qui eorum notitiam haberet (de Castrensibus loquor; nam Escassensica D. Joannes Perges per recognitiones anno 1578 Magistro Joanne Longueto deductas ab iniquo vindicarat) serio coepit veteres qui conflagrationem evaserant codices scrutari et ad invicem acta eorum conferre, feudorumque perquisitioni insudare: tam foelici labore ac successu ut extincta jura per provas emphyteotarum professiones reposuerit, et ex praesentibus lapsisque consibus aerarium nostrum multis pecuniis hinc inde collectis auxerit. Itaque anno 1599 Auretiarum feudum Conventus villis confine claudavit; inde de Periso, Priorie, et Avisetti feuda eodem quo postea Castrensia indefesso labore prosequutus est: anno vero 1603 ad haec quae intus et foris erant manum applicuit, et quae per longam temporis oblivionem jam evanuerant jura in lucem et usum reduxit, emphyteotas quosque ut fidem supplicem agnoscerent et debita censuum solverent cum pace nolleni lite compulit, et conscriptos per Magistrum Joannem Bonafos Recognitionum actus duplici volumine compactos egregia laboris ac zeli in monasterii praefectum sui monimenta reliquit.

Anno 1615 concessum est nobis a R^do Patre D. Brunone Dessuignes incultas monasterii per Consulatum Castrensem terras arentes et squallidas atque ad serendum ineptas ad novum feudum tradere, quod ab eodem D. Berengero, D. Joanne Riviere et D. Antonio Rousset, illi ob servitium in procuratione succedentibus apud Podio Raudagnum et Petrosum vicinum, per octo circiter annos effecta sua pernobili Donatum fuit, et insigne censibus et laudiniis nostris incrementum addidit.

Haec duo admortisationum et recognitionum negotia immensae quidem molis fuerunt, et quamvis

Negotia peculiaria Monasterii.

sola fuissent, satis superque addictos spirituali exercitationi Patres prægravassent sed cum uno eodemque tempore ædificiorum instaurationes, Beneficiorum conductiones, villicorum collocationes, servorum locationes, villarum ac totius rei familiaris non in unum collectæ, sed magno locorum spatio a seipsa et monasterio disjunctæ dispositiones, multiplices litium prosequutiones, aliaque innumera longe molestissima sustinerent, ac præterhoc etiam, suscipiendis intra ambitum suum cum exstarent hospitibus, eleemosynisque in mendicos indigenas et extraneos pietatis affectu et Ordinis instituto compulsi sollicitè vacarent; liquido constat Bellovisani monasterii Patres qui rebus disponendis procurandis alio ignaviaque torpescere nullo unquam tempore permissos fuisse; quin immo subgravi semper occupationum fasce desudasse. Quæ cum omnia non uno (ut dixi) tempore ac loco contingerent, fiebat dissensio cogitationum, et actionum distractio major, et difficilior labor quem hic ingillatim, per omnia exprimere cum nec locus sit nec spectus exigat, hoc in se dispersa et naturæ sua conditione separata undique alibi vel inserta vel inserenda hic generatim coacervasse ac per synopsin in medium adduxisse sufficiat. Hinc igitur pedem ferre, et a generalibus ad peculiaria ejus essem ac loci vel judicio vel transactionibus definita negotia suscepta dignioza ducta a Conventus illius primis penetralibus ubique initio, servata ubique earum ac temporum ratione progredior. Conventui de Bossaco multa alias cum Conventu fratrum Prædicatorum Castrensium intercesserunt, tum cum illi Domini Raymondi Sayssoli fundatoris nostri, uxoris, Patris, fratrum soororumque illius corpora in Ecclesia sua sepulturæ mandata servarent, et ex illorum testamentis multa legati nomine, et ob funerum expensas speraret, Raymondi hæredem Conventum istum anno primum 1365 ea causa interpellarunt; exinde cum non pauca usque ad annum 1396 Conventui nostro hæreditates cum onere legati Prædicatoribus solvendi, et e contra Prædicatoribus cum obligatione legati Carthusiensibus exhibendi obvenissent, et ultro citroque multa pro suo quisque Conventus jure adducerent; gemina transactione omnia litigiorum nubila dissipata sunt, et pacis serenitas adducta: altera quidem 21 aprilis ejusdem anni 1365, qua per nos et Amelium Albe-tum, Centulio cohæredes offenso centum octoginta florenorum auri pretio omnis Prædicatorum petitio consopita fuit; altera vero 16 maii anni prædicti 1396, qua ultima Conventus noster Prædicatoribus aliquo nomine se obstrictum agnoscens inter cætera ædiculam SS. Joannis et Ludovici fundatoris nostri opera et expensis in illorum Ecclesia constructam, ubi illius et suorum ossa sui reparationem extremo futurum die cum silentio expectant picturis exornandam suscepit, et hoc pietatis opere postea completo jurgiorum ansam abstulit.

Anno 1390, 14 novembris quidquid supererat quæstionis inter Conventum de Bellovisu et Dominum

Negotia primaria monasterii. -

Amelium Alberti Dñe Castelliae de Brotis nepotem, ambos ipsius coheredes concordi consensu, et actu penitus extinctum fuit. Et biennio quidem ante divisã inter eos hereditate Toscayretium (ut superius dixi) convenitii obligerat, coetera Alberto praedia obvenerant; sed ob feuda quaedam in locis de Bertacaña, de Podio brandeto, de Monspetito, de Bellacamba, et de Podio Ricardenc juxta Castras indivisa cum venerabili Capitulo Sti Benedicti Castrensis quidam ignis culus magni fomes incendii superserat; qui ne vehementius accenderetur a Patribus nostris provisum est: qui sepradicta die eidem Alberto ut ea feuda aut pratensa in illis jura sua conventui relaxaret octoginta florenorum auri summam, certis exsolvendam terminis publica stipulatione pacti sunt sed aturos. Lapsis terminis numerati sunt floreni et feuda illa Monasterio sunt asserta; non ut manserent, sed ut exciret dam! contra nos magno clamore Capituli Sti Benedicti Castrensis turbam, de qua superius fuit sermo, consopirent: cum scilicet 6 augusti anni 1395 haec ipsa feuda, et alia magno numero conventus iste praedicto Capitulo in compensationem totius sue super omne Bossaci nostri solum, directitatis cessit, et illo pretio servitutem suam, qua ab antiquo illaqueatus erat exuit et libertatem induit; laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Benedictus Deus qui non dedit nos alterius in captionem dentibus eorum.

Major et omnium maxima earum civibus simultas fuit, qui ut Isaac quondam Palestini et Pastores gerere sic isti conventui nostro quas dante Deo facultates obtinuerat nullo non tempore invidere, eumdemque odio plus quam canino prosequuti sunt. Ex illis quidem permulti per diversa tempora in conventum benevoli et benefici exstiterunt, sed communitas ipsa hostem se jurarit, et inimicitias tanta obstinatione semper exercuit; ut nec Patrum pietate ac religiosae vitae exemplis; nec monasterii nostri intra consulatum suum decore et ornatu, nec profusis illius in pauperes Castrenses eleemosynis ob[illegible] benevolentiam flecti potuerit: quin potius semper rigida, semper concepta tenax odii nullum non movit lapidem, ut nos vel antiqua possessione deturbaret, vel possessionis subsidiorum onera Regum privilegio deposita rursus imponeret. Hoc primum anno 1482 tentavit, et ad annum usque 1547 processu continuo per sexaginta quinque annos deducto coram diversis tribunalibus, se ipsam labore suo crucians, et nos cruciatu suo fatigans effecere studuit: in eo unum, nervos omnes contendit ut conventus nostri agros omnes eximmunibus servilibus effectus his subsidiis ac municipalibus collectis manciparet; quod ego quidem divina providentia Patribus nostris contigisse arbitror, ut in Castrensibus vicinis eorum experirentur patientiam, ipsique discerent certare cum hostibus et habere consuetudinem proeliandi: ac tanto magis sibi suisque rebus attenderent, quanto juratos in nos eos, hostes in vicino suo, ut rudes in Patribus sibi esse sentirent. Haec non rethorico more verborum aggregato tantum splendore, sed rebus gestis in medium addactis feci. Anno 1482 mense Julio suppositum cineri doloso Castrensium Consulum et civium velut odium flamma

Processus contra Castrenses pro immunitate.

erupit, quo nimirum tempore Bossacense solum omne suis publicorum vectigalium libris inscribi, et Patres nostros ad solutionem pro sua tot agrorum parte addici debere statutum, et definito consilio decretum fuit. Hac mora, sollicitati per exactores Patres ad solvendum, recusantisti; instant illi, multa loquuntur, minantur et faciunt: ad Dnum Ludovicum de Ambasia Episcopum Albiensem, Regis in Occitania Locum tenentem, res defertur; et eodem ipso anno 24 decembris Dñi Joannis Lupeti Albiensis Archidiaconi, et ipsius Dñi Epi hac in parte delegati sententia terminatur: Qui videlicet visis regiarum amortisationum diplomatibus Castrenses perferam Bellovisenses monachos suis vectigalibus addixisse, et istas ad hæc solvenda nullomodo cogendos esse declaravit, Castrensesque ad expensas condemnavit. Illi non satis ea vice molestati ad subsidium aeriam apud Montempessulanum anno sequenti confugerunt; Lupeti sententiam irritari et conventus terras hominis quondam ignobilis Raymondi Vayssæ ruralis subjectas oneri et antiquæ contributioni suis insertas subsidiorum libris ab illorum contextu expungi non debere nec illa solum, sed et alia quædam quæ nuper et post enatam litem Carthusienses acquisierant, summis imis precibus, et congestis rationibus contenderunt. Carthusienses e contra libros impugnare, privilegia ma opponere, manuque ab annis plus quam centenis possessionem ratione niti, et se ab omni subsidiorum onere exemptos status mi prærogativa in medium addueta asserere, objecta diluere, tela retorquere, dicta et pasducta eludere, et pro avita immunitate militare magna animi contentione, oblata interim pro nuper emptis quæ par erat solutione conati sunt.

Ultimo Aprilis 1483 Judices Lupeti sententiam irritarunt, et causæ cognitionem suo tribunali reservantes Conventum, interim dicta exemptione gaudere iusserunt; donec ter acta legitima et auditos testes remotius cognita quod juris esset decernerent; eaque ratione Conventui pacifice immunitatem ab ut multis annis potestatem fecerunt: quam cum Castrenses cum premitu et mentis impatientia cernerent, convellere tandem anno 1521 toto nisu imbelli tamen ictu laborarunt. Eodem siquidem anno, 16 octobris ob prætensa subsidiorum debita, cum D. Raymundus Deyguæ monasterii procurator rei domesticæ causa in Domum Castrensem multo vectas advenisset, illi occasione nocendi arrepta malum, malitiose abducunt, capiunt, subhastant, et vili pretio rem quicquam, reclamante procuratore, superioraque decreta et possessionem proponente vendunt, et pretium non tam lucri cupiditate quam malitiose manifestandæ causæ recipiunt. Procuratores et Conventum jocis et contumeliis irrident, et ad remorandum superioris contestationis certamen lacessunt. Veritum est illico Montempessulanum ad supremos vectigalium Judices, qui eius numero unum Ludovicum Gombaudum nomine, ut rei veritatem per testes inquireret. Castrenses compendiorum libros revisceret, partium dicta, et totum innovatæ rei negotium in scriptis redigeret, et sub curiæ

in eadem iterato elaborandum ad Ducem deputarunt. Venit ille mense februario anni 1528, totis viginti duobus diebus in id operis incubuit, reique totius statum suo processu punctim exaratum ad socios detulit. Quid multa? Multi capturo per eos dem in ditionem regiarum judices velut iniqua irritata est et ad recuperandi valoris ejus, damnorum, expensarumque restitutionem consules damnati; cetera litis finali curiæ judicio reservata sunt. Eandem vero post delegati relationem, inquisitiones visas, et multa utrinque dicta, scripta et producta, ac per triennium quæstione ventilata, ad eandem sæpenumero Parlamentum curia 13 martii anni 1524 exitum edictum; quo pro antiqua possessione et agris a Raymundo Sayssa Conventui donatis immunitas asserta; pro recenter autem comparatis siquæ forent consueta vectigalium præstatio decreta fuit; et Dñus Fredoldus de Montcaillant ex curiæ Senatoribus unus ad id exequendum demandandum in Provinciam suscepit, quam non primo sed opportune dato tempore administravit.

Ille igitur anno sequenti Castras venit curiæ mandata in hoc negotio perfecturus, et auditis in loco partibus 21 junii anni 1525 ordinationem suam viva voce protulit quâ sub quinquaginta marcarum auri pœna districte vetuit ne Castrenses consules et cives hospitia nostra, unam in vico Parradentico, alteram in vico portæ novæ, necnon quatuor monasteriorum villas earumque terras suis taillarum libris immiscerent; ac sede veteros Castrenses in eis ignorationem protexerant, villas ipsas suis nominibus distinxit, limites a patribus nostris olim positos revisit, deque novo designavit et affixit; omniumque serierum nomina, et confinia suis tabulis inscripta eidem Curiæ reportavit. Hoc dicto, hisque actibus velut in alveo percussi Castrenses multis annis invidiam et nocendi animum cohibuerunt; et sicut torrentibus evenire solet, ut facto sibi objice aliquantisper a solito stagnitate desistant et placide conquiescant, donec collectis abundantius aquis desuper abuliant, ac majori postea fragore decidentes objecta quæque repagula præcipiti lapsu penitus abripiant: sic isti decreto impediti a nocendum, nocendi tamen desiderium, ut igniculos in operto carbone foverunt in tenebras, ac foras tandem, lato incendio motuque efferato prodire fecerunt anno 1540; cujus 19 junii apud Fontembellum, Rex omnes sui regni cujuscunque conditionis, ruralium possessores fundorum, ad subsidia sua cogi edicto sanxit. Quod ut Castrenses personisti sunt, protinus ille impetu magno quo data porta fuit ruere cœperunt, et Conventui adhuc Regis consilii tribunal diem dixerunt; nec a nostris desertum est ad unionem, multo labore utrinque sudatum est; et quo acrius Castrenses in Conventum insurgebant, eo Patres nostri portis vim vi repellebant, et objectis quos pro scuto tenebant Regum privilegiis adversariorum ictus retundebant, et suam possessionem rationum discursu, velut armorum molimine tuebantur.

Processus immunitatis Castrensis. -

Suffusi tandem pudore Castrenses 9 junii anni 1562 ad acie resiliverunt, et victoria nobis per Regii consilii judicium concessa fuit; quocque Montispessulani curia pro nostra immunitate decreverat Regis authoritate rursus edicta sunt: et per Dnm Petri Boyerii judicis Carcassonæ majoris regis diplomata deputati latam 20 septembris ejusdem anni sententiam executioni demandata sunt.

Hac saltem vice conquiescere nequitia debuisset; quæ nihilominus ut hydra capitibus amputatis nova pullulare fecit, et qui lethali confossi vulnere arma penitus abjicere consules debuissent, eodem ipso anno acrius indurrexerunt in proelium, et obtentis Engolismæ a Rege litteris conventum nostrum ut iterato conflictu secum de summa totius rei dimicaret, edictumque superius revocari curaret ad privatum idem consilium statuta die provocarunt. Pugna usque ad insequentis anni 1563 mensem Junium prodacta fuit et 26 ejusdem infausto in Castrenses exitu finem habuit: cum novo decreto prius illud confirmatum est, et hostes nostri cum pudore expensarum quoque refusionem reportarunt.

Hac victoria parta immunitas quidem nostra ex omni parte sancita est; sed conceptum vitus invidia indemagis venenatum evasit, unde amplius sanari debuerat; et ex Regis beneplacito Castrenses efferationes effecti sunt. Liceat de illis hoc loco dicere vocepsalmi: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas, quæ non exaudit vocem incantantium et veneficii incantantis sapienter. Recjam quinto certaminæ conventum nostrum, novis a consilio regio litteris eodem ipso anno dicta ad contestandam litem die assignarunt, et utriusque interpretationem, arresti ob repertos novos, et fingebant, actus postularunt; quibus se Carthusiensium, Domorum et agrorum contribuendi onera certius probaturos, et in integrum restituendos esse asserunt. La res cum multis actibus miteretur, necnisi illis attento intuitu consideratis dilucide perspici posset, et Regis consilium, ea causa judicanda nollet occupari, partes et earum negotium omne ad Montispessulanensem Generalium curiam remisit 6 decembris anni 1563 mandavit. Hi vestra immunitatis acies quam sua ante viginti annos judicio curia eliminaverat, rursus inter malleum et incudem, vel retundenda vel diligentius exacuenda venit: et Castrenses quidem suis cum dictis et actis impugnare, nostri vero Patres similibus armis eam propugnare et illos cum fuerit multi parcentes labori et sumptui curaverunt.

Interea cum adhuc sub judicis ea pendaret contigit exigente tristitiæ status Occitani Scindico novum edictum regia authoritate promulgari quo Rex ignobilium agrorum contributionem annis prioribus omni hominum generi indictam renovavit: cujus occasione Castrenses efferatis animis in conventum insurgentes nulla vel Regis et curiæ decretorum, vel litis pendentis habita ratione ad suam conventum

subsidia compellere coeperunt. Sicut autem anno 1521 Procuratori multum; 1641 Priori equum, et 1643 sex boves a Gresiais pratis/cena comportantes vi aperta in taillarum solutum intercepérant, abduxerant, et vilibus auctaprétiis distraxerant, sic nunc anno nimirum 1544 iisdem exagitati furiis villas rebide ut lupi irruperunt, et pertracta ex illis annualia auctioni publicae in foro suo subjecerunt, et de contracta inde mammona iniquitatis cum gravi Carthusiensium damno suam sceleratae corbonam, magis autem conscientiam infecerunt. Rare commota Patres querelam Senatui detulerunt, et inquisitione conscripta consules et institutum ab illis exactorem judicio sisti postularunt: sed illi male sibi conscii litem magis deserere quam vadimonium obire malaverunt. Quapropter criminis quidem causa alio discutienda judicio delata est: Immunitas vero nostra novo Senatusconsulto 1° decembris illius anni sancita; Castrensium vero postulationes et obtentae a Rege litterae in nihilum sunt redactae, ipsi quoque denuo prohibiti Carthusiensium bona Dñi Fredoli de Montvillarii ordinatione comprehensa ullis vectigalibus onerandi describere, aut suis ex libris quomodolibet inserere; ac totius litis expensas Carthusiensibus exsolvere; ut videre est prolixo volumine duodecim plenis membranis exarato. Cui ut Castrenses morem gerirent, et suppressa nequitia nequaquam foras deinceps erumperet Dñus Stephanus de Cambis Ierisien. doctor et ejusdem curiae Generalium Senator eodem anno Castras evocatus est et 19 februarii ejusdem anni (siquidem etiamnum februario clandebatur annus) Castrensibus curiae beneplacitum insinuavit, et effectum suum apud se sortiri jussit: communem quoque introgressus domum, compendiosos libros ad conspectum suum adduci et ex illis Carthusiensium bona superius memorata, et quae illis imposita fuerant solvendi onera expungi ac penitus deleri, ut omnis in posterum erroris occasio tolleretur fecit; limites quoque terrarum a priore illius curiae delegato anno 1524 designatos revisit, reposuit, et iterata ordinatione constabilivit.

His ita peractis Senator via qua venerat rediit, Castrensesque invidia et livore contabescentes dimisit; qui nec tunc quidem ad sanam mentem redeuntes novis malis nova remedia requirere coeperunt: et quemadmodum ingravescente morbo ad extrema perductus aeger nova loca et lectisternia desiderat, ubi se ab aegritudine relevari male persuasus putat; et cum ad ea pervenerit, ubique se delusum destitutumque sentit cum inhaerentem sibi morbi gluttino inquietudinem intus portet, et ubique habeat: sic illi apud Senatum, et privatum Regis consilium repulsam passi ad magni consilii Regii tribunal recurrerunt. Simili quondam obstinatione Balac filius Sephor ad alia et alia deductum loca Balaamum et Israeli diras imprecaretur incitabat; sed nihil ubique proficiens ad sua rediit. Isti quoque ipse toties delusi nunc quoque ad aspectum illius consilii in arenam descendunt, cornua ventilant,

conventum impetunt, sensum habent in corum; nos illis detrahemus, et tum demum si nam voluntate saltem desperatione conquiescent.

Ecce igitur intumescentes superbia et magna agitantes attonitis oculis Praetorium Regis irrumpunt, verbis grandibus querelam deponunt, et contrarietatem in judicatis exponunt, a Magno consilio ea discuti, et debis ab illis Judicibus Regem admoneri, ac postea judicium solenne petunt a ipso Rege petunt opportune importune, litteras in eam rem obtinent, et conventui ut magno se consilio sistat vadimonium prosigunt, quod nostri non deserunt. Ibi Castrenses febrem suam vehementius accendi, nihilque sibi superesse remedii cum praesentiunt, ad aliud iterum tribunal causam devolvi et apud libellorum supplicum magistros regii palatii Judices oblatas a sua parte articulos, et erroris propositionem persidem desiderant, petunt, et quoquo modo obtinent; sed postmodum et dicto citius ad magnum Consilium remeare compelluntur; ac tandem per hujus Arresti 7 maii anni 1547 spe decidunt, et priorum judicium, quibus nec error nec contrarietas incidisset confirmationem audiunt, ad expensas condemnantur, et erga Regem sexaginta librarum Parisiensium, erga conventum vero centum librarum similium mulcta puniuntur.

Hoc decreto percussi et obtusi vocaliter et motu privati deinceps elingues et languidi hostes nostri remanserunt; et sicut serpens cerea quem rota transit aut gravis ictu semineces, liquit saxo lacertumque viator, cum se celeriter loco cripere et viam salutis quaerere non possit, nisi interim corporis immensa volumina torquet, donec capite contrito lethale vulnus accipiat, nocendique modum sua contritione perdat: sic isti qui primo Dni bipeti judicio anno 1482 concussi et graviter sauciati fuerant, et nihilominus sexaginta quinque totis annis sibilos et motus edere non desiterant, hoc tandem anno a Magno consilio unde supremum remedium sperabant, extremum sibi casum, et causam ruinam conscivernnt, et deinceps conventum nostrum, pro supradictis bonis a libris et indictionibus suis immunem, et victoria gaudentem, vel invitis reliquerunt; ac licet eorum posteri eo visio irascantur dentibus fremant, et tabescant, desiderium nihilominus paternum, et proprium modum omnino perisse, sequa nostra prolegavari exemptione patiuntur.

Nec soli Castrenses cives conventum nostrum ob sua jura processibus divexarunt, sed et Dni Benedicti monachi, hostra Canonici Saxiensis oppidi Dni eum litigio et vi everstere, ejusque jura vel minuere, vel penitus eximere conati sunt. Quod ut adverstas discat lector Castrensem conventum nostrum a meridie et occidente Acuto flumine alluit et ni altera ejusdem parte Saxiensi subjure ac dominio illius capituli situm esse. Illic molendinum celebre in fluvio, et in terris

censes et Audimia possident et cum se loci totius omnis justitiae fieri Dominos jactitarint semper, comen-
tum nostrum piscatione prohibere multotiens voluere, eoque jure ut eum deturbarent plurima vi oblata
tentarunt, longaque et intricata apud Senescallii et Parlamenti Tholosae Curias per annos viginti duos deducta
lite fatigarunt. Sed postera infirmis nimicum sublimia pennis Capitulum, tuo casu liberas et liquidas nobis
Saxi fecit aquas. Nihil illis profuit insolens ausum, nihil improbus labor; quippe qui non solum nobis
non erepti piscationem, sed etiam toto flumine ab utraque Castrensis et Saxiensis consulatus ripa ampliari,
et injustis tensuras, sagenae, ac retis ad capiendos pisces apti damnato non prohibiti genus concedi ejusdem
Curiae decreto senserunt, et cum injuria nos victu nostro privare tentarent hoc sui laboris et expensarum
corollarium reportarunt. Nunc telam ordior; ex injustis pilis non quidem per singula repositis sed
quantum opus est ad necessariam rei non parvipendendae cognitionem expositis apertum, ex adit quam
non ludicra velitatione, sed animosa militatione cum detrimento licet suo isti laterum nostrorum
sudes, nostram in primoribus nostris patientiam exercuerint.

Anno 1468, mense augusto coepit pugna; dum piscamur per amnis Acuti profluvia quae nos praeter-
labuntur, et innocenti asta exercitio nostro remedium captamus, adsunt audaces Ste. Benedicti monachi,
manuque et armis instructi nos expellunt, at retia nostra invadentes haec sibi spolia distribuunt. Deposita
protinus coram Senescallo Tholosae querela et petita locis ante omnia in integrum restitutione, hujusce
mensis die inquiri jubetur, et in eum finem evocatur ad locum Dnus Joannes de Morilhone Senescallicae
Senator; dies monachis dicitur; obeunt illi vadimonium, et eidem senatori collegam Dnum Hugonem Fabri
Baccalaureum in legibus pro parte sua adjungunt. Litur pugna, exardescit concertatio, dum sua quisque
pro virili tuetur jura; Illi se Saxii et conjunctim fluvii profitentur dominos; nostra est aiunt aqua,
noster est fluvius cui cymbae trajectum publicae, et molendini aggeres extra controversiam imponimus,
non licet Carthusianis nullo nobili titulo hoc loci insignibus nostrae dominationis jura percellere; in
pace agere, rebusque ac juribus suis contenti vivere debuerunt, non nostra appetere; capta illis retia nostrae
sunt jurisdictionis et vindicatae potestatis trophaea, quae ut jure cepimus, virtute retinemus. Haec, inquiunt,
jura nobis contra magistrum aquarum, regiarum, nupero judicio sancita sunt; quin immo piscationis
concessionem ac prohibitionem anno 1302 nostri majores cum Abbate temporis in fiscopium transmutato
convenerunt: unde et innumera quae proferimus cum Saxiensibus laudimia, et transacta promanarunt;
quibus omnibus capita salmorum usque ad darnam, sectionem scilicet primam, tertiam congregato-
rum piscium, quos immolatas dicunt, a piscatoribus, ternum quoque lignorum defluentium, aquibus-
cumque possessoribus partem nobis vindicamus. Haec nostri sunt juris insignia; hic nostrae potestatis

Processus pro jure piscandi. -

a Carthusiensibus non minus quam Saxiensibus venerandus apex, et virgæ pastigium quo ab antiquis temporibus, ut actis et testibus notum fiet insigniuntur: hujus rei causa jurisdicalis litis ramus, jus dicatur.

Et contra per D. Joannem Ysernum procuratorem suum, Conventus asserebat, nihil sibi Capitali dominationem super Saxienses in hac parte officere; sequi suam non illius lege vivere; nihil sibi et istis esse commune; egeritque utique inter se ad libitum suum, et prædicta, imo et gravioria si voluerint onera pepigerint, res inter alios gesta aliis non nocet; sibi in consulatu Castrensi positis, et communi Castrensium lege viventibus toto consulatu maxime vero territorio suo ut aeream ducere, sic flumenis aut rivi cujuslibet alterius aquam, et piscem educere semper liberum fuisse; fluvii Acuti navigabilis diorica, non Canonicali sed regali tantum dominationi subjacere; in sua ripa Canonicis nihil superioris juris esse, ac proinde eos nulla in ibi concedendi, prohibendique facultate gaudere; si vero communi ac peculiari jure in sua piscatione fundari; peculiari quod professionis essent non nomine tenus sed recepta vere monastice, perpetuoque carnium, abstinentiæ aliisque rigidioris regulæ observationibus addictæ, ac per hoc a Regibus et Comitibus benevolo aspectu et cinu semper exceptæ, multisque ad Dei laudem et cultum privilegiis et favoribus decoratæ, cum sit summa ratio quæ pro Religione facit. Communi vero quod Castrorum civitate per suam fundationem donati, nullo non illius privilegio usque fruerentur; ergo et piscatione, quam transactione cum supradicto quondam Abbate 18 julii anni 1302 in ita totius fluminibus Agoti, Uzeti, et Durenque, necnon et rivis in eos defluentibus eadem civitas sibi certam fecit, statuendique ac prohibendi quæ reipublicam in hac parte concernerent per Consules suos potestatem accepit, et nunquam deservidit, ideoque in se civem suum legis et naturæ jure derivavit. Rebat ergo, nonne quæ Ven. Benedictus Pater tunc hic possidet, canonice, tibi jure debetur? Abeat igitur quæ nobis antiquitus a tot annis dedit in nostra possessione remanebunt. Cur tanto tempore super hac repetitione siluisti; nisi forte tum elioripes in zelo, aut perspicacior in oculo rei tuæ toto priori tuo cœtu, qui in hac exercitatione quæ nostra plurimum constat vita contra majores nostros ex quo hæc ascenderunt nihil ullo unquam tempore tentaverit; nec ergo tu qui in præsentiarum vivis, et nullo novo titulo niteris anno isto nova moliri nos quæ vi dentur retibus spoliare, et piscationis usu divestire debuisti.

His, aliisque ultro citroque altercando dictis rectis utrinque productis, admissis, examinatique sunt, omnisque inquirendi solemnitas ad amussim observata; judicium tamen toto quinquennio mansit in demissa et quieta hinc et hinc licentia, cui anno 1493, 15 junii manum denovo admoveri curarunt Canonici, et utrique coram Dño Guillelmo Bruni Judice majori Tholosæ sese super hac iterum quæstione veterum novarumque rationum aculeis vellicantque petierunt, ac per reciprocas ad curiam appellationes

Processus pro jure piscandi. -

precuniarum, et sanguinis profusione cruentarunt. Veteri processui additus est de mandato Curiae novus, nova requisita, et inserta testimonia; et toto quinquennio nihil aliud nisi continuus exstitit litis conflictus, et pragmatica digladiatio pugnae cum festo infaustoque eventu, sed tandem receptus classico intonuit, cum Senescallus ex decreto Curiae judex destinatus 22 aprilis 1478 e sublimi sede concordiam fecit et sententiam tulit qua Conventus Carthusiensium Bellivisus et familiares ejus piscandi facultate in omnibus Castrensium aquarum alveis asserti sunt. Consequenter vero 24 ejusdem mensis Dñus Joannes de Boria Judex Villaelongae ab illis judicibus deputatus Saxium venit, et praesente Vto Benedicto Scindico sententiam promulgavit, ac Conventum nostrum libera uti piscatione debere toto consulatu Castrarum et Saxii ab utraque ripa edixit, et in signum rei possessae pro parte Conventus flores liliorum in ripa Aceti juxta portum Saxii, et in ripa Voreti juxta pontem Navesium affixit. Reclamavit Scindicus et ad Parlamenti Curiam appellavit, sed appellationem suam judicio suo levem, lente prosequutus 13 aprilis anni 1483 vento valido Arresti exsaniri usque ad fundamentum in ea sensit; quo nimirum, Conventus per praedicta flumina retia cujuslibet non prohibita usus et Capitulum Canonicale in jure prohibendi per oblationes regias improbata manutentus fuit; et sic justitia edicente jus suum cuique tributum fuit, et arrestum ipsum per Dñum Guidonem de Sermano Senatorem regium agente et urgente Conventu executioni demandatum.

Hoc quidem judicio factum est silentium in coelo, non perpetuum tamen, sed quasi media hora, brevi scilicet tempore, nimirum usque ad annum 1485, quo Vicecomitis de Castrico liberalitas 7 septembris Conventui nostro liberam toto Vicecomitatu suo piscationem concedentis prioribus decretis adjuncta nostra piscandi spatia in longum extendit, Capitulumque novum invidiae et odii fomitem ministravit, atque ad audenda quae perniciosissimum magis quemque decent, imo et dedecent provocavit. Et quia nemo cum ratione insanire potest; adversarii nostri ut libere in nos insanire possent, et in insania sua ratione agere viderentur rationis specimen ad nos turbandos induxerunt, nostra jura non impugnantes sed incusantes retia densioribus et asserebant filis quam justa civitatis modum, per esse contexta; idcoque a se et dominationis suae vi et authoritate in meliorem et latiorem modum et apertionem reduci curanda. Hoc consilio prosiliunt, et ipso mense circa vigesimum ejus diem cum nostri duabus vectis navigiis cum retibus assuetis atque ad exemplar et modulum omnium communis Castrarum compositis nihil mali suspicantes in fluentis Aceti piscando laborant, adsunt de repente ad littus ejus quinque audaciores Vti Benedicti monachi Joannes Capriati Scindicus, Guillelmus Planesius, Guido de Altopullo, Raymondus de Altorio et Petrus de Albaruppe Bajulus suus, et manu famulorum stipati, et omnes armati; jactu lapidum grandi vectores cymbarum

Processus pro parte piscatorum

nostros fluvium trajicere, et ad se appellare compellant; tres illorum illico hostiliter comprehensos, vestibus spoliatos, et vi abductos in carcerem detrudunt; humiliat in compedibus, et forte vinculo constringunt; cæteros pugnis, saxis et contumeliis oppressos in fugam agunt. Non satis est illis in homines debacchari, nisi etiam in res insensatas furiosi appareant; itaque ambas naves securibus concidunt; retia majoris moduli discerpunt; eorum secamenta et pilas plumbeas asportant; commatibus, et convitiis nostros proscindunt atque in majorem monasterii nostri contumeliam, et irrisionem, conscia pila suis equis quasi ephippia superponunt, tuque phaleratis victoriæ trophæo unum, cretibus frustum, hastæ suffixum, et cordulas pilarum in canistro præferentes et attentis habentes vicos et plateas Castrenses insolenti clamore (vivat Capitulum), et animos intuentium præ insolito spectaculo admiratione complent.

Prior monasterii D. Petrus Ruffus magnæ vir authoritatis et modestiæ accitus, ac præ rei novitate attonitus ad aggressores usque ad locum, Saxii de re propius cognaturus adveniens, adjuncto sibi Dño Ludovico de Rionis presbytero cavillationibus loedoriis et commissationibus exceptus est, illis dentibus, huic per barbam apprehenso dictitantibus vilissime expellane nostros incendiarie tumobis et Carthusiensibus mille scutorum impensæ causa eris.

Egregium, canonici, ad posteritatem facinus perpetrastis; egregiam per illud laudem, et spolia amplæ refertis tantam nobis laboris et patientiæ exercitationem præbentes, vobis autem vituperii ac dedecoris materiam cumulantes. Hinc igitur nova bella; cum nostri viribus impares Tholosanæ protinus Curiæ auxilia implorantes Dñum Philippum Foucaudum, senatorem regium, ad inquirendam veritatem, et capiendos reos, vel in defectu capturæ bona eorum subhastanda convocarunt. Septimo octobris adfuit, et secreta inquisitione cœpit egere quæ 14 septembris acceperat in mandatis; 8° Saxium venit et scindico Capituli ut retia usurpata redhiberet semel atque iterum dixit, et ad id spatii decimæ octobris horam pomeridianam in Castrensi platea dixit. Ibi in conspectu civium, qui magno numero confluxerant mandata Curiæ de reddendis filis tertio et quarto sub certa marcarum auri pœna replicavit, et in eum finem Saxii diem Crastinum assignavit. Interim communes retiorum, crassiorum, modulos qui ferreis semper catenulis affixi a columnis platearum dependent sibi per consules exhibitos cum lignei Monasterii modulis contulit, eosque ad retiorum nostrorum foramina captavit; acta in tabulis inscripsit, et ad monasterium rediit. Crastina die quæ undecima fuit, et iterum duodecima Saxium horâ tertiæ venit, et priora jussa repetit, quæ procax Capituli scindicus contempsit; senator vero vilipensa in diem ejus et locum pertinacia Saxii jurisdictionem, quæ Capituli erat ab illius aulæ ostio manu sub regiâ posuit; officiales omnes sede ac potestate privavit; judicem Villalongæ, et Saxii consules rei capiendi

Processus pro jure piscandi.

custodes destinavit; servos Capituli qui filia Monasterii rapta transtulerant in carcerem detrusit; et omnem rei a segetis seriem, cum testimoniis calamo digestam, referens ad Curiam remeavit. Exinde usque ad annum sequentem, pro filis processis, multa litigiorum filia deducta sunt, et mense Martio per novos delegatos superiorum modalorum, Castrensium in platea civitatis exhibitio, ac per fabros ad consimiles nostros collatio in partium ambarum oculis, unque Gubernatoris comitatus, Consulum, ac civium aspectu; nova insuper per testes inquisitio repetita fuit, comperteumque ac uno omnium ore in Carthusiensium retiorum textura excessum, regulae postantis in platea nullum reperiri declaratum fuit; ac subinde per delegatos pars utraque Tholosam ad tribunal Curiae auditura super lite judicium, seri ëmandata fuit. Non latum est illico judicium, sed Capitulo moras nectente triennio et amplius litigali altercatione conflictatum; ac tandem 5 julii anni 1489 subsequutum est arrestum, quo erepta retia et cymbae re aut valore restitui jussa sunt, et conventus piscandi longè, lateque toto consulatu Castrensi facultate assertus fuit; quo judicio adversarii nostri a nocendi modo non voluntate privati cum nova per se attentare vererentur, Taxienses suos ad piscandum continuè filis et modis licitis ac illicitis, flumenque omnimodè depopulandum incitarunt; sed Conventus noster in audaces insurgente, reosque inquiri ac puniri secundum leges curante tandem conticuere omnes, instantique orationique tenendo nos vindicata tot laboribus et decretis piscatione frui permisère; et qui toto litigii tempore quasi nocte laborantes nihil capimus, deinceps in verbo justitiae demissa inimicorum nostrorum, liberati laxamus libere nostra retia in capturam, et favente coelo concludimus piscium multitudinem copiosam, nec piscandi obicem aut retis expertimur scissionem.

Pro fluvii Aculi transitu quaestio nec minor nec difficilior intercessit. Canonici siquidem Castrenses cymbam, quâ flumen in Taxiensi littore trajicitur, et trajectionis emolumentum omne quotannis cui volunt nautae conducunt, nec aliam toto Taxii districtu fluvium navigare ad transeundum permittunt. Hinc duplex emersit inter illorum Capitulum et Conventum nostrum difficultas; cum istius officiales et famuli quam frequentissime Castrensium peregrentes, aut inde in Conventum equites peditesque advenientes, et Taxio iter habentes, eâque cymba pro suo ac rerum suarum transitu utentes conductori naulum ob ea privilegia denegarent, illeque se multiplici ac molesto transitu pro nulla aut exigua mercede frustrari, et insuper ob cymbas Conventui proprias gravibus tum nostris tum alieni ad fluvii trajectum uterentur sua jura minimè queretur. Haec vomica longo temporis tractu in eorum sinu contracta anno 1528 in Taxiensem erupit, cum Canonici in Monasterii vehicula cymbam manuum mis erunt, nobisque in ea trajicientibus novas molestias produxerunt, nosque ad quaerendum, utrique malo remedium pro

Processus pro jure cymbæ et transitus.--

Tholosani Senescalli litteras et deputati ab eo Dñi Guillelmi de Vesa Senatoris ejus adventum, et sedilitatem adgerunt. Decima septima februarii anni 1529 veniendi provinciam accepit; 18 profectus, 19 Saxiam pervenit, et protestatem in opus redegit. Sedens pro tribunali D. Reynaudum Dezgas Monasterii Procuratorem placide excepit et audivit dicentem sibi: Dñe fidelis legate nobis utiliter et jucunde advenis ut nubes pluvia in siccitatis die; Dñ liberimos clientes tui, et isto fluvii transitum omnis servitutis et solutionis onere exemptos gaudentes, nunc ad nova per sti Benedicti Capitulum Saxiæ et cymbæ hujus dominium exigimur. Exponotibi hoc Rute fluvium esse non ut minora quæque Capituli propria, sed de majoribus regni unum navigabile, sub omnimoda Regis potestate Monasterii nostri possessiones a meridie et occidente alluere, in eoque longo ac sinuoso decursu in Larem influere; conventum nostrum per antiquam possessionem gaudere tenendi in hoc flumine pro usu suo naves duas ad piscandum in eo ad longum ejus ab utraque ripa, per omnes partes ejus superiores, medias, infimas; adnavigandum quoque ac transfretandum ad libitum suum; aliam quoque tertiam navem majorem pro vectura rerum suarum, ad ferenda cementa, lapides, arenam, aliaque id genus; neque nos solum ea facultate uti, sed et alios omnes eidem adjacentes fluminis simili potestate gaudere, idque consuetum esse in his regionibus per omnes earum fluvios; et hanc possessionem longo annorum tractu a prima nostra fundatione nobis constabilitam, esse partem etiam adversa scientem et videntem. In qua nihilominus nuper a scindo Capituli nescio qua instigatione turbati sumus; qui mense julio nuper elapso circa festum Bte Mariæ Magdalenæ unam e cymbis Monasterii nostri captam ad suum retraxit molendinum, et retractam multo tempore detinuit, nosque ad remedium statuti querelæ a Senescallo Tholosæ nobis providendum fecimus: qua lite pendente cum nihil innovandum esset scindicus idem 14 januarii nuper elapsi Dñum Hugonem Monginum presbyterum et commensalem nostrum, trajecto secundum consuetudinem flumine per Bajulum suum capi et carceri suo Saxiensi mancipari fecit, et in contemptum Curiæ parvipendens commissarii ejus monita ad Vasconensis officialis tribunal ut reum criminis clericum illum adduxit. Hic contra jus et consuetudinem Capituli nil nos excessus, de illo conqueror et querelam meæ justitiam et veritatem testibus ex tempore, si jubes, notam efficere contendo, ita dixit. Sed cum non adesset pars adversa scindicus, nec sit consuetudo rectus judicibus quicquam in judicio statuere nisi is qui accusatur præsentes habeat accusatores et defendendi ad dicendum crimina tempus accipiat; visum est commissario eidem scindico ad respondendum diem 21am sequentem Castris assignare.

Adierunt Castris utique dicta die, ipsaque ac sequente colligarunt; donec scindicus moras nectens obtentis Tholosæ a Senatu supremo litteris commissarium inhiberi ne ultra progrederetur fecit

Processus pro aquaeductu et transitu juris.

Quibus nihilominus perspectis Dominus Deyguaprodomus Bracc opponens mandatum, objecit eisdem litteris mandationem de solo piscandi jure fieri, inhibitionem istam eo praetextu et assertorum quae inde olim praedecessores sui subreptionem in obtentu potestatis inhibendi manifestam esse; quam ut cluderet, velle se omnes petitionis articulos piscationis materiem continentes illico exscribere, in caeteris Commissarium ulterius progredi debere, testes inquiri, et testimonia conscribi asserebat. Commissarius assertum annuit, et testes recepit; Scindicus in promptu appellavit; sed ille vis à Dño Deyguaprodomo declarationem supradictam appellationem plocisecit, et 25ta diem ad audiendos testes designavit; quibus ipse die productis, examinatis, auditis et allato suo inserto Commissarius recessit. Scindicus vero appellationem suam tenore prosequentes eandem accidit et arresto 16 julii anni 1530 ad Senescallum revocatus cum expensis et quinquaginta librorum mulcta dignam in ipsa appellationis suae retractationem recepit. Admissus autem 10 augusti sequentis ad probandum per testes et documenta contrariam possessionem suam, testes quidem 26 sequentes produxit et audiri fecit; de documentis autem nihil egit: unam judicii aleam metuens et consecutae quam proxime finem devitans cepit subterfugii causas quaerere, certas suas Parisiis alia lite detentas asserere, et dilationem petere. Sed instante conventu nostro addictus est ad defensionem; unde iterum ad Senatum appellavit et appellationem iniquam sensit. Senatusconsulto 26ta augusti anni 1533, quo ad Senescallum iterum remissus ibidem, dum de materia progressus fuit. Illi cum Conventus noster junctis sibi actore regio urgeret, et molesti litigii remedium, finali judicio quaereret, et subducente se per dedalos capitulo non inveniret, conciliata tandem per amicos pace et inita 29 januarii anni 1536 transactione reperit. Qua minimum Monasterio nostro suis officialibus monachis, servis, villicis etiam lascendi et descendi, equis, mulis, asinis, bobus et quadrigis onustis et vacuis quoties necesse erit (dummodo fluvius intumescens et excundans transfretandi potestatem non abstulerit) plenum ac liberum die noctuque transitum per manum Saxii agentem, capitulum concessit; necnon et duas naviculas una trabe excavata confectas, et agentem unam quae in fundo quatuor in latum, in longum autem quatuor et viginti palmos habeat, quibus tum ad piscandum tum ad trajaciendum suos et sua (nullum autem alienum et nihil alieni) idque tantum cum ipsi fratres incederent in Ducatu Numisiae Dominationis suae habere permisit. Capitulo vero, ut nihil inde detrimenti paterentur, sed sua cuique illibata remanerent, jura quatuor cum dimidia turonenses libras quotannis recaturum, semel Conventus noster repromisit. Atque ita discordia in concordiam commutata, et pax utrinque de transitu firmata, Conventualium quoque nostrorum consensione ac subscriptione roborata ad hunc usque diem ea conditione perseverat.

Regii quoque in Comitatu Castrensi Quaestor et actor (superius olim dictum, hic expresso repeto)

Processus contra actorem regium.

Conventui multam molestiarum materiam propluere saepe solpint fecerunt. Nam, cum civitas Castrensis diversis quoad directitatis et laudimiorum jura Dominis subjaceat, ex quibus magnam sibi Rex partem vendicat, nostrer quoque Conventus ex feudatoris sui patrimonio multa possideat; Regii plus aequo suis rebus intenti in Conventus jura manum iniecere scienterque multoties immiscerunt, et a feudatariis nostris clientarisque professionis actus saepenumero extorserunt, idque eo licentius effecerunt, quo regii nominis decus suis ipsi utilitatibus praetexere soliti sunt. Isque audacise devenerunt ut anno 1533 per Castrensia compita praeconis voce ac sono tubae proclamari contra regiae morem aequitatis fecerint, regis illi Domino ad directitatis servitutem se subderet praeterquam Regi: quae res cum in Conventus nostri detrimentum non mediocre cederet, et patrium jura, census et laudimia pessumdaret eorum querelas apud Senescalli Carassonensis Curiam excitavit: cui quam id contra Regis mentem et pietatem fieret, et quam nullo jure temeritas ea niteretur exhibitis regiis pro sua defensione litteris liquidum fecerunt. Quapropter 21 januarii quidem anni definitum est Conventum nostrum jure suo uti, census annuos et laudimia feudorum, cum Recognitionibus exigere ac recipere regiis duntaxat vocatis licite posse ac debere quod equidem hunc et deinceps actitatum fuit, et nunc usque agitur, quamquam cum labore; siquidem illi regiae plus quam in hac re par est dignitatis nomine elati feudis nostris sese identidem audacter immiscuerunt et nostra jura regio titulo multis vicibus usurparunt, et usurpata suis libris inseruerunt unde saepenumero multae nobis cum clientibus nostris quaestiones emerserunt; cum illi hinc inde ad recognoscendum requisiti atque ab illis inter haec bella et occasiones dissidiorum vi propemodum adacti ad regios potius inclinarunt, regique se diversis actibus summiserunt. Quae et hactenus fuit, sic et in posterum erit nobis cum Rege pomes querelarum inque varios ac dubios involvet cupractus litium cum judicibus plures ejusdem feudi nostro et alieno nomine Recognitiones apparebunt. Utquidem laboratum est ab illis qui nostris hactenus negotiis praefuerunt, ut has recognitionum promiscuarum tricas evolverent, et captivata Conventus jura in libertatem asserrent et injuste regiis inserta libris recognitiones eraderentur: sed nihil hominum isti necnon et Episcopalis ac Capitulares conductores qui sese invicem per invidiam et cupiditatem cariori super alienum pretio jurium istorum redemptionibus intruserunt, ut a limo profundi in columnes emergant his ac laudimiis inhiant et venditionibus invigilant; cumque loco praesentes sint, velut aquilae ab alto et a summis silicibus speculantur praedam, et ubicumque apparuerit statim adsunt, et nostra partim absentia partim emptorum timiditate, familiaritate, et cognatione praficientes debitas nobis aquas in suos locus derivant, ac nisi nostri successores hoc periculum sollicite providerint et suas crebro renovari recognitiones

Accessus pro recognitionibus - Processus assensi

faciant, his velut curialis sua exerti jura magno Conventus nostri incommodo sentient.

A Conventu via prospita Escossensum pergo, et quo illic labore diversos loci condominos eorumque affines, ac duræ cervicis violatæ Majores nostri desudarunt explicare aggrediar.

Cayroleti montem condominâ conjunctim et indivisè multo tempore possederunt: cui jure cum Escossenses in partem venire præter fas niterentur, et animalia sua porcos maxime irrequisitis Dominis niterentur, semper repressi ac repulsi sunt: cumque sibi durum esse contra strinuum calcitrare cernerent, anno 1417, 16 augusti ad concordiam venerunt, et certis conditionibus expetita porcorum pastura per montis circuitum intra constitutos cuique limites acceperunt.

Statim autem ut in reliquas Escossensi portiones Conventus vel donatione, vel emptione gradum fecit, novas semper quas dignum reor aperire pugnas expertus est.

Relicti inferius nobilis Dñæ Georgiæ de Stō Martino quartæ partis Escossensi pactum Conventui donationem, Joannæque sororis ejus monialis Franciscanæ dominæ ratihabitionem, ac pensionis sibi annuatim a Georgia bonis debitæ de hyperorum consensione cessionem; expositi quoque quas pecuniarum summas ante et post rem gestam in earum subventionem Conventus de Bellovisu contulerit, non satisfuit. His omnibus peractis vehementer per Franciscum de Lhorena Castronsem Georgiæ consobrinum, tempestas exorta Conventus possessionem tam valide concussit, ut prosternendam abripuerit. Illecebris contactam ab eadem Georgiâ cum Guillelmo patruo suo de suis Escossensibus bonis ducentarum librarum pretio venditionem anni 1401 conventui opponens, anteriori pulsus jure possessionem nostram evincere nitebatur; Georgiam quoque non rei dominium, sed usumfructum tantummodo eidem a suo genitore concessum habuisse, idque actu publico anno 1405 conscripto constare asserebat. Contra vero majores nostri ut illis Franciscei insectum, refutarent, venditionis illius actum nullo jure subsistere ex Georgiæ tunc subsistentis potestate constitutæ conditione, pretii insuper vilitate, ac demum ipsius etiam Georgiæ attestatione qua se nihil ab eodem de Lhorena objectæ venditionis causa recepisse ante annos duos vocatis testibus sub juramento asseverat; suam vero donationem ab eadem Georgia cum sui juris ac matrimonii vinculo libera effectam, et multis in Georgiæ utilitatem, dono et mutuatione collatis a Conventu nostro rebus et pecuniis suffultam, potiori jure ac ratione constare contendebant. Disceptatum est ea de re apud supremam Lholosæ Curiam Biterris tunc agentem, et res magna contentione concertata, et tandem in arbitros compromissa, illi nodum solverunt, et Georgiæ quidem bona Conventui remanere, Conventum vero ejusdem Franciscei jura datis centum quinquaginta auri scutis redimere debere anno 1426 edixerunt; quarum illorum sententiam eadem Curia eodem anno mense februario effectum sortiri suo decreto sanxit. Itaque Conventus pecunia

Francisco persoluta pacem guidem in ea parte habuit; sed Georgie Donationem, si hoec et eidem Georgie prius rogata spectos carissimo sibi pretio comparavit.

Hec meliori conditione venditam a Ludovico Montanerio et Joanna Macellaria conjugibus quartam aliam Escossensi partem conventus asservavit. Nam quia Montanerius Macellariam sibi matrimonio conjungens constituta a Joanne Macellario Joannis patre quadringentarum quadraginta librarum turonensium dotis ducentas pro solitis nomine addiderat, et mascitatis ex suo conjugio liberis eas post parentum decessum ea deliberi matrimonii contracta proposuerat, hisque pactis nunquam irritandis se quaque omnia, nominatim vero suum Escossensi dominium devinxerat, ligatis velut manibus illud retinere cogebatur. Contigit vero utrumque gravibus involutum negotiis, et debitorum causa plurimis excommunicationum censuris implicatum extrema quaque perpeti, cumque denersi immolans luto prodendi viam quoerent, coeperunt de distrahendo Escossensi dominio cogitare. Et Joannes quidem Macellarius Joannis filie sue ne ex superioribus pactis necessitatem pateretur de sua dote ad libitum disponendi licentiam jampridem concesserat; quam sequenti Bellovisenses nostri centum et duorum aurei scutorum pretio preter non modicam vini, frumenti, lanaque quantitatem solpeditam Escossensi parten ab utrisque conjugibus anno 1427 sibi comparaverunt, et neque Anthonia de Montanerio unice Ludovici filie Anthonie Salvianh conjugi contra matrimoniale parentum pacta injuri afficeret, parentibus extinctis annuam eidem Anthonie pensionem quatuor frumenti et duorum seccalis cestariorum, tricunque turonensium librarum quandiu in vivis esset exolvere promiserunt. Rescta lege diffinita fuit, et D. Joannes Vincentius Bellovisus prior anno 1428 a venditionis actu in reipossessionem quantum ad Dominium attinet transiit; eum venditor rei usum ad vitam sibi venditores reservarunt, eaque ad mortem usque usi sunt. Ipso quidem anno Ludovicus pater excessit e vivis; quadriennio post Joanna moriens vitam suam mortem commentavit, que quanto affectu a se ac viro suo venditam conventitium venditam remanere optaret suo testamento satis ostendit, cum filiam suam ne conventum emptorem perturbaret districte vetuit, eaque conditione illam heredem instituit; quam, si contrarium aliquando tentaret, hereditate sua privari et hereditatem in conventum devolvi, hereditario tantum, jure Donationis etiam interrivos jure precepit. Anthonius sublatis ex hac luce parentibus Anthonia Montanerio conventum vexavit, foedus ictum rupit, bonaque parentum et matris dotem venditam licet et solutam in lite repetit: ego quamquam Bellovisensium possessio jure niteretur; satius tamen visum est mulierculoe istius avaritie morem gerere, et numerata centum aurei nummorum (testones hodie sunt) presenti pecunia preter annuam quam prodixi prestationem in debita se vexatione redimere. Et publico anno 1436 actu 20 decembris actum fuit; atque hoc modo discordia finem habuit.

Processus contra Iohannem de Claromonte et Petrum de Altopullo.

Successis dominorum, juribus et querelis Iohannes de Claromonte Dñus de Malavetula, qui solus e multis Ecossensica jam cum comitatu jura participatur aliquando contentiones excitavit, sed pacificos nactus consortes ipse quoque pacis studiosus jura sua 27 januarii anni 1460 transactione composuit; atque omnis in posterum litis et controversiæ causa tolleretur tua jura a nostris sejuncta certisque limitibus circumscripta, necnon et census separatim, tasnas, laudimia et reditus Iohannes accepit, transactaque conditione usque ad annum 1453 vixit, quo re loco fratres et dominationem per venditionem Dñæ Catharinæ Loysæ pretio mille et viginti quinque scutorum auri factam exuit. Hæc autem insequenti anno decedens et partem suam Conventui relinquens eum loci dominum solide prospexerunt effecit. Prospexerunt dixi; siquidem nobilis Petrus de Altopullo Vic. Affricani condominus nescio quam montis et nemoris partem eo loci ubi nunc vulgo dicitur a l'Agassie et al Castel sitam ibi quoddam adhuc extant rudera et ædificii vestigia, et quoddam alia in finibus Ecossensi juxta Verdalæ et Vic. Affricani terras et iter publicum quo Soricinum tenditur sibi propria vendicabat. Hanc ni Deus suo paleam, D. Joannes de Novomagio Prior, et D. Franciscus de Ponte procurator Conventus tollere laborarunt. Et in priori quidem petitione aliquid dubietatis emerserat; in hac vero magis controvertebatur, et ab ultima octobris anni 1437 lis apud judicem Villelongæ in civitate Podii-Laurentii coeperat introduci inter eundem de Altopullo et Joannem Ricardum Ecossensem hujus fundi utilem dominum; cum idem Dñus ab isto ut clientæ suo feudalem professionis actum exigeret. Iste ad Conventum confugerat, et ab eo assumpta litis defensione pactum ni obsequii sui erga alterutrum prestatione mutabat. Una fidelia duo sunt fratres declarati; cum 28 januarii anni 1454 per amicam partionem suum cuique Dño constitutum fuit: et nimirum montis et nemoris ab Altopullensi parte proterea Conventui integre cederet, alterius vero territorii (cui vel Cavaleria sive de la marga insigne nomen erat) census et laudimia Dñi de Altopullo forent propria, justitiæ vero jura Conventui remanerent.

Rebus ita gestis et tot dominorum excusso jugo, unique Conventui Castrensi submisso collo, quod olim Romani ob assertam sibi Regibus exactis libertatem, et consulibus introductis illi Bruto fuerunt obstricti, hoc Ecossenses Conventui nostro dominatione in melius commutata et unita debuerunt. Qui nihilominus inde sibi assumere animum coeperunt, unde submissionis animum induere, et grati in Conventum animi testimonium edere oportebat. Itaque vel monachalem habitum, cujus virtutem nesciebant despicatui habentes, vel malitia excæcati, vel deceptorum aliquorum persuasionibus impulsi coeperunt in Conventum insurgere, illinque jura et dominia ut sibi communia usurpare, et Cryseteti montis et dominos saltem utiles jactitare, eoque nomine tria sibi jura, vel privilegia a prioribus Dominis concessa, et ipsis (ut asserebant) scientibus, videntibus, ac volentibus possessa vendicare. Primum quidem omnia cujuscunque generis animalia

ma per totum montem infame et immuniter ad pastum immittendi; secundum vero omnes et quascumque ipsius montis terras ad culturas laborem et sementem, sub quaquarum tantummodo solutione in proprios usus redigendi; tertium autem, arbores quascumque pro arbitratu suo scindendi, easque in carbones, pastes, et alia ejusmodi opera convertendi, imo et eas intus et foris Escossensium vendendi, et asportandi, sub solo sex denariorum, cholas anorum, pro annuali cultro (quem vocant- condrier) aut quatuor proseccis semel in anno (ut ex antiquo fieri solitum est) solvendorum prestatione. Montem ipsum, montis Boxias et animalia, domum nostram et possessiones omnes Regum privilegiis per varia admortisationum diplomata immunes effectas annuarum collectionum suarum libris pro regiis et municipalibus doxariis audacter et contra jus inscripserunt, eoque dementia provecti sunt, ut conventum nostrum nulla re nisi persolvendo censu honorandum duxerint; quis hoc in rusticis et villanis hominibus nisi mentis fuerit rusticae, ac omnis inopis consilii tolleret!

Hoc quidem cum omnia dominationis nostrae jura pessumdarent, et dominium in montem radicitus evellerent intolerandae fatibus visa sunt; unde et habito consilio tantam petulantiam coercere, ac contra illis marum offensionis quamprimum opponere deliberarunt. Oppositionis autem incentivum fuit Escossensium excessus qui conductarum monasterii porcos in Cayroleto monte intercepserant; eoque re per judicis loci sententiam 5 martii 1492 multa pecuniaria et expensis damnati sunt: consequenter quoque preconis voce in foro et foribus Ecclesiae, ut moris est a coetibus ut desisterent admoniti, et ne conventui in scio animalia in monte pascerent, terras colerent, et ligna caederent prohibiti sunt. Haec prohibitio quamquam juri consona velut ignis scintilla in efferatos animos immissa tanti furoris incendium in illis excitavit; ut accensa semel flamma non potuerit nisi post longa annorum curricula extingui; interimque omnes eorum vires et facultates in longissimi simul ac periculosissimi processus per annos amplius quam viginti prosequutione dissipata sit; quae quomodo contigerint ordine refero.

Post multa per incolas loci perferam, in conventum acta per annos decem cum illi privatis non proficeret monitis visum est publicis eos proclamationibus coercere: has nostri quotannis et per annum repetitis actibus et clamoribus iterabant, et licet eos aliquantulum continerent; saucios tamen eorum animos non modo non curabant; quin potius eo gravioni quo recens renovato vulnere ut admoto ad carnem ungue afficiebant. Illi namque in contrarium niti, proclamationes negligere, et anno demum 1503 coram Escossensi Judice totos se nisu opponere, et audacter conventui in faciem resistere coperunt, ac per multas rabularum additiones, testium conditiones et recusationes, inquisitionum affectiones, locorum visitationes, rerum etiam lucem meridianam clarorum, persequationes, verborum ambages

actuum productiones, ac demum per innumerabiles litis obstinatissimæ implexos valde circuitus et moecandros apud Escassens tribunal deductos tristo et dictum est decennio conventum fatigarunt. Sed post longissimum laborem evolutis tandem Domini potissimum Petri Compmasii hunc procuratoris (cujus ut in aliis multis rebus sic in hac quoque solertia et sollicitudo plurimum elucerunt) tricis et labyrinthi via per veri juris filum aperta, cum quæstio in limine judicii staret, et lis præsidem definienda vix crederetur, Escassenses cum se judicii sorte periclitari conspicarent, ei novo circuitu viam occludere aggressi sunt. Itaque cæpta via desiliunt, et ad Dñm Senescalli Tholosani prætorium iter arripiunt, ac coram illius judice majore protestas exponunt privilegia, contra jus se illis per Carthusienses dominos suos spoliari exclamant, et statuti quas vocant querelæ litteras eo nomine proponunt. Carthusienses e contra quibus juribus per mas emptiones, donationes, admortisationes, et firmatam multorum annorum possessionem ac titulis immunitatem interciperentur, et quam nullo jure ac ratione Escassenses in contrarium venirent palam faciunt, et tantum proficiunt, ut in adversariorum animos metu incusso etiam hac vice ad aliud tribunal desilire illis occasionem fecerint. Cum enim hic male secum agi cernerent, et se causæ statu perturbandos metuerent, aliâ longe via tentarunt, et regium Villelongæ judicem Cayroletti Montis nostri immunitatem enervaturi convenerunt, atque ad ejus sedem die carta conventum itarunt. Patres ejus judicio stare nolle, negotium omne ad Tholosani Judicis forum jam evocatum dicere, frustra tot ab adversariis circuitus inquiri; hoc nihil aliud esse quam exquisita malæ causæ fomenta, ut nunquam quæstionum finis esset; rem Tholosæ in procinctu judicii esse; magno conventus et communitatis Escassensis incommodo atque expensis unius naturæ negotium in diversis tribunalibus ventilari, quod ad unius arbitrium et discuti et definiri facilius posset; Regem eo nomine adire, litteras obtinere, ut Escassenses ad judicem Tholosanum super hac quæstione provocare; ibi coram illo experiri velle adquem ipsi seipsos et conventum ab Escassensis judicis examine attraxissent. Tandem vero multo labore, adversariis frustra reluctantibus regiarum vi litterarum id perfecerunt ut utraque lis et quæstio ad appellationum in Senescallia Tholosanæ curia judicem uno concludenda judicio devolveretur. Itaque tres intentatas lites apud Escassens, Tholosæ et Villelongæ judicis in unum cogi et conflatas novo tribunali ad discussionem subjici, dato cum frustra resistere se conspicerent consensu patiuntur adversarii, eoque judice spectante et dijudicante in aream descendunt. Hinc suis assumptis animis, sed veteribus nihilominus usi armis confligunt, et quos Escassensi direxerant ictus repetunt, testes adducunt, et locum ac loci montem in tabulis, picturæ arte delineatum judicum oculis subjici ad judicandum petunt: ut se jure merito suis aquationum communarum carthusiæ cum monte, ac sub ejus nomine Carthusienses comprehendisse persuadeant. Cui petitioni cum

nostri quoque suos certe jure annuerent, petita fieri debere judicibus visum est, ac post auditos et examinatos utinque testes et testimonia tabulis exarata illustres Dñi Jasto de Rupe Dñi Judicis appellationum locumtenens et Joannes Beraldus ejusdem Curiae senatores ad inspiciendum locum, et figuram ejus abhinc pictore confiendam, destinati sunt, et postea recollis subjecta ejus judicium motivus discesceret.

Ill. Escassensium cum scriba, jurato pictore, et multo comitatu veniunt, et 2 julii anni 1513 (ad hoc enim tempus sua subterfugia ab anno 1503 Escassenses extenderant) Lobia proficiscentes veniunt, et 3a ejusdem mensis die pervenient. Adest pariter D. Petrus Cammasius Dñi Raymundo Deyguaa juriscum licentiato (postea Carthusiano et carthusiae nostrae procuratore) stipatus. Totum fere mensem delegati vel audiendis scribendisque partium altercationibus, vel monte circumeundo, et per omnes colles, valles, et recessus quoscumque cum testibus et probis hominibus ac utraque litigantium parte peragrando, delineando, et denominando collocarunt: requirendum post multas disceptationes, labores, et expensas collecta et confecta ad propria remeantes loci montisque delineationem a collitigantibus approbatam, et subscriptam reportarunt. Anno sequenti qui 1514 fuit, 8 aprilis idem Dñus Jasta de Rupe de suorum consensu collegarum habita cum ipsis deliberatione sententiam tulit in scriptis qua Conventum de Balloris totius loci et montis dominium jurisdictionalem, directum et utilem, in suis erga subditos suos juribus, et subditos ipsos in concessis hactenus facultatibus, utrisque ad longum in eadem sententia expressis et hic brevitatis causa omissis reciproce conservavit, et insuper Escassensibus ne Cayroleti montis et reliquas Conventus toto Escassensi districtu terras tunc possessas regia admortisatione (ut productis in processu litteris constabat) immunes effectas suis Albiramentorum quaternionibus alio unquam tempore describerent sub gravi pena serio et severe sanxit. Quae sententia per subrogatos dicti judicis Escassensi nemine reclamante promulgata inveterati valetudinis divisionem videbatur obdormisse et sanitate mentis redita pestilentiae morbum depulisse; sed sicut phrenesi laborantibus contingere solet, ubi cum per interstitia febris remissionem sentiunt quietissimi quandoque videantur, sed mox in calescente febris aestu in majoris insaniae rabiem feruntur, et obvios sibi furiosius solito persequantur; sic iste cum intimis recondit um medullis invidiae virus, et conceptam ex sententia praedicta rabiem diutius continere non valerent, post tertium mensem vulnere ut sanies erumperet unguem admoverunt sequeque majori quam antea invidentia et febris aestu concitari renovata in Conventum lites ostenderunt. Quamvis enim ordinata per judicem praeditum perspicuis admodum verbis dictata essent, illi obscuritatem in sententia protexerunt: nimirum sicut lippis et male affectis oculis fit caligo quod lumen est; sic istis quibus animus tetra nostram ignorantiae quam malitiae caligine offusus erat, ad candidissimam sententiae illius lucem sponte veritus quam erroneae

Processus pro immunitate Cayroleti. -

offendebant. Itaque versus judicem adeunt, ad ejus tribunal instanter assistunt, et latam exponi apertius sententiam requirunt. Instant et prohibitiones super sibi conventus authoritate proclamatas deprecantur et ut nullo jure subnixas irritari multis vocibus insistunt, sed frustra conantur. Tandem auditis judex partibus anno 1515, 10 die maii secundâ sententia primam confirmavit et interpretatione non indigere in his quae Escassenses objiciebant edixit. Illi hac secunda prolatâ de statu dejecti ad Curiam Supremi Senatus appellarunt, et appellationem suam conventui notam fecerunt; sed cum nulla nititi ratione cernerent appellationem, cito desernerunt, et sub illius nihilominus occasione Patres et Judicum edicta neglectui habere, ac per omnia in contrarium se gerere coeperunt, cum quae nec conventui nec illius judici morem gererent, et excisis toto monte arboribus eo furiosius grassarentur, quo se impune id acturos arbitrabantur; coacti Patres appellationem prosequi sunt, et rei gestae narrationem cum querela ad supremam Curiam detulerunt. Cui rei agnoscendae D^ni Hoffmanus Jaceley et Petrus de Rupes insignes duo Senatores destinati partibus auditis negotium ad Curiam attulerunt: cujus Senatus consulto sententiam quidem judicis Appellationum effectum sortiri, et in his quae supererant executioni demandari, Escassenses vero ad refusionem expensarum adigi debere decretum fuit.

Hoc decreto velut toro circumligati Escassenses cum effugii modum non invenirent nec quo se verterent haberent a nocendi quidem actae destiterunt, sed nocendi animum minime deposuerunt; quinimo sicut molossi canes ferrea catena interdiu ad annulum constricti ne noceant, cum dirumpere vinculum nequeant, illud vi extrahere aut collo exuere aut aliavia se eripere totis viribus tentant, sic isti qui aperto Marte conventum nostrum de principatu dejicere, seque illius jugo eripere nequierant, et hoc arresto percussi spem omnem in cum amplius insurgendi amiserant, huc atque illuc si qua portassis evadendi via se offerat circumspiciunt, varias ut Proteus mutata sorte figuras induunt, tandemque de-novo insurgendi modum per novas litium asperitates adinveniunt, et vel suis oneribus conventum manifeste subjiciant, vel immortalem ei efficiendo litem, fatigatum tandem in suum arbitrium abducant.

Egregiam vero sibi occasionem ad praelium regrediendi nacti visi sunt, ex eo quod prior Tholosae judicis sententiâ asserti Patres in utile Montis Cayroleti dominium et proprietatem certis colonis certo pretio nemorum tersas, ut eas ultura subigerent, et ex succisis arboribus carbones conficerent assignaverant. Huic igitur insiliunt, et qui eadem sententia prohibiti conventum Cayroleti nomine regis aut municipalibus oneribus suis subjugare non poterant, illis terrae cultoribus et carbonum

effectoribus ad contribuendum descriptis, ac per bonorum subhastationem coactis id efficere tentarunt. Sed detecta versutia ipsis authoribus prejudicio fuit, cum nostri quidem coloni qui nihil in monte fundi nomine possidebant, sed temporanea solum illius agricultura gaudebant a coequatione tam injusta ad predictum appellationum judicem reclamarunt; majores vero nostri pro conductoribus suis assumentes causam ab oppressione ac sollicitudine appellantes relevarunt. Hi denuo amboe partes manus conserunt, et deposita resumentes arma, iste concessas sibi per priorem sententiam facultates in quarum detrimentum terras nostro mandato sylvis eradi et aratro subigi asserebant representant; nostri vero majura fundatorum beneficiis, acquisitionum titulis, Regum privilegiis, eadem ipsa sententia, ac demum arresto Curiae sibi vendicatoe prosecto assumant, et adversariis objecta oculis judicum intuenda proponent; terras colonis non ad feudum, sed ad laborem, isque ad modicum temporis intervallum attributas suas non agricolarum possessiones esse, ideoque ad solidum et librum nec suo nec operariorum nomine deducendas esse contestantur. Illis vero in contrarium exclamantibus, et cultores illos librorum suorum serie connexos esse quam acquisitione ab terras ab exempto capite in rurale ac servile membrum derivatas, imo et quarum magna pars ad montis immunis circuitum et limites non attingeret affirmantibus cum rei veritas aperta cognitione judicibus non illucescaret, illorum dicto deputati commissarii montem denuo et concessas ad laborem terras percurrerunt, compactaque iterum per juratum pictorem montis et novalium quae huic controversiae materiam praebuerant figuram rem Curiae retulerunt. Hacque veritate oculis subjecta, et veteratorum hostium malignitate deprehensa Judices per sententiam 13 septembris anni 1515 latam sententiam Escassenses consules et cives ab terras Carthusiensium colonis ad breve tempus concessas compendiorum libris perperam insertas causae status dejiciunt, coequationem irritant, ac ne de cetero cadere fiant interdicunt, ipsosque coequatores ad expensas damnant, sententiamque suam toti Escassensium plebi per delegatum a se notarium fieri et in opus redigi decernunt. Factum est; et nec tandem edocti mali fuerunt hostes nostri, quid de se judicasset et judicii aequitatem agnoscentes judicio acquieverunt, cumque se iterata expensis multatos ingemiscerent edocti tandem vexatione ad sanam mentem devenerunt et qui rebellione inquietudinem sibi moliti fuerant, subjectione pacem conciliare jam studuerunt instigante potissimum magistro Guillelmo Ricardi eorum concivi Notario, qui ut erat rerum gerendarum et practicae contentionis peritia praeditus magnum operae pretium duxerat eam pro suis concivibus contra consentum impendere, atque in omnibus praedictis pugnis semper antesignanus et syndicarius nominis praefulgens extiterat; ac sui nominis apud popularis suos famam nostris ruinis stabilire fusse sibi persuaserat. Sed pellit hominem ipse, et qui fragili tentaverat illidere dentem, impegit

Processus pro immunitate Cayroleti.-

solido; ac tandem lassatus in via iniquitatis ac peregre profectus rediit ad se, surrexit et Persuasis Escossensibus communi nomine iit ad Patrem suum Conventus nostrum, tantum non dicens: jam non sum dignus vocari filius tuus; sed quia agnosco scelus meum, me que in celum et te peccasse confiteor, tu benigne Pater confitentem reum agnosce ac recipe filium tuum, et da, si placet, facies Ebidem apertum deprecanti sinum tuum. Quid multa? sollicetur a cæteris tantam in omnibus ubique submissionem ut Conventui nostro Patri et Domino suo nihil sui juris non semper integrum fiat, obsecrans vicissim, ut sibi ac conciliis suis suæ facultates serventur illæsæ; hac ratione arma utrinque ponit; pacem iniit; conditiones transigit; transactionem de consilio peritorum scribi, et supremi Tholosæ senatus in perpetuæ firmitatis robur authoritate munirii summis inisque precibus deposcit.

Præsidebat tunc conventui Ven.is Pater D. Guillelmus Marre a multis jam annis Prior, qui animo vere paterno ut errantes filios abjecerat a se, sic redeuntes blande suscepit; in collum ruit; osculum, pacem et amorem obtulit; et ne a cæteris rixæ subirentur transactionem propositæ viâ fieri approbavit. Itaque 6 januarii prædicti anni 1515 (cogor repetere, ne temporum confusio fiat, annum ea tempestate non nisi Martio elapso solitum) a toto conventu suo ad id operis nominatim electus et destinatus cum D.o Joanne Bernon Procuratore tunc suo (jam enim D. Campmas ad Prioratum Villæfranchæ transierat) Escossensem venit; Escossenses Justitiam iudicant; fit conventus omnium; initur generale concilium; adsunt consules, consiliarii, seniores, aliique cives numero circiter centum; placet omnibus transactionem edi, et illius editioni consules quatuor cum totidem eorum consultoribus in quibus ipse Magister Guillelmus Ricardi unus erat, cum aliis octo civibus, omnes numero sexdecim deputantur; ac conjunctim omnibus omnia definiendi, scribendi, stipulandique fit potestas. Scribitur tandem transactio tripertita, quæ prima parte dominationem nostram; loci, consulum ac civium subjectionem omnimodam, Albergam, census testagia, laudimia, jura honorifica et utilia qualia cumque, et solum decant Dominum; Montis proprietatem, jus dem et cæterarum rerum dominium et immunitatem prolixe ac lucide enumerat. Secunda parte civium facultates et privilegia, electionem consulum; nemorum designandorum et carbones efficiendos usum, terrarum culturam, venationem, piscationem, et reliquas libertates certis conditionibus concessas continet. Tertia demum proclamationem authoritate nostra annuatim fieri solitarum formulam comprehendit.

Cæterum quod expensæ ad quarum refusionem Judicia appellationum sententiæ et curiæ arresta damnati fuerant nondum subductæ, et ad taxationis calculum reductæ fuerant; placuit de illis amice convenire, et binos unum hinc et inde arbitros eligi qui articulos expenderent, summas reducerent, et Escossenses solutioni per eos sextim andæ obstringerent. Electi sunt; ex parte quidem nostra quorum supra

Processus pro immunitate Cayroleti.

retuli Dñus Raymondus Deyga tunc temporis noster in Senatu Tholosano causarum patronus; qui quam toto hoc litigio conventui nostro navavit operam, pie admodum postea complevit cum relicto forensi strepitu et abjecto secularis vitae statu habitum religiosae vitae apud eum suscepit, et ibidem divino se cultui manciparit: pro Escassensibus vero ipse Magister Ricardus destinatus fuit, quorum in hac parte judicio postmodum derogaretur, verum transactioni tribus sigillatim articulis, 28, 29 et 30 secundae partis inserta fuit. Ea demum conscripta, revisa, et approbata per Magistrum Anthonium Gorse Castrensem notarium, decima Januarii ejusdem anni die tabulis suis inscripta, et martii sequentis 7a die de Regii Procuratoris assensu supremae Tholosanae curiae decreto sanita fuit, ac per Magistrum Joannem Gauterii in legibus licentiatum Escassensi promulgata, et ne in illius oppositum ab utravis parte quid fieret-lata ejusdem Gauterii 8 maii sequentis die ordinatione cum severa interminatione cautum. De expensis autem totius litis ac promulgationis hujus sola supererat quaestio; cui etiam ex compromisso ventum est obviam, et designati superius arbitri ambo citem, decidendae 14 maii praedicti anni 1516 inundarunt, et omnibus in unum redactis ad ducentas triginta turonenses libras tribus persolvendas terminis eosdem consules et cives Escassensi ergo conventum addixerunt.

Quibus sic peractis et pace tam solemniter firmata quis sanorum hominum credet discordiis et rebellioni locum ulterius inveniri Escassensi potuisse? Si hoc nemo sanus suspicari potest, licet-audacter instanos Escassenses dicere qui spreto Dei timore in supremae curiae contemptum, ac rursum ipsorum dedecus ausi sunt postmodum ea, sua et Curiae placita affringere, transacta rescindere, ac pro arbitrio suo in conventum nostrum Dominum et patrem suum effreni furore insanire. Certe cum illorum actus in memoriam revoco vix mihi fas fuerit videre aliquando aquilas sic demissas ut vel teneriores in eo capillos oculis liceat deprehendere, et non insuescendo in altos gyros ascendere; vel mare cum serenum est coeruleis inter coeli splendidum aquis, et paulo post contraria vicissitudine procellis irritatum, nigrescere atque instar montis assurgere: aut illos de quibus per prophetam dicitur: filii insipientes sunt et vecordes; sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt; dura cervice, incircumciso et indomabili corde homines dixerim, an feras? cum haec sacrosancta inita pacta statuerint convellere in illorum numerum accensentur de quibus ab eodem dictum est: Populus autem tuus sicut qui contradicunt sacerdoti.

Altero post-transactionem anno nescio quo impulsu Escassenses pacti poenitent et a Senatu Tholosano transacta irritari, atque in pristinum statum omnia revocari inverecunda fronte per supplicem libellum petunt, ac ne quid sibi in tam insperata mutatione justae causae deesse videretur commento petitionem adumbrant. Aiunt-enim se in transigendo per D. Guillelmum Marre Conventus Bellovisi ani

Processus pro immunitate Cayroleti.

tunc Priorem, arte circumventos; qui ut in suam eos sententiam pertraherent et Cayroleti montis immunitatem, transactione fateri persuaderent, effectum, se apud eos qui vectigalibus regiis tota Vasconensi diœcesi distribuendis tunc præerant, ut mons ipse de tabulis eorum eximeretur, atque in eum finem, tria ducatorum castrena de monasterii sui marsupio impensurum, subjuramento pollicitus esset; atque quamquam ea promissio verbo tantum teneri existaret, veritate tamen cum niti, ne se ab iis transactioni consensum præbituros fuisse; quin nec ipsi quidem transactioni justum civium numerum interfuisse; cumque suis Carthusianum promissis non starent, se quoque a suis pactis resilire affirmant. Interea vero consules et cives spreta conventus authoritate, miris modis in nos atrox, nostram debacchantur: nam cives quidem, audacter dicam, impune ter pignora in ædes nostras divendunt, et toto monte ut proprio abutuntur; consules vero montem ipsum, a loci compendio et æstimatione justa curiæ erasum, cum possessionibus reliquis servitio existentis incomparabili temeritate confectis recenter libris in servitutem redigunt; loci claves, ut moris erat, procuratori nostro ad Pascham ferre; sacramentum fidelitatis conventui exhibere, et officio consulatus per eum initiari, cæteraque per transactionem debita sui muneris obsequia reddere, pactasque per compromissum transactionis expensas refundere insolenter recusant. In omnibus tamen aeres, verberant; et ut sine causa, sic sine fructu laborando seipsos fatigant. Ecce enim a probis judicibus et immutabili senatu evocatus effigiante conventu adest et Escassensi substituor Joannes Malgot officiarius qui in fascibus commissa sibi hac causa protestatis agens 7 julii anni 1518 in foro Escassensi alla voce arrestum senatus semel, iterumque repugnante plebecula replicat, et ut illud cum inserta sibi transactione destinatum effectum sortiatur cum gravi interminatione edicit; sed nihil efficit: nam illo recedente perfidiæ frontis homines insequuntur et venerandum supremi juris tribunal opportune importune adeti subsidium inclamant, et in conditis suis clamoribus conventum nostrum, et maxime D. Petrum Campanacium, qui anno 1516 Dno Joanne Bertrandi in ordinem redacto procuratoris officio per D. Joannem de Calano tunc Priorem, institutum, restitutus fuerat Tholosam evocant. Qui ut primis non jam subditorum, sed hostium jurgatorum conflictibus strenue restiterat; sic hoc quoque victor evasit, et 20a augusti anni 1619 (1519!) ab eodem senatu decretum retulit quo transacta vim legis habere, atque in posterum observari, consules a supplicatis dejici, et ad expensas damnari pronunciatum est, et Dño Matthæo Bosquet in clypeo curiæ senatori ad locum eundi, et senatus consulto effectum concedendi provincia demandata fuit.

Ille Tholosa mensi novembri in eunte prospectus Castras primum, et postea Escassensium cum multo suo et partium comitatu venit; consules convocat, convocatos interrogat, sisi citatur, audit, et cum illi nihil novi afferrent, quos se debitis obsequiis eximere nosque ruralibus subjicere oneribus possent 3a ejusdem mensis

Processus pro immunitate Cayroleti -

et anni prædicti die in scriptis ordinat consules loci claves procuratori conventus quamprimum referret redditas ab eodem recipere, sequenti die, consulto sacramento fidelitatis obstringere; molendina nostra, et montes, tam superiores ubi nemora sunt, quam inferiores, seu nostris seu alienis manibus excultum, ab libramento communi et distributionum annuarum, libris extractis quamprimum debere, sequenti die ordinationem nostram consulibus aperit; libros et claves confestim offerri et in medium produci; consulesque procuratoris genibus adjuramentum adesse serio et severe præcipit. Illi magno populariumm numero stipati negligunt, nituntur in vestibulum; strepitum edunt; vociferantur; eoque audacie deveniunt, ut ipse fortis et patiens senator civesque loco expelli, et consules carceri mancipari præcipiat; sedato demum tumultu eductos e custodia consules ad se revocat; gravius increpat; et in quos mala se præcipites agant dum, furiose resistere nituntur, pro eâ quâ pollebat prudentiâ et facundiâ reprosentat; suadet, et persuadet. Herculem, dicores qui in compositos agrestium hominum mores eloquio demulcet, et cæteris aureis ex ore prodeuntibus ad se et ad sequendi bonum voluntatis attrahit; trahuntur igitur isti; et tranquilli morem gerunt: claves proferunt; domno Campmasio genua submittunt; obsequium pollicentur; fidelitatem jurant; compendiorum libros proponunt; et ex illis Cayroleti montem cum animalibus ejus, molendina, et pratum, secus Moscalhonis rivum, (quod hodie Domini Prioris nuncupatur) radi et deleri prædictus senator sine mora jubet et perficit.

In cursu est Babylon; et ad curationem ejus multo sudatum est labore, et nihilominus non exivit de ea nimia subigo ejus neque peregrinea; et multa quidem ad stabiliendam pacem comenta sunt allata, sed illa minime compacta; quinimo Escassenses ut sabelli sues dentem exacuunt, et nova bella suscitant; nam etsi jussis quantum ad montis immunitatem actis et obtemperant; aiunt nihilominus montis bonam partem, quidquid nimirum ab incudis sylvis ad imam usque vallem, interjacet nec montis nomine comprehendi, nec illius immunitate gaudere posse neque se transactione (si descripti in ea limites bene perpendantur) aliud consensisse, nisi ut superior montis pars arboribus in cisis operta immunis a communi prestatione remaneret; torcular vero; tincturalem officinam; gallinarium; in fodi Escassensis solo vacuo a Carthusiensibus nuper erectas; serrariam quoque dividendarum postium officinam secus Bernasobrii rivi fluenta constructam de medio tolli; compromissum de expensis super conventis irritari; et D^ni Guillelmi Marre de Cayroleto subsidiis ex diocesano tabulario obliterari eorundis promissionem, impleri per conventum debere obstinatissima contentione contestantur. Senator contestata scriptis consignat, partesque Tholoseam certa die super his experturas convocat, et recedit. Adsunt illi, litigant; verbis et scriptis et actibus productis et exercitis pugionibus et ensibus configunt; sed visis conventus nostri admortisationem et dinumerationem regiis litteris ultima martii 1520 vacantes nemora Cayroleti terras, et tincturam domum, immunes esse atque a loci estimationibus educi debere suo rescripto de-

Processus pro immunitate Cayroleti -

Iudex edixit, 21° aprilis ejusdem anni Escossensium remeat-, indictionum libros qui annis 1516, 1517 et 1518 descripti fuerant- exhiberi, et in illis supradicta cum molendinis et prato de la Lona indicii mandat, et e regione inscribi, Cancellatum, est de mandato Dñi Commissarii; neque tamen post tanta edicta et præcepta ut sileant, et quiescant obtinet. Immo vero his decursis actis quam antea insurgunt, eoque Commissarium adigunt, ut Cayroleti montis et pinium ejus, necnon torcularis et gallinaria fictoris manu describionem (ecce jam tertio) fieri jubeat. Facta, approbata, subsignata, processui juncta, et 3ª mai sequentis Uholsam cum processu recedente Commissario jus quod se dicturo perlata est.

Totum tandem negotium excelsæ Curiæ tum productis actis, tum vivæ Dñi Bosqueti vocis oraculo relatum est, et prosequente litem D. Campmasio, cujus in hoc opere, præterabia, laborem et zelum nemo pro meritis laudare sufficit. Adversarii nostri obligati sunt et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus cum extremo ejusdem anni Senatusconsulto 19 junii edito torcular quidem a libris compendiebus expungi debere Curia definivit, Consules ad solvendas 830 turonenses libras veterum expensarum cogi, et inquantum gallinarium, limites montis et aquilone et numerum animalium tangit partes in loco ante delegatum tunc amplius audiri, et Consules expensis damnari voluit. Quod ut compleretur, et litibus esset aliquando finis cum delegati duo priores ostiariis et Senatoribus visibus defecissent, tertius demum e sex purpura et diademate insulatis Curiæ Præses Dñus Bartholomæus Robinus ad eum veniens septemque in eâ provincia dies transigens virtute atque authoritate sua irrupit et perrupit iniquitatem; et quod secundum mentem Curiæ in hoc novissimo et aliis Decretis erant omnia præsens perfecit, virusque a renovata plaga sic expressit, ac lividam superbiæ tumorem sic compressit; ut sublata deinceps intumescendi audacia perpetuæ pacis quæ exinde vivimus salutem nobis effecerit. Secunda igitur septembris anni 1521 die sedens pro tribunali, plerisque mittentis se Curiæ potestate præfulgens quæ Dñus Bosquetus et Curia de torcularis, gallinariæ, aliorumque immunitate decreverant effectum sortiri; transactionis anni 1513 pacta Senatusconsulto sancita religiose et utrique observari; ducentas triginta libras turonenses priorum impensarum intra quatuor menses appendi; et Carthusienses a protensa Dñi Guillelmi Marre Prioris promissione liberos esse pronunciavit; limites montis ad aquilonem definivit, et definitos lapidibus præcandibus signari jussit; restrictionem vero animaliorum suo judicio Uholsæ ferendo reservavit, et abiit. Sententia autem ejus ista a nostris et Escossensibus audita et illis cum applausu, ab istis in patientia suscepta est; et exinde usque ad hanc diem antiqua nostra toto Escossensi districtu prædia, et novissime tum in monte superiori tum in imo colle seu fundo vacanti exstructa, adjacentia Bernasobris molendina, et postium sereâ 2ª dividendarum officina nostri solius et ad solidum juris, ac omni omnino vectigali onere liberata evaserunt. Expensæ novissimæ calamo reductæ Consentiæ

redhibitos sunt; ducentas autem et triginta illas ex compromisso debitas cum Escassensibus per longam litium istarum prosequutionem, viribus exhaustis et facultatibus decoctis alienos insuper oppressi aere reddendas non haberent, illarum reditum in antiquæ Albergæ allusionem verterunt, et 12 octobris fixo in tabulis notarii monimento decem annuales libras turonenses illis summæ pretio conventui vendiderunt. Hinc effectum est ut qui ex transactione non nisi ad sexdecim libras cum octo denariis Albergario jure nobis obstiterant, additis his decem, debito viginti sex librarum quas annuæ nobis solvunt accreverint. Quam Albergæ accretionem longo et malitioso processu lucratam quotiescumque appendunt, totiès videre mihi videor laminas illas æreas ex tabulis filiorum Core divino jussu fusis altari affixas in monimentum rebellionis filiorum Israel.

Istum litis hujus decursum ut bellum Dei judicium ordiri ab ovo ad mala consentaneum mihi visum est, ut qui e conventu istorum rebus Escassensi gerendis profuerint cum incolarum ejus asperitatem in verbis et rebellionem in actibus adverterint, non mirentur de sylvestris arboris radice spinosas frondes et acerbos prodire fructus cum juxta sententiam Salvatoris non possit arbor mala fructus bonos facere: genimina viperarum sunt, et quamvis a conventu nostro materno foveantur affectu, nativo tamen vitio corrupti ubera matris unguibus exulcerare, ac ventrem discindere nituntur. Sed illos propterea nec odisse debemus, nec blande nimis osculari aut illis assentari: sed potius illos ut pervicaces filios instruere, sicque cum adversis casibus opprimentur eos sublevare ut penitus quidem non corruant; erecti autem non offerantur in nos; sed contineantur potius in timore, et regantur aliquando quidem manu benevola, ut plurimum autem in virgâ ferreâ.

Id probe majores nostri perviderunt; a quibus cum Escassenses consulibus suis consulatus insignes nigro rubroque distinctas colore petierunt, repulsam passi sunt semper: ne scilicet consules illi visi rubra offerati ut elephantes ostento mori sanguine acuantur contra nos in proelium, ad quod suapte natura et ex itu genio nimium sunt proclives. Enimvero pro consularibus illis insignibus obtinendis anno 1543 apud Dominum Coalhaci et postmodum anno 1549 apud D. Joannem de Libra Tiores per longa satis supplicatione verbis potentibus et ad deprecandum persuadendumque compositis laboraverunt; sed ab utroque rejecti ad Regiam majestatem, si quando in his regionibus appareret sibi confugiendum duxerunt; quod illis nuper ex sententia successit. Anno siquidem 1622° cum christianissimus Rex noster Ludovicus in expeditione bellicâ quam ad perdomandam Montispessulani rebellionem parabat, apud Castrum novum de Arrio moraretur, arrepta occasione per supplicem libellum nobis insignia consulares notas rubro nigroque partitas colore mense julio poposcerunt, et properanter cum exercitu Regem

segenti jure ejus diploma Carcassonæ datum et sigillatum, impetrarunt: impetratum vero non illico produxerunt, sed tribus cautè mensibus abscondérunt; veriti scilicet ne sibi nobis innotesceret, nostro ad propinquum Regem veloci accessu ac precatu novis nostra causa litteris priores illæ irritæ fierent. Rege autem ab Occitanis abducto, pace nimirum per Montispessulani deditionem compositâ obtentas litteras a latibulis tenebris eductas summæ Tholosanorum curiæ tabulis insinuari clam curarunt, et 24 octobris obtinuerunt, et conventui nostro advesperascente die celeri actu velut coruscationis ictu innotescere fecerunt. Nec mora; de gravi velut somno ad hostilis invasionis clamorem excitati surreximus, et cucurrimus ad armamentarium nostrum, et ad arcem curiæ judicium ejus implorantes; lis cassensibus diem diximus et multo labore per septem ac hebdomadas concertavimus; tandemque litigatâ per duos magni nominis Causidicos et discussa per regium cognitorem causa in amplissimo judicum et auditorum consessu solemni post series, longamque deliberationem, decreto 19 decembris a purpurato tribunali lato ut fulgure post coruscationem, jacto erectos insolentesque consules de statu suo dejecimus; et nos quidem oppositione nostra adversus regias illorum litteras licet jam Registro inditas suscepta stetimus, illi vero ne impetratas consularis ornamenta tesseras suis unquam, nisi nostro consensu humeris imponerent prohibiti sunt. Hoc freno coercita cupiditas fuit, quod dum illi nunc spumantes commoveant, ego reliqua quæ se offerunt instituti mei negotia subtexo.

Cum Regiis actoribus multa lis cassensi intercesserunt. Nam ab exordio quidem, ut eo loci acquisita nobis remanerent, pecuniæ vim exigentem, ducentas scilicet octoginta libras Tholosæ numerari, et altos jura justitiæ Regi (ut supra dictum est) resignari ac per singulas acquisitiones financiæ solutionem, repeti oportuit; Nihilominus quotcumque regio dicto jura et dominia regia discussa? et recognita sunt, toties ob lis cassense dominium, conventus de Bellovisu molestiam passus, in quæ loci ac justitiæ illius possessione perturbatus fuit. Et hanc quidem, ille sospes numero Regi redhibendam, regioque uniendam, Dominio decreverunt; sed re discussâ et melius cognita manum in debite missam datis in contrarium sententiis amoverunt.

Id primum contigit anno 1464°, ac mense julio; cujus 22a lis cassensum, et boscayratium, eo modo intercepta Regii Missi ad franca feuda et nova acquisita destinati conventui pacifice remanera data sententiâ decreverunt.

Iterum, anno 1498° cum similem lis cassensis justitiæ capturam, ob homagium Regi non præstitum, conventus sensisset, a Senescallo Tholosano Judice homagiis regio nomine recipiendis deputato exemptionis assertæ et libertatis sue vindicatæ 11a januarii ejusdem anni similem judicium reportavit.

Diversa negotia contra actores Regios

Hic jam tertio Index Villaelongae Regis nomine Escossensi justitiam omnem et consulum creationem anno 1538 Conventui intercepit, et 26 aprilis Regi addixit: sed 8 septembris subsequentis intercessionem ejus qui revocando Regis dominio destinati erant irritam fecerunt, et executum indebite sua jurisdictione Conventum superseduerunt.

Anno 1543 cum Rex evocationem et subevocationem nobilium qui pendos beneficiariis possidentibus indixisset, et debita sibi inde jura exigeret Conventui curam injecit: sed Senescalli Tholosani qui huic negotio praerat judicio ultima aprilis ejusdem anni cura solutus est; cum ille praedicta Escossensi et Buscagratii bona regalibus amortisationem carthis comprehensa exemptionis jure in hac parte gaudere, atque ab illa contributione libera esse declaravit.

Illud ipsum anno 1518, et 1552 et alias saepe a regio fisco super facto francorum feudorum agentibus actitatum fuit, cum illi simili modo ad subsidia regalia Conventum subigere tentarunt; ipse vero indictas eo nomine pecunias solvere recusavit pro bonis regio jure exstinctis, pro quibus olim regio fisco abunde satisfecerat: et illi quidem res nostras, Escossenses potissimum regia manu multoties apposuerunt; Conventus vero ad Regem et Regis consilium velut ad azylum confugiens, opportunum inde auxilium, et expetitas jussiones, et prohibitiones in rem suam reportavit, sed haec sigillatim recensere longum nimis et supervacaneum esset.

Admonitos autem cupio eos qui negotiis in posterum praerunt, ne in similibus regiae perquisitionis nomine francorum feudorum indictionibus unquam acquiescant pro bonis regia admortisatione gaudentibus; pro caeteris vero quae haec praerogativa non eminent esse ratio aequationibus ob eam causam, et in indictionis regiae redemptionem fieri solitis nos in partem venire; nisi cleri Gallicani cum Rege nostro facta decennalia et hujus in illum ob subsidia decimalia, quibus et nos subditi nostri stetis premimur favores ab hujus praestationis onere nos eximerent.

Anno 1548 ob Escagratii et Cayroleti villas Verdalenses junctis sibi Escossensibus Conventui tempestates excitarunt, et Vanrensis Diocesis Syndicum, ut eas vectigalibus obnoxias efficeret permoverunt, sed Dni de Sala subsidiorum, apud Montempessulanum curiae senatoris harum partitionem praefecti judicio repulsam cum ignominia retulerunt; cum eodem anno, 16° octobris die supradicta rurali lege, et vectigali conditione non teneri, ac Syndico ne ea aequando comprehenderet inhibitionem fieri audierunt. Quod et ipsum provinciales in comitiis ad vectigalia distribuenda fieri solitis semper approbarunt, et eidem Syndico ut liten deseret, ac Conventum immunem eo nomine servaret edixerunt.

Anno 1552 Cayroleti mons et praedictae illius villae Regii procuratoris impulsu in delegatorum

arcam ad ventilandum descenderunt, et regia mandati oppositionem sensserunt: sed 19 octobris ejusdem anni qui vacantium fundorum discussioni regio mandato procerant judicii sui ventilabro litis quisquilias dispersserunt, et conventus possessionem suo fundere constanter diniserunt; ejusdem Procuratoris actionem repulerunt, aeneo cetero eam attentare edixerunt.

Sicut autem, sobidi montis possessio multo labore constitit, sic pro limitibus ejus debito statu conservandis aliquoties laboratum fuit: maxime vero contra Sindicum Monialium Proulhensium Ordinis Sti Dominici; cujus sylva Cayroleta contigua nullis alcocertis limitibus sejuncta utrique monasterio jurgiorum, et litis damnosæ incentivum erat. Jamque in altum flamma creverat et ad Dñi Senescalli Tholosani prætorium scintillas ejecerat; cum anno 1536 Ven.is Pater D. Guillelmus Marse Bellevisus Prior aquam rogo injecit, et Proulhenses ad incendii extinctionem pariter conando perduxit; et per electos utrinque arbitros limites statui, et insignes inter utrumque fundum, et fundi nemus intitulum erigi, pactisque conditionibus 7 julii ejusdem anni dic conscribi curavit.

Cum incolis Escossensi multa sigillatim dissidia exorta sunt, litesque innumeræ per tempora succreverunt in quibus ubique Conventus victor exiit; et ut conjunctas omnium insetus valideretudit, sic singulares eorum ictus facili difficilique negotio refutavit. Hæc minutatim recensere magni voluminis via unquam elaborandi materies esset: sed properanter, ad utiliora satius est quædam notatu digniora proponere, cætera silentii nubc, ut hominis infantiæ obvolvere, aut annali earum a posculorum tabulario nostri passim evolvendæ dimittere.

Anno 1473 contigit ut Anthonius et Petrus Boyssonis pater et filius Escossenses post diuturnam molendinorum nostrorum conductionem, illâ tandem dejecti fuerint. Quod cum illis quam molestissime contigisset, ad Dñum Ludovicum de Valle magnum aquarum et sylvarum regiarum Prefectum, et reformatorem generalem confugerunt, et ex eo quod Bernardi rivus qui montem nostrum præterit, alluat quoque montem regium, alienabilis, in hujus crepidine molendinum, ad tundenda grana exstruendi et aggeris molem aquam retinendi sub annuo sex solidorum Tholosanorum censu facultatem obtinuerunt. Hæc mora, moles et molendinum creverunt, et illico duobus molendinis nostris, uno superiori destructo quidem, sed cujus agger adhuc supererat, et cursum Habentis aquæ refrenabat; altero inferiori medio rivo stanti ubi aquæ in lacum colligantur invidentur: eo quod ex hac collectione inferioris aquæ motus tantescerat, erectoque per invidos molendino utrique nostri aggeri præjudicium afferret. Audacia et effrenis ausu superioris aggeris refagula perfregerunt ut labenti ad se aquæ viam pandcrent; nostri a Judice Villæ longæ tutelares litteras obtentas quam citissime istis malcdictis notas fecerunt, et in vim earum scriptas

temerarie conatus represserunt; qui nihilominus coercitionem nos ferentes et in proposito pertinaces ad eundem aquarum Prefectum, solitum suum asylum, recurrerunt; et tacita prohibitione jam dicta Magistratum, Joannem Pagesium, subprefectum, cum Dño Pontio de Lorda procuratore regio Lauraguesii ad locum contentionis evocarunt, Isti nobis inscijs et nos tantum, e domesticis nostris accito in ora vivarii nostri et antes ordinationem, tulerunt et confestim effectui demandarunt, dirumpi silicet aggeris nostri quo aquae et pisces clandebantur, et pisinoe ad communem littus aequandae. Nostri ad senatum Tholosanensem appellarunt, et appellationem suam missis illis certiorem fecerunt, dicmque dixerunt; illi servientem contumelijs excepserunt, litteras vi eripuerunt, et nitentes ut victum procuratori monasterij, quod sibi restitisset, ut personaliter se aquarum magistri subsellijs sisteret dicm et locum criminali decreto statuerunt. Et nostri quidem ad curiam iterato confugium et oppressionis suae remedium quaesierunt; sed cum proteris hostibus bellum gerentes haec potius eos sibi conciliare, quam ulteriori litigatione vim vi repellendo exacerbare studuerunt; et Boyssonem patrem ad cedenda sibi jura et loca (licet per fraudem) suadato plus quam necesse fuit pretio deduxerunt. Itaque 17 aprilis Anni 1474 per Anthonium Volseren Donatum suum a Boyssone loca, et ab actoribus regijs quinque cestariatarum terrae seculi talentum Bernardobrium, longitudine deductae, et una tantum eminata latae fundum, sub annuo trium solidorum, cum denarijs quatuor in erario Tholosano vel Dorniensi quotannis solvendorum, coemerunt; eâque via perturbatorem illum, aliosque aemulos in posterum omnes inde repulerunt; molendinis vero suis libertatem plenissimam, per utraque littora sui juris effecta, cum perenni aquae ductu impedimentum omne excursionis asseruerunt. Quam sic assertae libertatis possessionem et possessionis subprocedita servitute libertatem, ut sempiternae essent Dominus Raymondus Deygua rerum nostrarum studiosissimus 16 aprilis anni 1534 beneficiarice fidei actis Regi recognovit, et sic possessionem veritatem sempiternam fecit.

Anno 1528 quidem Escossenses Beneficiati Escossensis expedita Revcri Dñi Georgij de Sylva Vaurensis Episcopi, et Dñi Rogerij de Commenis Ecclesiae cathedralis Canonici et Cantoris possessorum ejus redemptores apud Dñi Senescalli Tholosani Curiam excitata contentum lite provocarunt. Nam cum de omnibus quae Escossenses sub nostrae possessionis jugo transibant decimas exposcerent; noster vero conventus contraria nixus in quamplurimis possessione recusaret, et concessa Carthusiensi Ordini privilegia pro his quae propria excolimus manu opponeret, illius curiae sententia controversiam definivit, et ipsis quidem Dñis ex omnibus nostris proedijs et eorum fructibus, ut ab antiquo solvi consuetum erat adjudicavit; nobis vero pro quibusdam pratis vineis, terris et hortis solvendi immunitatem ab antiquo possessam adjudicavit. Ab hac sententia ad supremum Utriusque Parlamentum appellarunt cujus senatusconsulto 5 aprilis anni 1530 edito, appellatione

Processus pro immunitate decimarum - et contra Helian de Bris -

rejecta sententia ruibus stetit. Hetque in presentiarum, et illius ope hortis nostris, pratorum, et trium vineatum quarum una major dicitur: altera major vicina, vinea inferior; tertia del brevi nomine dicitur decimas nec solvimus hactenus, nec nunc adsolvendum exigimur.

Cogit me rerum series et propositus ordo; cogit etiam veritas hoc loco recensere que per Helian de Bris Majoribus nostris tedia contigerunt. Licet enim ex aliqua parte beneficiatus nomine illi devincti simus, tanta tamen longo annorum curriculo passi sumus, et donata Carissime nobis vendidisse conseri debeat, cum totus vite illius cursus fuerit nobis cum acerbissimo (audeo dicere) hoste conflictus. Nam primum quidem ejus immodia et dissidia superius enarrata ab interno in ortum, produxit, et quo adusque lucis et brachiis insufflando accendit; deinde iniqua ferens hereditatis dominationis partem dimidiam, testamento Catharine matris sue in nos exceptius, quam in se devolutam, nullum non movit lapidem, ut opus illud pium enervaret; et quecumque per tutores suos in inferioribus annis super legato sibi usufructu cum conventu transegerat, cum ellere acpenitus irritare totis, sed frustra, viribus contendit. Magis autem ejus inventia sua, verbis procacibus, et inhonestis moribus patientiam exercuit et ad coercendum hominem ex equitate juris, ad tollendum maxime scandalum, dirissime compulit. Enutritus enim a puero in conventu cum crepundiis fide institutionis et ad rectam vitam educationis primordia illo porrigente susceperat, sed postea factus in moribus in deteriora mutatis evaccuavit que ejus fuerant parvuli, et nec uxori copulatus, nec sacerdotio consecratus, quamvis clericali tonsura et beneficiis ecclesiasticis, nominatim vero non neglecta in Ecclesia Narbonensi Capellania 3 martii anni 1483 per Capitulum ejus sibi collata honoratus, nulli debitum obsequium impendens inertem et luxoriosam vitam Ecclesiastici usque ad provectam senectutem egit; et quod largiente Domino reditus possidebat, hos vel ea-pulose vel sortis inserviendo collocabat. Per viginti et amplius annos Riquetam ancillam, et ista senescente adultam ejus filiam (heu dicenda facta) inhoneste in oculis solis hujus et civium pro conjugibus habuit, et utrisque (proh dolor) usus ex hac prolem suscepit, hoc solo verecundus quod susceptam in Xenodochium Burgueriae ut educaretur amandavit. Duabus illis ex hac luce sublatis, cum adsenilem jam pervenisset etatem, tertiam quandam Joannam Rodanam, cui dictum Cointrio cognomentum, indidit Volsca oriundam, indeque ob suscepitam ab alio inhoneste prolem profugam in Domum suam clam induxit eamque triennio alsit; tresque ex ea liberos procreavit; primus obiit, posteriores Jacobus et Magdalena genitori superstites fuerunt. Infixus in limo profundi emergendi substantiam nec habebat nec appetebat; sed ut sues volutabro luti, sic carnis sue foetida voluptate, timore Dei abjecto, recreabatur et mulierculam illam, quasi sponsam ornabat, gravidam fecit, accumbentem ex parte et ex acubitu

assurgentem gaudio, epulis, et cantibus prosequebatur; susceptam prolem, patrino, matrinâ in baptismo, vestibus, cibo, potuque et habitatione sua tanquam propriam, nihil pertimescens donabat, assumptaque fronte meretricia tot tantisque maculatus opprobriis et seditatibus erubescere nesciebat. Hæc tanto licentius agebat, quanto eum cives, cum se Ecclesiæ Dominum (quamquam dominio in conventum translato spoliatus) identidem dictitaret ejus authoritatem, et potentiam pertimescebant. Deus vero patres nostros qui tot inter scandala mente vulnerati cum pessimi hominis exemplo in tot iis Reipublicæ perniciem verti conspicerent, et prolabentem ultro in horrida hæc facinora verbis et persuasionum viribus retrahere non possent, ad sui tribunal judicii temporalis mulctâ puniendum sæpius evocarunt; sed homo nequam et in scelera versipellis illico appellationes interponens, et directos in se repellebat conatus, et in culpa nequitiâ persistebat. In tantum vero prorupit audacia ut conventus dominationem excutere, illamque in conventum per se ipse exercere tentaverit: utque sibi dominationis aliquod insigne conciliaret, exquo rudi plebeculæ, cui ab externis signis ut in aucupio avibus facile illuditur, hoc in exitu super monumen fossæ imponeret. Domui suæ intra præsidium, loci muris adhærenti turrim rotundam, ab imis fossis supra astigium suum alte pressitergue anno 1495 erexit, de qua in primis conatibus conquesti consules apud Judicem summa 22um unguetti ad judicia sistendum illi prosecerunt. Causa utrinque deducta et solitis altercationibus ventilata tandem per ipsius Helicæ submissionem non quidem extincta sed interim sopita fuit: cum ille se Domini Joannis Vendentæ Bellovisus Prioris judicio stare velle, nihilque novi nisi illo annuente moliri protestatus est. Judex causæ cognitionem, et processus suis acta transmisit, et Prior intuitu defunctæ Dñæ Catharinæ matris quondam ejus supplicis facto postulata concessit, ex qua concessione stat etiamnum turris illa ad ascensionem et munimen prædictæ Domûs. Non condemno factum patris; sed attexo, quod cum Helice ex sententia turris successisset; illâ completa progressionem versus meridiem sua in aliud ædificium a meridionali villæ parte muro contiguum, et eidem domui suæ junctum, perduxit. Illic ergo in loco publico per quem dispositus canalis fluvialis aquas et prosidii colluvies in fossas effundebat irrequisito conventu muris validis et altis lapidibus calce et arena compactis (ut adhuc ex fundamentis quæ supersunt videre est) decem canarum in longitudine et quatuor in latitudine ædificare cœpit. Et initio quidem cum se id operis pietatis instincta agere, atque Ecclesiam decem presbyterorum cultui et obsequio de suis reditibus dotandam moliri profiteretur, permissum est agere; sed concepta, lubricâ simul et superba mente nequitiam non potuit adeo continere, quin multoties crescente opere per liberiora inter frequentes potationes verba impietatis suæ tectum aperiret. Itaque tum interrogatus, tum irrequisitus quandoque se domum suæ dignitati et potestati congruam exstruere; quandoque etiam (crebras) eadem capellanis in hospitalariam officinam, ubi affluentium mulierum

Processus contra Heliam de Bris.

uxora maritis absentibus contaminari secure possent erigere jocose, jactanter et impudenter asserebat. Decenter, aiebat, sabbatis eodem cellam vinariam, et desuper horreum diffonam, ut hodierne intra constare nec famem, nec sitim, timentes, cum epulas ante os et oculos habebunt voluptati saltibus incumbant. Hæc res, dominos, hoc verba cum ante oculos et aures continue observarentur, cives omnes et civium dominos Bellovisenses monachos tanto ardore succendit, ut crescente negotium citius opprimere curaverint. Itaque unanimi consensu, junctis in unum viribus loci consules, et dominus apud Druum Michaelem de Cumbis loci judicem offensati hominis vesana consurgunt, querelam scripto deponunt; ædificanti novum opus 20 julii anni 1500 denuntiant, et contestando lites dicendum dicunt. Ille denuntiationem et dicas (sic) parvipendens eo celerius in opus incumbit, quo impedimenti proxime futuri priores insultus jam tunc cogebatur experiri. Dicta die judex locum perlustravit; illius mensuras; parietum formam; et publici cœnalis obstructionem perpendit; ac sequenti die pro tribunali sedens Helian a proposito desistere, quoque a die denuntiata novi operis extruxerat intra tres horas proximas demoliri; artifices quoque per eum locatos ab incepto sub pœna quinquaginta marcarum argenti cessare; ejusdemque vel in ejus neglectu consulem opera in pristinum statum omnia reduci debere pronuntiavit. Sententiam sequutum est præceptum, eidem de Bris et latomo repetitum; quod cum utrique negligeret immissi a consulibus cives aucthore judice fabricam conscendentes quidquid a prima admonitione impositum fuerat negligentem, reluctante atque ad senescallum appellante Helia huc illucque dispersunt; quod ille omnia testibus dictatis in tabulis describi atque ad senescallum transmitti curavit, et apud illum prosequutus appellationem suam sententiam, tandem domini Petri de Rupe senescallie vicepræfecti orelatam obtinuit, qua dictum est hos consensi judicem præcipitanter egisse; locum visitari, depingique, ac per testes de commodo vel incommodo inquiri, et postmodum finale judicium ferri; judicem vero ad comparendum judicio suo sisti debere. Hoc quidem nostris displicuit; sed quia senatui ad quem ventum erat gratum fuit, ideo ad eosdem senescallo 26 februarii 1501 illud iterum edicente ad effectum perductum fuit; perviscus et depictus est locus. Judex data cautione liber exivit; deputati acta sua testimoniis hinc inde prolatis conperta curiæ prædictæ ad judicandum retulerunt.

Dum hæc agerentur dictus de Bris mœstitiæ humilem et devotum per litteras ad R^dum Patrem majoris Carthusiæ Priorem conquerit[ur], et Provisorem, Bellovisus D. Geraldum Allegynum perversæ et impuræ ad scandalum vitæ hominem, silicet, pessimum insimulat. R^dus Pater per epistolam 16 decembris 1501 Bellovisenses Priorem et conventum admonet et ad pacem hortatur; atque de recitatis serie ac veritate certior fiat, ven^lem Patrem Priorem domus Villæfrancæ in mandatis dat, et quantocyus Bellovisum, absente procuratore se conferat, deque moribus ejus gravibus ebrietatis et incontinentiæ vitiis (sic Helia suggerente) suspectis

Processus contra Helian de Bris.

inquirat, et veritate comperta eidem egressum, ad proximas et alias civitates et loca quecque interdicat, pacem si opus fuerit, inter Conventum et Helian componat, ac quicquid super his compererit, fecerit, et decreverit ad se in scriptis dirigat. Quid super his commissarius egerit incompertum est; constat autem Dominum Alloynum anno sequenti excathedratum et eidem B. Petrum, canonicum, tunc primum, a claustri cunabulis emergentem, facilibus auspiciis substitutum fuisse; item non quidem omnino suppressam, sed interim sedatam, et Helian ab illius edificii erectione ac litigatione usque ad annum 1504 supersedisse. Isto autem anno homo vafer volut a latibulis insidiis insurgens inopinatum, a Dño Georgio de Ulmeriis Senescallie Locumtenente ac judice sententiam prosequutus et eo anno consequutus est, facta sibi potestate opus inceptum complendi, prestita prius cautione de demoliendo si sic visum fuerit; eâ tamen lege ut supra superiorem edificii fornicem, interiorem porticum, et fenestras ad tuitionem loci per circuitum fieri curaret. Sententiam infuger 29 maii per deputatum a curia promulgari, oblatamque ase cautionem de demoliendo recipi fecit, nihil tamen novi struxit; negotium siquidem per appellationem nostram et consultum ad Curiam Senus supremam revolutum, multas hinc inde citationes, compulsiones, aliasque altercationes, et scriptitationes peperit litisque decursum interminatum fecit. Uno siquidem eodemque tempore homo in superbiam luxuriamque sceleribus contritus, ac de utroque apud equissimum Senatum traductus fronte licet serena exulcuit, et male sibi conscius judicii examen et pondus extimuit; prolatis enim testibus et conscripta inquisitione de pravis moribus et publica incontinentia dicti Helie Dñus Abilbaud de Cumbis judex Ecossensis 16 januarii 1506 Joannam Focariam, illius adhuc tunc tibum alitatam, et deficientem data sententia compellendam censuit ut intra diem octavum a cognitione presentium mandatos a consortio et contubernio Helie recederet, et a finibus Ecossensi exul abscederet sub pena carceris et sui corporis castigationis. Mulier impudentissima preceptum neglexit et ad judicem appellationem, tholosce litigando confugit; Judex evocari ad se partes et Joannam interim apud contubernalem suum sciram esse statuit. Causa ad Senatus supremi aream ventilanda venit; utriusque scelera per testes probata asserta, geminaque acies in hostes instructa non nisi vexationes usque ad annum 1509 produxit, sed isto tandem anno Dñus diuicavit, et adversa militia malitiaque ducem complacita bisacuta mortis exectam una sui parte luce privavit, alteram suo judicio quod operibus emeruit recepturam evocavit. Uno vello omnes Helie mores ejus, edificium et item clausum,

Paulam reginam se probavit Jacobus naturalis ex predicta Joanna filius ejus; qui defuncto patre adhuc tenellus in Conventum susceptus, illicque usque ad viriles annos altus, vestitus, ad octus pacem cum eodem habere studuit, bonorumque suorum administrationem se puero a Conventu gestam

legatum, quod abibi retulimus suum et sororis defunctae jura, et quocumque ex aequitate sperare ac petere poterat pace composuit, et transactionis actu 25 februarii anni 1525 omnia definivit, et quo ad vixit amicitiae pactae foedera conventui conservavit. Ius super et capellania Escossensi (quam diximus) erecta Patronum cum constituens quanto cum prosequeretur honore manifestum fecit.

Sicut autem istae, aliaeque innumerae contra singulares Escossenses pro servandis juribus lites, quas hic ad unam omnes ut majoris operis et minoris momenti referre supervacaneum duco per tempora emerserunt: sic pro moribus eorum componendis, reprimendisque excessibus sophistime laboratum, fuit. Ideo transactione ac judicum decretis instigante nostras ac loci actore prolatis, nequis Dei, et sanctorum nomine superflua et inanti jurationes usurpet; ne sortilibus carthaeum aut tesserarum ludis occupetur; ne propinas aut beneat, aut cum divina officia celebrentur frequentet; ne inhonestam, publice agens vitam, ad luxuriam, fanta, vel maledicta coeteros provocet; aut rea in oculis istis hujus committat subgravi poena cautum est. Cumque his malis inveterata consuetudo locum daret, qua singulis omnis totius juventutis unus in Regem praefici soleret, qui hoc titulo insignitus reliquos omnes suae cupiditatis asseclas (ut est illa aetas ad omnem licentiam propensa) ludis, choreis, luxu, potationibus, et prophanis verbis occuparet, indeque innumera mala in illius juventutis ruinam et loci dedecus quotidie, ac festis potissimum diebus pullularent; placuit tandem Patribus nostris ad noxiae arboris illius radicem secures admovere, et ne quis a coetera regium in Escossensi juventute nomen assumeret prohibere; cui nihilominus praecepto submittere omnes non fuit facile.

Nam Franciscus Sigueriae extremae audaciae vir eo regii nominis titulo coeteris praefulgere, et consuetas palam nequitias perpetrare non veritus prohibitionem quidem nihili fecit, et in prohibitores procaces verbis ac gestibus insultavit; in Ecclesia, et pro domus nostrae foribus in Deum, et conventum nostrum temere dixit fecitque quamplurima; et in tantum vesaniae prolapsus est; ut illicitos coetus ad naturam et arcem cogeret; multa sod alium arma gestantium, caterva stipatus praeunte vexillo ad sonum tympani vicos circumiret et Castrum; nec illud nec Priorem veritus etiam sacra peragentem; obvios quosque famulos et ines nostros coederet; reque ea potestate agere, et acturum deinceps ad libitum palam dictitaret. Quam hominis audaciam, cum in Dei et legum contemptum ac Reipublicae detrimentum, quotidie majores nostri coercere conati sunt, et inquisitione facta homines, et insigniores aliquot collegas ad Escossense tribunal citari curarunt. Resilivit ille, et ad Kholos ad Senescallum confugit; sed ab illo rejectus, et ad judicem suum remandatus illius tandem sententia 19 januarii 1559 datae, ipse cum signifero et tympanista suo jussus est exuatus vestimento, nudus capite ac pedibus, cereum in manu accensum gestans, flexo poplite ante judicis tribunal culpam deprecari; crimen ac rebellionem fateri; Deum, Dominos et Judicem petita venia venerari; facti poenitentiam profiteri;

triennio exulare, quinquaginta libras turonenses summa mulctari; vexillum, arma, lymphonem, cetera-que peractæ nequitiæ instrumenta fisco addici, ac demum expensas litis omnes his qui eas expostulaverant refundi; ne de cætero tum ipsi, tum quilibet alii regium in jus ecclesiæ nomen usurpare tentaret, nisi servili more virgis cæsi, aliisque juxta regias sanctiones pœnis mulctari vellent. Hæc omnes eodemque judicio cautum fuit. Hoc palmine perculsi complices armis et animis corruerunt; unus Sigueriis ad Parlamenti curiam appellans Senatoribus Tolosanis quantum derogaret a recta lege ac ratione patefecit. Tholosem sub arcta custodia ducentus, indeque in carcere detentus, ordinata per Escossensem judicem, justus est exsequi pœnæ omnia; et cum manu militum, reductus ante fores Ecclesiæ in publico civium conspectu nudatus, genuflexus, cereum in manibus, mœstitiam in corde, pallorem que in vultu gestans veniam petiit, culpam confessus, et emendationem pollicitus fuit, et persolutis tandem mulctæ et expensis, cum facultates omnes sine fructu prosudisset exhaustis et exsiccatis viribus statura salis Escassensibus effectus est, ut suo præsentes pariter et futuros concives conderet exemplo.

Hæc Escassensi notatu digna cœnobio, Conventus noster exsequutus est negotia; et cum Capitis servii, Barthæ, Syreni, Pesensi, et Caudii possideret bona, horum quoque non sine labore ac lite possessionem servavit.

Capitis quidem servii et Barthæ terras domni Lupaterensis Duæ huic Bogis munere concessas, et per unionem quam suo retulit ordine in domum nostram Castrensem derivatas propriis diu Conventus manibus excoluit, aut alienis excolendas locavit. Sed anno 1430, 19 februarii Barthæ reservata Capitis servii totius possessionem exuit, et ad novum feudum domos, vineas, prata, terras, nemora, et quæcumque ad illud solum pertinebant Petro Andreæ Gauterio Villardonellensi concessit, et concessionem ipsam regiis litteris 7 maii anni 1437 datis approbari fecit. Pacta fuerunt hæc; initians in possessionem Gauterius ducentos quinquaginta mutones auri numeravit, pro boria ipsa, nemoribus, terris que culturæ expertibus viginti turonenses solidos, duas cæræ libras, et duas lignorum quadrigas Villardonellum quotannis delatas; pro cæteris vero arabilibus terris annuum fructum, tasquam in arcam loci aut Villardonelli annuatim deferendam a se ac successoribus suis repromisit. Et hanc quidem traditionem Carolus 7us Rex litteris 7 martii anni 1437, ut Conventui (sic enim exponebatur) pertinens adscriptam et ratam fecit; temporis autem usu ac prædicta ratihabitione tantum robur acquisivit, ut licet a Patribus nostris pœnitentia ducti anno 1489 improbante et irritante Capitulo generali 18 maii per ordinationem Diffinitorum ejus authographam in calce instrumenti primarii exaratam concussa fuerit, eradicari famem aut frangi annosa arbor non potuerit, et revera in arcam solertis Domni

Negotia propter Barthas et Caput Servicium.-

Jeta Macellarii experientissimi agricolæ nostri plantata, et authoritatis regiæ palo nixa sperabatur latos et loetos expansura ramos, et fructus editura jucundos: sed fefellit spem, et degeneravit in oleastrum oliva, spinosasque frondes et acerbos produxit fructus; qui pœnitendi, sed sero, materiam fecerunt quia multarum litium conventui nostro seminarium effecerunt. Nonnisi quidem colonis nobis, et vicinis suis jurgia non pauca concitarunt.

Cum Villardonellensibus quidem vicinis suis inimicitias veteres ob pascuorum jura transactione duplici, altera 1358, ultima julii D.o Bernardo Botas Priore Lupateriæ, altera 1397, 3 februarii D. Petro Raynaldo Priore cum monachis nostris illa per arbitros, ista sponte inita sopitas denuo renovarunt. Nam circa pecorum et armentorum pastum occupati cum animalia sua terris Villardonellensium cultis pariter et incultis nulla temporis loci, ac fructuum habitatione immitterent, eaque ubique vagari indiscrete permitterent, imo et scienter egerent: Villardonellenses similiter Caput servientium possessiones gregibus et armentis suis in vindictam et vicem talionis concederent, et utrique se jure gentium agere, ac lege per comitem de Montefortis olim sancita quâ confines populorum terras communes ad pastum fecerat servitii dictitarent, esquerres in detrimentum Capitis servientium viribus et numero inferiorum non perendum verteret; iste conventum de Bellovisu Dominum suum ut oppressis subveniret, causæ patrocinium susciperet; et infeudatas sibi terras et pascua a Villardonellensium violenta et iniqua occupatione vindicaret, enixe obsecraverunt, nec frustra. Anno siquidem 1523 D. Joannes de Calmo conventus Prior suppetias tulit emphyteotis suis, et pacta cum Lupateriensibus nostris fœdera Villardonellensibus opponens, et prosecuto tenens ne proscriptos ab antiquis patribus terminos transgrederentur serio monuit. Sed cum terminorum vocabula longo annorum intervallo antiquata et abolita essent, imo et affixi quondam termini et præsidiorum meta post centum et amplius a primis transactionibus annos jam evanuissent, nec quisquam in vivis superesset qui illius rei notitiam haberet: inscripti et illarum veterum transactionum verba et fines expressos in sua utrique commoda pertraherent, placuit arbitrorum judicio quæ in illis transactionibus erant aut apparebant difficilia explicari, obscura elucidari, limites deperdo designari, describi, et locis suis affigi; utriusque partis jura, privilegia, libertates ad antiquas transactiones utriusque amussim exacto et perspicuo scripto consignari, et litis expensas omnes cui vis usu facit parti addici, aut compensari. Quæ placita, quinto tandem julii illius anni per Capitis servii et Villardonelli incolas, et D. Raymundum Deyguza monasterii Rotovisani Procuratorem decreta sunt, et ano eodem actu duo insignes Carcassonensis curiæ patroni qui difficultatem negotii omnem suo

Negotia Capitis-Servii.

judicis terminarent, Petrus de Gresalio et Michael de Banis electi sunt: qui eodem anno 5° septembris arbitrali sententia negotium absolverunt, et utrisque ut suo uterentur jure, nec pacta fœdera violantes sese invicem opprimerent modum fecerunt.

Conventui vero Domino, et liberatori suo Caput-servienses subditi ob tasquarum solutione labo-rem non fecerint; pro aliis tamen censibus ex infeudationis prosecripto debitis quæstioni difficillimæ sese ac majores nostros anno 1548 implicuerunt. Cadit enim non modicam nemorum partem in novalia conversi, et in cultas olim terras ut arido pareret colono aratris prosciendi et sementi subjici, ac proinde continuo tasquarum jure censeri; quapropter qui Boriæ, nemorum, vacantiumque primis possessoribus successerant ad census integri solutionem se non teneri, et illius fundus sibi impositum primitus tasquarum recenter emergentium præstatione conventui ~~~~ compensari dixerunt; et sicut Roboamo Israelitæ, sic iste conventui nostro cum illas ad novam fidei professionem expe-teret jugum suum relevari, et imminutis pro excultarum novitate terrarum ratione censibus levius sibi fieri supplicarunt. Experti vero sunt Conventus noster illo Rege mitiorem, cum se modestos circa quæstionem ipsi exhiberent. Res eodem anno mense novembri compromissa est; et Dnus Bartholomeus Galetus juris utriusque doctor et in Carcassonensi Curia clarissimus causarum patronus communi consensu ut judicii sui acie ~~eodem~~ enitem secaret electus est. Secuit eam eodem mense tam polliciter et æqualiter; ut-suo cuique parti jure servato utramque ad concordiam adduxerit. Nam cum tasquarum solutionem ordi-nasset, et de censibus Boriæ pro terrarum jam cultarum quantitate diminui arbitrorum et proborum judicia decrevisset; eamque ob rem probos utrinque eligi, locique per eos inspectionem fieri necesse videretur, idque utrique parti ad novas expensas et collitigationes inde suborituras pertæderet conjunctim placuit spontanea transactione novas et veteres discordias desinire. Itaque sine mora ejusdem novembris ultima Boriam et ei conjacentes terras sitas ac nemoribus occupatas sub antiquo pecuniæ censu ad vigenti quinque solidos ob superiores causas redacto (ligni et cera in perpetuum exclusis) et nulla unquam ratione deinceps imminuendo Caput-servienses emphyteotæ data fide feudales agnoverunt, et pro tasquas intra Boriæ fines ad decimum, extra illius districtum ad undecimum nullo non tempore solvere præter laudimiorum jura cum casus exegerit promiserunt. Nolevero sub antiqua sexti denarii præstatione expendi solita cum jure prælationis, et quicunque cum Gauterio prælo feudatario secundum jus et consuetudinem provinciæ facta fuerant illibata remanserunt.

Remanserunt, nisi quam, cura et labore eorum qui sollicite invigilantes gregi suo nihil studio

pro illius et pascuorum ejus conservatione omiserunt: in quibus potissimi fuere D. Petrus Macellerius qui anno 1449 a 10a Martii usque ad 23am augusti Priorali oneri recognitionum istarum fondus superaddidit; D. Joannes Verdessus Prior qui mense januario anni 1500 curam Pastoralem suam isto labore decoravit; D. Guillelmus Marre qui anno 1526 mense augusti coronam diadematis sui hoc monili decoravit; et D. Joannes de Libra Bellivisus primus Prior qui agrum suum Pastor et cultor bonus bene excolens quartam ejus culturae operam impendit, et eratorum sentes et dumos difficultatum quas supra exposui sedulitatis et eruditionis suae sarculo extirpavit, perque supradictae transactionis aequitatem ad consentaneam quae gaudemus fertilitatem reduxit, totus novembri mense toto anni 1546 deditus illis capitis-servii terris et earum limitibus perlustrandis, recognitionibus de novo cudendis, et hisce difficultatibus emolcandis apud Capservium et Carcassonam cum res a Domini Galetii arbitrio decidenda foret, at utraque lanx ad ejus manum penderet. Illic comprimis strenuum se cum rebus agendis, eruditum in juribus pro parte nostra defendendis et moderatum in quaestionibus componendis tum arbitro suo tum andagonistis suis ostendit. Habebat vero in comitatu suo Magistrum Petrum Cadot Cadurcensem in juribus licentiatum, cui hac in re, ut in aliis complurimis negotiis multa laus est, nam Hugo tempore in Conventu moram duxit, et laborem suum recognitionibus istis disponendis, litigiis et negotiis aliis promovendis, libris quoque, diplomatibus et cartis archivorum quae antea confuse permixta quoddam veluti chaos efficiebant, illis, inquam, certo et dilucido ordine ad reperiendum libris comprehenso digerendis collocavit, praecipuaque vitae suae parte in Conventu consumpta ad suos postmodum, accepta centum scutorum mercede, et conscripta remunerationis et satisdationis suae schedula haud ante mortem asterii collapsionem, ad natale solum, et gentilitias lares repedavit.

Sed ad capitis servii negotia unde digressus sum, recurro, et haissacorum ejusdem loci expositam superius donationem hic reduco; qui miserabili prorsus calamitate affecti ob leprae contagionem quam incurrerant, cum se brevi concludendos cernerent, quique deinceps per seipsos disponendi facultatem amissuros cernerent, ea Conventui nostro sub annuae pensionis congiario anno 1548, 9 novembris donarunt, Conventus donata recepit, et donantium honori et libertati consulens ne ad leprosorum xenodochia deducerentur impedimento fuit: et ut commode ab hominum consortio separati vitam agerent; fontem, hortum, cellam vinariam, et domum omnia uno contextu disposita in clusis dedit, inclusorque data quadraginta casteriorum frumenti pensione annua quoad vixerant aluit, oleoque, sale, vino ac coeteris ad vitam necessariis provident, nechon ovium gregem circa habitationem suam pascendum, ne otio torpescerent, sub dominio prospective tribuit, et ces alienum, omne a Petro quondam parente suo contractum dissolvit. Contigit vero illos Stephanum, scilicet, Petrum et Barnabam ita morte defungi, et solam Anglesiam sororem, cum Joanna

Negotia Capitis-Servii.-

Maurella matre superstites relinqui. Interim autem suscepta Conventus bona utpote Barthe nostre contigua exoluit, acquisitisque de novo terris et edibus exstructis auxit, ac post sex annorum usum donata et acquisita omnia Domicio Joannis Baptistatio sacerdoti excentarunt supra mille librarum pretio 2a octobris anni 1554 vendidit. Post nonum a venditione annum, Anglesa soror cum matre feminea levitate a transactis et diu servatis resilire ceperunt, et Baptistatium, ab emptorum fruitione prohibere tentarunt. Ille conventum, venditorem, ut opem ferret et vendita sibi asseveret implorare; iste pro venditore, ut acquisitum erat, causae patrocinium assumere ventum est ad litem coram Carcassonae Senescallo deducendam, in qua foeminae ad conglomerandum, ut fila calumnias supra quam dici aut credi potest promptae ac stabiles nihil non mendacii, aut futilis adinventionis pro tuenda aggressionis suae causa protulerunt, sed cum veritate defecerunt, et causae statu sese dejicientibus personis sistentem per arbitros judicari petierunt. Placuit Patribus; arbitri electi sunt; et arbitrorum judicio mater cum filia non quidem ex toto, sed altera ex praecipua causae parte ceciderunt: nam 15 septembris anni 1567 arbitri donationem et subsequenta inde omnia ostatae firmitatis et efficaciae robore digna esse censuerunt, et nihilominus Maurellae et Anglesae jura super Rayssacii Patris et filiorum bonis quingentis libris, Maurellae trigenta et Anglesae quadringentis et septuaginta solvendis a conventu compensanda esse decreverunt, atque etiamque ut donationi subscriberent condemnarunt, eadem die persolutae sunt pecuniarum summae et consensus praestitus; ac sententiae arbitrali per curiae Carcassonensis subprefectum, judicialis authoritas et subscriptio apposita aliquo tempore facere fecit mater istam et filiam; quae nihilominus postea poenitudine ductae a sententiae dicto appellarunt, et appellationem suam in suprema Tholosae curia prosequentes, anno tandem 1585, aprilis 26a die ab appellatione deturbatae ulterius litigandi animum et vires perdiderunt.

Fuit quoque cum villanis Capitis servii et cum Dño Petro de Aurelione Carcassonensi Episcopo finium regendarum controversia; sed cum isto per D. Petrum Cammasium amica transactione Praxini, Barthe et Capitis servii quae se invicem contingunt fines designante 3a octobris anni 1508 composita: cum illis vero totius territorii limites 15 aprilis anni 1534 Dño Guillelmo de Narre Priore decernente per D. Raymondum Deyguna procuratorem revisi, renovati, et affixi fuerunt. Quos in acta per Magistrum Anthonium Burlasium, notarium, lingua vernacula retento descriptos ad longum videre est.

Pro servanda Barthe possessione nihil laboris conventui; at pro illius immunitate contra Regis et Villandonellensium indictiones tuenda non parca jurgia emerserunt. Nam regii officiales cum anno 1553 Rex beneficiarios suos nobiles evocasset, et isti pro Barthe, ac pensi prodii Conventus ut Regi debita pro parte sua Retro bonni obsequia contribuerent cogere vellent, Dñi de Cahusaco ad id muneris

missi sententia 17 octobris ejusdem anni lata post effectam veritatis inquisitionem a vestris exhibiti sunt, et quascumque Carthusiae Castrensis Villardonelli, Capserviì, Barthoe, Pesensi, et Ventenaci possidebat ab hoc evocatoe nobilitatis militari servitio exemptae declaratae sunt. Illud ipsum anno 1558, 19 octobris ex eadem causa geminatae ordinationis repetitum fuit. Villardonellenses vero, Pesenses et Ventenacenses ospitandi vectigalibus suis exsolvendis consuetas terras in pertam vocare aliquoties tentarunt: sed annis 1551, 29 decembris, et 1552, 23 novembris ab injusto ausu repressi sunt: cum illi qui addicendis Carcassonensi Diocesi ejusmodi per hoec tempora subsidiis profuerunt in publico dioecesanorum consessu ne supradictae bona Fiscae impositionibus subderentur visis admortisationum literis ordinarunt.

Olivetam quam Caudii ex dono Dñi Petri Barthonii superius inserto conventus Fridae possidet Caudienses olim satis illi invidierunt; etquidem cum nullis eam subsidiis manifare possent, decimas saltem indebitè ab operariis suis exigi assignando effecerunt; sed transactione cum istis conventa 27 novembris 1532 Cons. ales et alii injustae petitioni modum fecerunt; et olivetam nobis semper a decimis immunem fieri cum nostris vel manibus vel sumptibus excoleretur; alienis vero perfirmae, arrendamenti aut alterius cujusvis locationis titulum traditam pro parte tantum conductoris vel operarii decimarum jugo subditam, pro medietatis autem nostroe portione servitutis hujus onera relevatam, esse consenserunt.

Syrani oliveta nostra beneficiaria cum Rege et Charitatensis loci condominis turbanobis fuit, sed cito sedata, per libellum supplicem a nobis illis exhibitum: Regi quidem 9 maii 1519; istis autem 24 et 26 maii 1514.

Pesensi pro servanda immunitate nostra in agris nostris illic et alibi in Diocesi Carcassonensi labor fuit; sed foelici exitu, per sententiam Dñi Stephani de Cambis senatoris Montispessulani 20a octobris anni 1535 latam.

Alia insuper minuta negotia contra perturbatores diversos pro possessionibus tuendis aut ab injusta invasione vendicandis (et in est hominibus bene multis expeditas ad hoc heu minime propensa) quamplurima pullularunt: quae cum ad longum recensere minus longum, et ad nihil utile sit; silentio magis obvolvenda quam calamo aperienda autumo. De his hoc dixisse sufficiat pressum saepe saepius conventum Dei gratia fuisse oppressum, ast aqua profunda (licet de torrente in via bibierit) sic immersum non fuisse; quin postea victor exaltavit caput. Liceat igitur illud psalmi hoc loco decantare, saepe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi.

Sicut autem propter saecularia multiplici litium tumultu perturbatus iste conventus fuit: sic ob Ecclesiastica quoque bona et eorum jura conservanda turbas sine numero expertus est. Omnes

hic referre labor inutilis foret: praecipuis contentus ero. Singulas autem Ecclesias percurrens quas in eis, et ob eas deprehendero conventui nostro quondam exortas lites scitu et memoria dignas, digno si possum stylo exarabo.

Ecclesiam et Castra Lupateriae Carcassonenses Episcopi a Conventu nostro Castrensi possideri parum aequo animo semper tulerunt, eaque cum suis proventibus a Dioecesima ut alienam, transferri invite perpessi sunt. Omnium maxime (quod ad priscos attinet) Dñus Franciscus de Faulcon, qui anno 1555° habitum nobis reliquis soli carthusiae illius possessionem per memoriae sui custodes, et traditum suorum conductores disturbare conatus est. Improbissimum et avari hominis Procuratis nomine, et authoritate freti non satis habuerunt tota Lupateriae sylva consuetas praedas agere; nisi etiam angustas illius tantillae angustias in quibus Divinae per centum annos laudes Carthusiensi canta resonarunt, et tot religiosorum hominum requiescunt et meritis fulciunt de loco suo ossa, usurparent, ac profanis laboribus in prophana commoda convertterent: eoque Procuratem induxerunt; ut illius etiam occupationis defensionem quasi zelo licet non secundum scientiam susciperet. Ventum est eadere ad officialis Carcassonensis quamvis suspecti nobis tribunal; testes ab utraque parte adducti et auditi; inquisitiones carthusiae mandatae; producta acta; et omnia usque ad limen sententiae sollicita contentione adducta sunt: ulterius autem progredi noluit Episcopus, sed facti poenitens ab improbis et avaris nebulonum consiliis resiliit, et 16 martii ejusdem anni die Dominum Polycarpum Vicarium generalem suum, ut suo nomine lites desereret, et Carthusiae Castrensi contestata per actores et redemptores suos Lupateriae nostrae spatia dimitteret Notariatus acta Procuratorem fecit: non temere quidem; sed postquam testium relatione, et actorum inspectione rei veritas quae hactenus delitescere videbatur, suis jam oculis perspicue satis illuxisset. Parvit Procurator et ipsa die perfecit quod in mandatis acceperat, et Dñus ex sententiam, tulit, qua Episcopum a protenso jure dejecit, Conventuique nostro et nostra, Ecclesiamque Lupateriae, ac quidquid intra diruti septa monasterii continetur asseruit, eodemque judicio nobis Tholosanis in quos cum coeteris bonis haec quoque devoluta sunt praescriptam longi temporis possessionem firmiorem fecit. Verumenimvero nobis hodie plaga renovatur, et rursus in sanie vulnus quaerit- erumpere quod obductum videbatur cicatrice: nam Revendus Dñus Vitalis de L'Estang hodiernus Carcassonensis Episcopus illius falconis insequens prima vestigia nos antiqua sede excutere, atque alterius instituti religiosos nobis substituere, et eo loci collocare nititur. Cui nos illud celebris effatum Socratis objecimus: Qui sequentus es errantem, sequere poenitentem: certum est nobis nostra et Patrum nostrorum bona illorum in dominibus pacta non dimittere; Hospitium sit nobis Dominus, non habemus hoc creditatem Patrum nostrorum, haec saepe diximus, et ipsius Episcopi auribus inculcavimus, et nihilominus ab inceptis eum

Negotium pro spatiis Lupateriae. -

retinere nequivimus, quin zelo (audacter dico) parum decoro Domus Dei locum nemel ei pro carthusia consecratum, quem sui contendit esse juris, hinque in sua Dioecesi partem nemoris, a religiosis iterum incolâ, et monasterium, construi nuper voluit, et vocatis ex Teresiana reformatione Carmelitis Patribus quos huic operi destinarat, in nostram messem suam coepit falcem immittere, superque illa spatia normam et funiculum extendere, sentes extirpare, et operi faciendo quasi necessaria praeparare. Haec primitus cum secturum dictitaret, nosque eo pacto summorum Pontificum, everti decreta, Antecessorum ejus irritari vota; et nostras ad nihilum redigi Lupateriae, Fontiani, ac Villardonelli Ecclesiarum uniones cerneremus a coeptis Antistitem verbis primum supplicibus avertere; sed operâ cum oleo dispendita, juridicis postmodum modis, et actis proclamato Juriperitorum consilio nostros eidem nisus opponere coepimus. Querelam apud regios Utolosani Palatii Libellorum supplicum Senatores causarum nostrarum ex regio privilegio Judices detulimus; illorumque praecepto inhiberi, ne ultra progrederetur in dicti 6 novembris anni 1624 die per curiae ostiarium fecimus; sed cum ille niteretur in vetitum, et prohibitionem parvipendens locum expurgaret, et successu mandato suo Claustri Lupateriensis arbores in carbones pro suis usibus converti praecepisset, iterata jussione coercendum censuimus. Carbones cum saccis abduximus; in operarios eorum inquisimus, et Patres Carmelitanos ne contra christianae regulam charitatis suam nostris minis erigere domicilia satagerent serio admonuimus, nihilque laboris pro inchoatae (ut ita dicam) persecutionis cessatione praetermisimus: unde contigit ut cessarit tandem, et suasionibus amicorum consiliis curiaque jussionibus acquieverit Episcopus; nosque post molestam fluctuationem in securo littore collocati sumus.

Superato Lupateriensium negotiorum promontorio, nunc in planam Ecclesiae Auritensis segnora enavigo. Aqua cum de Burlatii Capitulo dependeret facessitum est nobis negotium annis 1386, et 1387 coram officiali Castrensi deductum, ex quod praedictum Capitulum junctis sib. Dño Petro Capellano Ste Petri de Rivibus Rectore exigeret a Conventu Decimarum et primitiarum jura ex tegulis, calce, canape, lino, granis et animalibus quae non solum in circumjacenti sedetiam in intimo claustro monasterii solo fiebant, et excrescebant; et multa quidem ob eam petitionem hinc inde scripta et actitata sunt de quibus in veteribus Carthophylacii nostri monimentis esse satis constat, et hic referre ad nihil est utile propter rerum conversionem ex hac aggressione consequutam. Siquidem de concedente nobis exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo, quam valut mellis ex abscisi proscripsi copiose simul et suaviter effluentis nobis degustandam imo et pleno hauriendam ore ex tunc praebuit, et aeternum praebebit descripta superius illius Ecclesiae cum prisca Lodevensi nostra commutatio, et nunquam dissolvenda unio; a quâ nostri juris effecta pro juribus ejus servandis prodiere quae sequuntur negotia.

Negotia Ecclesiae Sti Petri de Aritibus. -

Providendo illius de Rectore jure conventum exuere, eoque se munire Castrensis Episcopus aliquando tentavit. Anno siquidem 1521 contigit Dño Joanne Coste Rectoratum resignante in beneficii Dño Petro Bosqueto a Conventu Patrono conferri: Episcopus collationem sibi eligit, formadignii titulum Bosqueto denegavit-, et alium sua authoritate Rectorem, vicarium nobis perpetuum instituit-. Frustra tamen; nam Bosquetus ad Bituricensem Archiepiscopum Primatem confugiens titulum consequutus est; subinde ductum expulit, possessionem adivit, et aditam servavit-. Cessit Episcopus juri nostro, ac deinceps neque ipse, neque ei successerunt in nobis inferre aut sibi attribuere unquam tentaverunt. Innumero cum Burlatiensi Capitulo in primordiis per Joannem 22um Papam erectione jus illud dotis nomine assignatum fuerit, nos vero illius loco nunc stemus, neminem dubium esse debet nos illius Capituli in Vicarii perpetui nominatione jure gaudere, quos adversus illius Capituli vocibus ac juribus successisse. Hoc rescientes Castrarum Praesules oblatos a Conventu Bellovisensi et nobis scholasticis vicarios multis jam vicibus gratis gigillatim hic exponere superva-caneum est, in tabulario autem nostro legere est benigne susceperunt, et in formadigni capacitatem admiserunt. Hinc vero inventae margaritae secure conservandae sollicite invigilarunt sedulis negotiatores nostri, unde effectum est ut cum anno 1529 novus Rector in hanc Ecclesiam irrequisito Conventu adveniens nebulam, ut cinereum serenum nostris asperserit, et tempestatem excitarit; veritus qui tunc navis nostrae gubernaculum dirigebat D. Guillelmus Marre ne ab Episcopo Castrensi iste intrusus in nostri projudicium jurisset, Quarto ejusdem anni Notarii voce et calamo scisitatus est hominem, quo omine, quo jure, cujus nominationis, quo titulo illius Ecclesiae fuerit insideret. Sed protinus ostensis a Summo Pontifice obviam permutationis emanatis litteris ex quibus nullus Patrono Conventui scrupulus illi si poterat procella evanuit, et tranquillitas plenior adducta fuit.

Ex causa decimarum nulla notatu digna quam perviderim quaestio, nulla litis pugna Conventum exercuit illas vero ex granis, vino, agnis, cannabe, lino in fundo nostro ac villis jus ad decimam, in alieno ad undecimam, de lana et de agnis ubique ad decimam; de fenis et animalibus quibusdam prout antiqua consuetudine actitatum est, et ex annalis receptarum memorialibus constat, sine turba semper accepimus. Quae decimi atque undecimi diversitas ex eo accidit quod in solo nostro pro primitiis nihil, ab alieno vero de unoquoque arantium, pari quarteriam frumenti unam, et avenae cumulatae de mensura Castrensi unam quotannis recipimus. Hoc primitiarum jus a primoribus nostris neglectum, a posterioribus accurate requisitum, in gladio tandem et arcu valido conquisitum, ac studiose deinceps asservatum fuit. Olim quippe cum sese parochiani ab hac praestatione immunes tuerentur edicto Senescalli Carcassonae, 28 januarii anni 1555 Magister Franciscus Brosse tunc vicarius eo jure ac debito ab unoquoque indigena vel extraneo quomodo-libet

Negotia Ecclesiae Avitensis, pro jure primitiarum.

arante pro quibet pari ut supra divinus solvendo assertus fuit. Cumque illi jussa negligerent, lata ejusdem Senescalli sententia 18 septembris anni 1561 ad solvendum ad acti, expensis quoque, ac centum solidorum ergo vicarium, et quinquaginta ergo Regem, poena mulctati sunt. Ab hac vero et ab illa ad supremos Senatus Tholosani Judices anno 1564 appellatione interposita cum parochiani immemoriali sua non solvendi possessione piterentur, eamque petitioni Rectoris opponerent, et oppositionis suae probationem exposcerent, concessa quidem illa fuit ex senatus consulto: sed sera illa probatione invalida ut baculo arundineo manus eorum perforaturo infeliciter fulta, seu eadem omnino deficientes, altero Senatus consulto 19 februarii 1565 appellatione cecderunt, et Senescalli sententias pro scuto sextemplici adimiendam petitionem nostram suosque repellendos ictus et retundendas aciem habuerunt, appellationisque poenam, expensis mulctati fuerunt, non satis illis fuit; obtentis a Cancellaria regia Tholosana litteris, ut Senatus effatum irritarent, altero ejusdem promulgato 1mo augusti 1567 prioris firmitatem robustiorem fecerunt, conatusque sui repulsam passi jure debito, et toti jam decretis firmato morem gesserunt, sed propter infelicia tempora quae ex tunc prodierunt, civitate Castrensi in Ecclesiae hominem et jura conjurata; civilusque ejus haereticae impietatis hac infectis ubique, maxime vero in vicinia nostra impune grassantibus; Conventu et Rectore Avitensi effugatis; monasterio complanato; Parochiali Ecclesia detecta, et in furnum desolata; haeretica rabie in dies convalescente; Rusticanis nostris eidem in hac re morem gerentibus debita solutis debita sensim evanuit, et usque ad annum 1596 penitus non comparuit; donec pace tandem reddita Dnus Joannes Matheus sacerdos Escossensis eo beneficio per Conventum nostrum 3o aprilis 1594 insignitus jus illud oblivione jam sepultum, a monumento suo excitavit, et lucem videre fecit; cum eodem tempore Revmus Dnus Joannes Tossi Castrensis Ejus Capitulum et Canonici sui eodem primitiarum jure sicut et decimarum, quo utroque jampridem sicut et nos privata fuerant in utrarumque regressi sunt per Tholosanae Curiae arrestum 12 julii anni 1596 pronunciatum. Hoc fultus securo baculo novus Rector superiorum judicatorum jussa 1o augusti ejusdem anni parochianis suis replicavit, et ad Senescalli Carcassonensis tribunal diem dixit. Post multa litigiorum jurgia, scripturas, et consuetas refugarum Castrensium techinas, et Curiae Carcassonensis mandata saepe repetita, processus tandem ad judicandum definitive clausus; unde et sententia finalis 7 novembris 1596 emanavit, qua quidquid per priorem anni 1555 sententiam Rectori Avitensi adjudicatum fuerat, huic Matheto eodem jure praedicto denuo attributum fuit, et pertinaces in non solvendo subductis annorum numeris et rei debitae summis ad praestandum quidquid ex retroactis temporibus eidem Rectori debitum fuit adacti sunt. Unus ex illis Dnus Michael de Bayard Dnus de Terreriis illius infelicissimi armodis omnibus detestandi a terreriis hostilitatum monitratissimi antesignani qui castrum et monasterium nostrum armis cepit

Negotia Avitanica pro jure primitiarum - -

et expilavit successor primitiarum, solutioni subjicere se renuens eodem senescallo 12 martii 1599 precipiente illud onus humeris suis imponere, et Matheto repetenti restituere damnatus, subductis et in summam reductis preteritorum annorum debitis universa cum expensis ad novissimum usque quadrantem reddere anno 1600 compulsus fuit.

Quod autem super hac quaestione juxta superius enarrata sub solo Rectoris nomine judicatum fuit, in conventus quoque nostri qui Rector primarius est-attributum cedit. Innovato revolvens nostra ejusdem Ecclesiae Avitensis acta, inter cetera monimentum reperi quo ejusdem primitiarum juris sicut et aliarum rerum omnium de tribus partibus una solummodo Vicario nostro reservari, ceteras Conventui nostro deberi constat; quod etiam ex consuetudine Vicariorum confirmatur; cum qui Matheto successit Bnus Siguerius, et qui Siguerium sequutus est Bnus Erilhanus eam partium ducarum possessionem nobis ut juri et consuetudini consonam sine jurgio semper dimiserint; quam quidem communi semper labore atque expensa collectam pro sua quisque portione quotannis dividimus inter nos. Quod quisquis mirari, vel insectari voluerit sciat non solum usu nobis certum, sed etiam judicato in re simili valide confirmatum esse. Cum enim anno 1495 Magister Damianus de Montemoreno Mae Cecilie nostre Rector integra primitiarum jura sibi vendicare, ut propria et debita militie sue stipendia voluisset, lite per eum apud Vauri spiritalem curiam intentata per officialis ejus sententiam 28 martii ejusdem anni latam causa cecidit, et ipsa primitiarum jura debitis, imo equis partibus inter Conventum et Rectorem dividenda esse pronuntiatum fuit.

Sicut autem Ecclesiarum nostrarum Avitensis ista primatum tenet, tum quia Conventui conjuncta nostris semper obversatur oculis, et illius oculi nos pupilla sumus, tum quia res nostras poticibus coagmentat emolumentis; sic illius fruitioni secure constituendo Primores nostri primis semper laboribus et curis incubuerunt, ac pro limitibus ejus non mutandis, non movendis cum vicinarum Ecclesiarum syndicis pro virili sedulo concertarunt (quamquam certamen amica semper et ubique transactione definitum fuit); et ne in percipiendis fructuum decimis nebula confusionis officeret, nosque et alii qui nos contingunt nostra invicem occuparemus jura, Parochie nostre limites vocatis aliarum quae in circuitu nostro sunt syndicis identidem per tempora recognosci et renovari necesse erit. Itaque variis locis insignes in titulum lapides ut clavi trabales erecti et infixi sunt; qui a lateribus illius Parochie e cujus regione sunt insignia exhibent, et superius exaratas in directum et obliquum lineas ostendunt; quae velut productis mensurae brachiis qua et quo tendendum sit, quidve terrarum adjacentium nostri vel alieni sit juris explicant. In semel, iterumque actum cum Dna Abbatissa de

Negotia Avitensia pro limitibus Parochiae.

veteri muro, ab illius loci, et Ste Hilarii de frigida villa Parochiae Avitensi ab una parte confines: prius quidem 29 julii anni 1480; postea vero 13 junii anni 1549 acta ubique per notarium conscripto repetitum. Qua ultima die plantati olim lapides qui commerant-Denno erecti, et juxta vadum, quo alti mino et tumno colle qui Acuto annexe altitur, trium Quadrivio de Percipo, aliique aliis locis ubi communes sunt fines appositi sunt, hinc Ste Petri claven pro Avitibus, illinc Abatisse pro ambabus illis Ecclesiis pedum pro stemmate representantes.

Simile negotium cum venerabili Capitulo Cathedralis Ecclesiae Ste Benedicti Castrensis, ob illius ac Ste Jacobi de Villago domo Ecclesiae fines per diversa tempora deductum fuit: et primum 23 junii anni 1512 variis locis ubi praedictae parochiae cum Avitensi conjunctae sunt finium statuendorum, indices lapides progrediendes hinc clave illinc Bittera insigniti communi consensu per arbitros et probos dispositi et affixi sunt. Sed quia per multorum sanctum labentium annorum curricula plurimae metae partim temporis edacis ulu consumptae, partim hominum malitia, inter haec potissimum bella civilia quae per sexaginta et amplius annos has ce regiones presserunt, atque oppresserunt aut erasae aut penitus ablatae fuerant, fiebat perspicuis deinceps obscura jam caligo, et caliginosa confusio; unde quotidie per dies singulos suborielantur quaestiones, jamque in procinctu litis constituti conventus et Canonici ad praelium sese accingebant: sed sanioris consilio diffusa discordiarum caligine lux facis emicuit; cum utrisque placuit rem potius per arbitros ubi ex carthis non clarescet componere quam litigio dimicare. Jo 18 septembris anni 1503 Domini Henrici Berengeri Procuratoris nostri meritissimi curâ et solertia effectum est: qua nimirum die tum ipse cum a Capitulo Castrensi deputati electis concordi ter arbitris consumptos vetustate terminorum lapides restauraverunt; ubi veteres desiderabantur novos fixerunt; et qui inter Petrosi loci vineas intricate ansam litigationum praebere videbantur facta utrinque compensatione in melius commutate et transpositi, atque in directum secundum viam publicam impositi sunt: atque ut ea statu aeternum manerent, et sanctam per spacium posteri conservarent, quod in actibus effecerunt, scripto in Magistri Francisci Sansole tabulis testatum reliquerunt. His limitibus excitatae recenter querelae consopitae sunt, et plurimis controversiis limites impositi sunt; quibus ego hoc de Avitensi Ecclesiae negotio scripta ut ad Pargensis Ecclesiae quod occurrit negotii desilium limitenda censeo

Pargensem Ecclesiam, speciosa origine ac progressu descriptam olim frequentia devotorum celebrem, ornatu splendidam, donariis ditatem, et sacerdotis ministerio nobilem, nunc miserae jacentem, paupertate ac situ squallentem, viduam et desolatam nullis memoratae dignis occupatam negotiis hoc loco duadente moerore silentio praeterire, nisi recedenti calamo unum aliquid obviam veniat minime repellendum, et sepultura non obtegendum, lovero et nos, et nationorum nostri et qui nascentur ab illis Majorum nostrorum exemplo

Negotia Ecclesiæ de Pargis.

discant quo commoveri animo, et quid debeant accendi zelo, ut concessa divino munere conventui jura tueantur; neque unquam in susceptâ harum, vel potius Dei atque ordinis nostri rerum tutione defatiscant.

Sacerdos quidam, Petrus Blanchi nomine, inter Bellovisenses monachos vitam traducere destinarat, et se non quidem in monachum, sed in Redditum clericum (ut moris erat antiqui) seu Donatum pro monasterii obsequio 20 januarii anni 1460 tabulâ publicâ dedicarat. Devote susceptus devotius conversatus est, et tantam sui probis moribus conventui existimationem fecit, ut Ecclesiæ illum Pargensi prosecerit. Solus illic aliquot annis sedit, et debita devotionis erga locum invisentibus obsequia conventus nomine et vice cum omni laude peregit. ac tandem, peracto quod agebat, et operatione completâ quam ei Dominus demandarat, adveniente die suo circa annum Dñi 1471um naturæ cessit, et ad percipiendum conventionis christianæ denarium accessit. Curaverunt illum viri timorati Bellovisenses nostri, ac duplici jure confisi Ecclesiæ scilicet unionis, et defuncti donationis examine corpus ad se deductum, solemni missâ, ac sepulturæ officio Carthusiano more prosequuti sunt, inque cœmeterio suo diuturno sopore cum Patribus suis quieturum condiderunt. Cumque cæteris omni jure insultaturi potius apud quemlibet animi testimonium quam reprehensionem mereretur, e contrario ingestem apud Canonicas præsidi Castrensis Ecclesiæ invidiam concitavit: quibus scilicet Pargensis Ecclesia a Stæ Fidei (cujus regimine gaudent) Parœcia olim per Summi Pontificis Bullam, ut alibi retuli, disjuncta et facta nobis unio invidiæ et odio fuit, ministrabat. Egregiam igitur offerri sibi litis occasionem rati ceperunt apud Carcassonensem Senescalli curiam querelam deponere, Conventum interpellare, delegatum ab illa curia Castras evocare, coram ille diem dicere, et ut defuncti ac inhumati Sacerdotis corpus et vestes in locum, ubi decesserat, reportare Patres cogerentur, quo poterant nisu et verbis urgere. Attonitis novæ, et inexpertæ rei Patribus nihil agere, silere, committere, improbare, judicis sisti nolle; Canonici e contra contumaciam accusare, et apud accitum a se Judicem pretensum jus multis verbis explicare. Aiebant ergo Stæ Fidei de Villagodono (Castrarum passim a solido civitatis per Audam abeunti conjuncta) Ecclesiam cum annexis suis Stæ Jacobi de eodem Villagodono, Stæ Martialis de Cameracensis, et Bti Mariæ de Pargis (de qua nunc agitur) summorum Pontificum voluntate ac Bullis suo quondam Capitulo additam fuisse; ejus rei causâ Capitulum suum earum Ecclesiarum Rectorem jure nominari esse, jus possessionis earum sibi semper integrum, et intactum fuisse; parochianis earum Ecclesiastica sacramenta per Vicarios suos administrata, et alia quæ Rectorem decent circa divinum cultum et animarum salutem munia obita, defunctorum intra earum limites corpora data, inque earum cœmeteriis a se, aut vicariis suis condita nunquam non fuisse, istorumque vestes in exequiarum cultu funebres suo semper jure cessisse contendebant. Jo jure spreto Carthusianos de Bellovisu defuncti nuper Dñi Petri Blanchi sacerdotis Ecclesiæ Pargensis profecti, qui in domo Capellæ contigua

Negotium Fergense pro jure sepulturæ - -

longe a monasterii sedibus dies suos egerat, et animam, ibidem effloverat- corpus propria authoritate ab ea domo extulisse, atque in Cœmeterio suo tumulasse; cumque eadem Capella intra Parœciæ suæ fines existat, nec nisi parochialibus Ecclesiis jus sepeliendi competat, Carthusianos in eam sepulturam se ingerere nec potuisse, nec debuisse, et insuper ad restituendum corpus jure obligatos esse asserebant. Eam ob rem, Duum Joannem de Baro (is erat a Carcassonæ Curiæ deputatus) humiliter et enixe obsecrabant, ut et Carthusienses injuriæ id egisse, eoque se jure spoliatos in integrum restitui, sepultum corpus ab indebito tumulo et loco erui, et iterum ferreo mandandum suo Capitulo redhiberi debere suâ sententiâ pronunciaret. Ille in Bellovisensium non comparentium defectu queralam admisit, Conventum de contumacia notavit, ac de sepeliendi potestate dejecit: Canonicos in integrum restituit; corpus exhumandum, illisque ad iterandam sepulturam efferendum decrevit. Et protinus Canonicis cum ingenti multitudine, acquinquaginta circiter hominum manu armatâ stipatus ad Monasterium manu contendit; portas Monasterii aste apertas invasit, absentibus Priore et Procuratore, monachis in officio missæ majoris occupatis, Refectorii, cellarum, aliarumque Claustri ostia vi aut aperuit aut perfregit insolenti gestu, voce, et clamore domum complevit, et Cœmeterium ferociter ingressus etiam putrefactum cadaver effodi, effossumque Capituli Castrensis syndico ad Ecclesiam Sti Jacobi de Villa Dono asportandum tradi dixit. Ita dixit ibidem, protibusque contra jus supra defuncti tumulum sedens, ibi testes admisit et audivit, ibi sententiam tulit; et in signum rei judicatæ a se peractæ in palo crucis supra tumulum Dom. Joannis Ysarni Procuratoris quondam, ac nuper defuncti regios flores, pennoncellos defixit. Satellites confestim exsequuntur jussa; et attonitis ac præ rei novitate perterritis Carthusiensibus probrosas inclamantibus minas pro verbis, convitia pro precibus objiciunt; extractum, et terræ vi cruribus Blanchi corpus sanie et putredine diffluens vel potius ossa vix sibi cohærentia injecto in collum funre (ofacinus) inde abduxerunt, et per monasterium horribili et plus quam inhumano modo raptantes illius carnes per frusta varie dispersas vesanis suæ semina relinquunt, et in proximo tandem Sti Jacobi Cœmeterio dissoluta prope ossium compagine recondunt.

Ausorum nefario non leviter commoti Patres ipsâ quidem horâ patientiam exhibuerunt, silentium suo more servarunt; sequenti vero ordine judiciali quam vim vi repellendo lueri maluerunt. Sola igitur appellatione usi, Tholosani Senatores palatii pro sui Defensione adeuntes præcipitatam prædicti de Baro sententiam, et inde secuta omnia irritari, rerque in priorem statum reduci petierunt: dixerunt que Petrum Blanchi non quemlibet Ecclesiastici Ordinis sacerdotem, sed Carthusiensem professione donatum; Fergensem Capellam sibi non Castrensi Capitulo Pontificum diplomatibus

Negotium Targonse pro jure sepulturæ.

et Bellis unitam, atque a cæterarum Stæ fidei annexarum serie separatam fuisse; et ut sit de aliis, nihil in hac unquam a Capitulo, sed totum quidquid fuit emolumenti a Conventu Bellicensi certo certius ex quo illi adunata fuit semper perceptum fuisse; canonicis nihil omnino in ea juris existere, Conventui possessionem plenam semel iterumque additæ juris solemnitate acceptam, multorum annorum usu pacifico constabilitam esse; obsequia divina in eadem ædem non a Canonicis, sed a se per subdelegatum sacerdotem, suis semper sumptibus et curis exhibita fuisse, ipso etiam Capitulo sciente, videnteque ac nunquam reclamante contestati sunt; et omnium horum veritatem partim cartis, partim testibus, et edito inquisitionis volumine dilucide comprobarunt; sua quoque a Sede Apostolica privilegia, et certa Statutorum suorum jura circa monachorum, conversorum, donatorum sepulturam, ipsius quoque Blanchi edictæ professionis actum produxerunt. Illa quoque permulta quæ ratio et æmulatio suggereret ultro citroque sunt dicta, lite per decennium integrum prorogata, ac per Capitulum, ut fertur, a libero fluxu suo per positos de industria obices (obices?) refrenata; cum interea moras patiendi monasterii materias ingruens commemoratas supra piscationis rixas excitasset, et excitatus summa contentione deduceret. Conventumque aliis aliunde litigationibus, et morbo epidemico miserabiliter afflicto, cum festis gravissima annis 1474 et 75 toto consulatu Castrensi grassans ingentem populi multitudinem, et monasterii non parvum numerum, ut in tabulis Carthusiæ Capitularibus est videre consumpsisset; et Tholosanam civitatem, depopulatas senatum, in varias per circuitum urbes secedere, et forensia interim silere, aut saltem demisse resonare jurgia compulisset. Sed anno tandem 1480, 24to maii senatusconsulto definita fuit omnis quæstio, et sepulturæ controversia consepulta: Quo videlicet Senescalli judicem male judicasse, ac pejus processisse, defunctique Blanchi corpus ex Stæ Jacobi Villagodonensis cæmeterio eruendum, et Carthusianis Bellicensis restituendum ac priori loco et tumulo reponendum esse curia pronunciavit; quod et effectui non careret Dñus Anthonius de Boys a Senatorum numero unus de Curiæ mandato in Conventum venit, non statim quidem; sed anno tantum, quia causæ nescitur, sequenti; inde castras ad propositi sui perfectionem advenit: sed mandata peracturas improvisum laborem habuit; eo quod nec Blanchi quidem sepulchrum apud Stum Jacobum certum esset; et adversariorum livor præcisæ ossium juris eductioni sepulta desuper per insignem proteriam mulieris, necnon et defuncto ex pestifera hac homine ambiguitatem et periculum adduxisset. Utrique tamen difficultati per testes et medicos sane et securè satisfactum fuit; cum a veterano Cive oculato teste tumulus indicatus, et ab illis præsidio suffitus et amuleto munitis contagiosa humus et ossa sunt egesta; mulieris deinde ossa per craniorum juris suturis suis a virilibus distinctum bene cognita separatim sunt posita;

ipsum tandem quod quærebatur Blanchi reliquum affprime notum a profundo erectum et ab omni vindicatum obscuritate in lucem venit.

Igitur penultima maii anni 1681 in scindicis canonicorum, consulum Castrensium, ac numerosæ plebis aspectu egestum a cœmeterio Stæ Jacobi Dñi Blanchi non jam corpus, sed quod de corpore atque ossibus ejus reperiri per sedulam indagationem potuit - ante illius Ecclesiæ præcipuum altare collocari, indeque paulo post - nigro primum, et post modum aureo contectum velamine post - solemnes preces senator consulibus, et Castrensis curiæ stipatus officialibus aquatuor illius Ecclesiæ sacerdotibus extra civitatem offerri, deinde laicorum manibus quorum ad id spectaculum ingens erat numerus asportari tandiu mandavit, donec ad cancellum quâ Stæ Jacobi, et Stæ Petri de Avitibus parœcia dividuntur pervenirent. Aderant quoque præter laicos Ecclesiarum Stæ Jacobi et Bteæ Mariæ de Platea sacerdotes complures, Stæ quoque Francisci et Dominici religiosi qui suo devoto et cœtu et cantu funus prosequebantur, e confinio Stæ Petri Avitensis Rector cum cereis, incenso, aquâ expiationis, et erecto crucis vexillo sociatus gregario, ac integro Carthusiensium Conventus per ordinem procedente accurrens Castrenses ab onere relevavit, et omnes ipsum multis jam laboribus et caro pretio redemptum, ipsis etiam e civitate Castrensi religiosis, sacerdotibus et laicis subsequentibus in conventum introduxit, atque ima primariæ altaris gradu pie simul ac honorifice deposuit. Hinc sus exequiæ peractæ, preces renovatæ, missa per monachos celebrata, psalmi decantati, et quidquid suffragiorum commercio exhibitum fuit. Inde ventum est ad cœmeterium Claustri majoris, ibique in priori tumulo redditum est terræ debitum suum, et Blanchi corpus ecce jam tertio intra communis matris nostræ viscera inde nunquam novissimo exulaturum die reconditum fuit. Hic controversiæ finis fuit, quia ille defunctus in assequutus est, ut cum sepultura ejus toties innovata fieret - (ut ita dicam) insepultus ipse quidem plura in migratione obtinuerit precantium vota et suffragia; memoriam vero sui aliquin satis obscuram posteritati abunde commendaret: cum (quod vivens minime potuisset) mortuus de Castrensi capitulo triumpharet, et victoriæ trophæum etiam in pulvere jacens conservaret: cum ei in perpetuum rei bene gestæ monimentum erectæ, et capitis regioni infixa crux e lapide hinc Jesus, Maria, illinc Lilia florem cum Blanchi nomine insignis victoriæ signum existeret, hostibus vero majores multis in ea lite prosequendæ laboribus et impensis id consequuti sunt, ut ab eo die Canonici Castrenses ab omni Targensis Ecclesiæ jurisque illius prætensione, ac petitione cessarint.

Cessaturus quoque jam ab hac eram Ecclesia, et ad Fontisancensia negotia perecturus; sed fore immisericors civis retraho pedem, ut de grestoris pratis in Targensi solo sitis aliquid quod scitu dignum occurrit exponam. Hæc Targensis Decimaria circuli contenta nulli nihilominus subjacent oneri; nullius illis insistit

Negotia Ecclesiæ Targensis, et Ecclesiæ de Fontiana.

Dominus, nullus in præsentiarum, ibi quicquam habere suum, se jactat appetitor. Olim quidem Reverendus Dñus Jacobus a Curnone Castrensium, Episcopus super illis se habere aliquid decimarum existimavit, sed vanissimæ spei umbra fallaci delusus fuit: re enim discussa ea decimas seminato non nisi pulverem messuit; possessione autem immunitatis nostræ per centum et amplius annorum tempus longissimum inveteratâ ipse, Canonici et quivis alius in illis absque dubio non habet quicquam. Quæstionem motam anno 1535 ex tabulis nostris edisco, sed judicatam nisi ad tempus et pro parte a Rectore non invenio; a tempore autem dudum præscripto rerum Domino certus nobis esse in totis illis libertatem omnimodam certo scio. Dicebat quidem mundi et juris hoc loco Princeps se Episcopi manere Targestam jure suo ad exposcendam, horum sicut et cæterorum omnium prædiorum toto Targensi decimario decimam, cum qui anno 1388, 15 Septembris Præsul præcessor meus cum Capitulo Canonicorum morum super eo transegerat terrarum Targensium decimas illis in portionem concessisset, prædiorum vero jura sibi reservasset: cumque hæc ab Ecclesia Targensi dependerent, et intra illius fines essent, sua perceptionis lege censeri extra dubitationem deberent, Conventus sua privilegia, suam fundationem, suum nunquam solvendi usum pro clypeo ad illa retundenda jaculo opponebat; transactionemque seu divisionem illam et intra alios gestam sibi nec acciri unquam necnam nocere aut obstare vel minimum posse asserebat. Pertibus pro utraque parte auditis, omnique formula juris observata Delegatus a curia eodem loco jus dicens 16° Septembris illius anni Conventum manu tenuit, cum sic illa 7ª præcedenti die interim judicasset, donec re melius cognita quæstionem in perpetuum decideret, edicens nihilominus ne inter moras Episcopus et quivis actor jus Conventui super eare molestiam inferret. In hoc circa quæstionis hæc fuit meta curis tationis, et ab omni deinceps jus ejus modi mussare in cursu illius Præsulis et successorum ejus abstinuere cursores: ego vero ab hujus Targensis seu sa jam quietâ ad Fontianam Ecclesiæ negotia excurro.

In Fontianâ Ecclesiæ ex quo a Conventu Bellovisano possideri cœpit provicariâ nominatione nulla, pro decimarum vero perceptione lites quam plurimæ prosanarunt antiquiores omnes jam anni 1491 recentissimæ, judicatæ transactione inter Conventum ac Rectorem ex una parte, et Fontianenses parochianos ex altera processere tunt: quæ scilicet ad decimarum solutionem, et ejus inter abstinuerunt. Fructuum omnium, lanarum, agnorum, caseorum, cum ovis, lini, florum, et anserum decimam quamque partem; porci decimam; pro vitulo, pullo et ovino duas duplas, id est viginti denarios Turonenses, et insuper quilibet parochianus, porcum gallinaceum unum quotannis solvere isse obligarunt.

Cum Rectore anno 1518 lis agitari cœpta Carcassonæ, sed per transactionem composita conquievit, quæ nimirum 8 Aprilis illius anni Dñus Anthonius Durantius eidem Ecclesiæ a Conventu Priore Vicario

sic

Negotia Ecclesiae Sti Clementis de Fontiano --

in perpetuum instituta, id a conventu acceptum retulit; cum Prioris officia gaudere, se vero in illud regimen illius benevolentia promotum fuisse; eidem conventui tenuam Priori frumenta, legumina, caeterorumque granorum, ex quatuor partibus trinas; aliorum autem omnium et quorumcumque etiam quae mensalia emolumentum spectant de tribus partibus binas pleno jure debitas esse proprio, ac publica per notarium scriptura declaravit. Conventus vero benevole ac dilectionis ergo eidem Antonio nec Petro nepoti successori sibi jam destinato (non autem successoribus eorum) omne illud manuale ad vitam fruendum dimisit. Paulo post idem Antonius aetate provectus cessit beneficio, et eumdem Petrum a conventu successorem habuit, et Deo dicatum esse sedentem in solio suo visens vidit; qui patrui vestigiis inhaerens quae ille pactis fuerat penultima julii ejusdem anni quod se rata in futurum esse voluit, et scripto exaravit.

Non sic Fontianenses, quorum aliqui anno 1550 cum his quae per majores suos et conventum transacta fuerant non satisfacerent, et detractionis a pristina decimarum solutione vias inquirerent 10 aprilis ejusdem Carcassonae judicis sententia repressi sunt et ad integram solutionem juxta emanctam a patribus suis consuetudinem, condemnati sunt. Idem quoque judicium alibi expertum est, qui cum apertam evadendi viam non invenirent, interpretationem cavillas investigantes Canapis quidem, massilioe decimam foeminae vero nullam concedebant, sed eodem judicio detorta obliqua vestigia in directum convertere coacti sunt.

Anno 1595 exorta nova quaestio novum litis incendium excitare videbatur; quae nihilominus cito extincta fuit. Cum enim nosse cupiens adverte parochialem Sti Clementis Fontianensis Ecclesiam uno circiter saeculo similiari a Fontiani oppido disjunctam, ob frequentes hostium incursus, et patronum deprecationes sensim frequentari desisse, et Fontianenses cum ad eam secure accedere non valerent, ad aliam Sti Petri eidem quae Fontiani est devotionis causa a patribus diserte solitos esse. Unde effectum est, ut quo amplius ista accederetur, frequentia, et donariis aucta celebris apud Fontianenses evasit, eo illa majora in dies detrimenta, et ruinam persensit, et tandem in solitudinem redacta et magna ex parte prolapsa fuerit. Illam nostri majores ut antiquiorem, ac patroni Sti Clementis titulo gaudentem in pristinum decorem reducere, ac in illius restaurationem sua patrimonia impendere, quam in hanc recentiorem, alteri annexam, ea conferre satagebant. Fontianenses in adversum tendebant, et expensas inutili labore ac nullo fructu in aede Sti Clementis ad quam vix ullus accederet collocari, commodius vero in Sti Petri Capella quae frequens totius populi concursus erat convertit asserebant. Habendam temporis et locorum rationem, et Fontianensium desiderio satisfaciendum, statuit Patres existimarunt, et Fontiani consulibus sexaginta sex libras, tredecim solidos, cum quatuor denariis turonensibus 22 augusti anni 1535 in opus Ecclesiae Sti Petri quod eumdem locum contulerunt, eaque summa ne amplius ad alterius Ecclesiae instaurationem agi possent aut deberent ab ipsis consulibus totius Fontia-

nomine publico ac solenni actu professionem acceperunt.

Villardonelli ob Ecclesiae a Lupaterianâ Conventu in castrensem simul cum Fontianensi derivata jura nec valde notata digna negotia Bellovisanis nostris acciderunt. Cum actore quidem, regio anno 1471 nescioquis litis intervenit; cum ille Regis nomine tasquas, landimia, census, et alia directi dominii jura illis crispare tentaret; isti contra jus sibi Ecclesiae Rectore altae, modicae et imae justitiae quae Regem spectant aliquid sibi addicere conarentur. Haec deductis hinc inde quamplurimis dum suis quisque attentus rebus propriis plus aequo indulget affectibus intricata, Senescalli sententia 15 maii anni 1472 omni plenè sublata est, et res prius aspera in planum deducta: cum ille Regi justitiam omnem, cetera Conventui et Rectori propria esse et remanere in futurum declaravit; utrique vero sibi in his suâ sententiâ sic divisis in posterum fruendis molestiam invicem efficerent ordinavit. Ubi volunt, sic contingere deinceps vidit, nec ulla amplius exinde suborta controversia tribunal ejus occupavit.

Anno Dñi 1579 mense octobri domus quam Vicario Ecclesiam regenti Conventus Prior assignaverat, torcularis officina Ecclesiae contigua, et ipsius aedis sacrae pars magna inauspicato et improviso casu conflagrarunt: cum Vicarii Dñi Blasii Gasterii duo nepotuli accensas incautè paleas vini dolio admovere nisi, at musiculae vinum per junctoras exugentes absumerent pendentis in sublime ignis acies tabulatis proximis paleis et sarmento confertis admoverunt. Avolantes enim in altum, et fugientes ignem, musiculae toedâ passeguti puerilem ludum in maroreum cum insigni jacturâ nostrâ converterant: nam flamma in proximam materiam desiliens omnia domus tabulata et postmodum torcular tam rabidè depasta est, ut neque vicinorum tectorum succisione, neque aquae infusione, nec ullo denique accurrentium civium conatu et jurgamine exstingui, aut modicum cohiberi potuerit. Quin imo tanto aestu in Ecclesiae tectum irruperit, ut qui illud suppetias allaturi conscenderent, cum nihil proficerent, jam semiusti fugae sibi salutem quaerere, ac scalis aut alta pericula effugere coacti sint. Haec, non alia Villardonelli ob Ecclesiam ejus Conventui nostro quondam unitam, Patribus nostris obvenisse negotia reperi; omnia vero ut unionis Bullâ initium, apud Lupaterienses habuerant; sic contraria separationis Bullâ anno 1618 promulgata apud nos Tholosanenses finem acceperunt: qui nimirum hanc Villardonelli Ecclesiam inter ceteras minus utilem, cum Ecclesia Ste Petri de Cognitis Tholosae ab Abbatia Ste Petri Moyssacensis dependente, commutavimus; et hac commutatione reditus quidem Tholosanos viciniores et commodiores effecimus, et multarum litium, cum Ste Petri Priore jam orirî coeptarum, germina suppressimus. Superest nihilominus unum Villardonelli intra moenia hospitium, ex antiqua quidem Lupaterensium successione venerabile dignum, et olim non neglectum; sed nunc cum nihil Villardonelli possidemus prorsus inutile; cumque vicinam

Negotia Sti Joannis de Grasano et Ste Cecilia.

minuer, conditione potius egere quam reparatione censerem: nisi forte status quis existimat ob antiquitatis memoriam servandum, et tempori (cum alias nulli subdatur oneri) ut aliqua altera, maneant antiqua possessionis vestigia dimittenda.

Biterris Prioratus, Sti Joannis de Grasano, cum annexa eidem Ste Vincentii Ecclesia una ab urbe miliario Rmus quondam Dñus Bartholomeus Episcopus et Ste Lazarii Capitulum, Conventui de Bellovisu anno 1394, ut supra retuli, pia beneficentia concesserunt. Ses meum, et tuum, frigidum utrumque verbum, benevolae donationi cum negotiis invenitur. Nam Episcopo quidem quotannis frumenti decem, et hordei quinque estaria reservata sunt, et nos semper huic onori cervicem supposuimus: Cum Canonicis vero non potuit sic quiete Conventus agere, quin perceptio decimarum, potissimum ex oliveis quarum illa regio faracissima est negotium faceseret: Sed 10 novembris anni 1497 otium negotio contigit tum, utique pacis foedera per transactionem, pepigerunt; qua minuerunt Canonici media olivarum ex decimis parte contenti, nobis aliam dimiserunt; et nihilominus Conventum, ad quadraginta libras turonenses sibi solvendas addixerunt, eaque conditione omnem Episcopi super ea repetitionem (si qua de novo procederet) suis sumptibus se amoturos promiserunt, et promissionem suam actu 12 maii sequentis anni 1498 repetito sanctorem fecerunt. Jura vero nostra cum Episcopo et Capitulo sic dividimus; ut Episcopo dimidium vini, reliquarum fructuum Capitulo pars item media obvenial; aliam vero vini ac fructuum partem dimidiam Conventus sortiatur in munere.

Sanctae Caeciliae (quam dicunt Montanearum) cum annexa sibi Sti Jacobi Ecclesia Ecossensi finitima anno 1455 Rmi Dñi Joannis Boucherii Vaurensis Episcopi beneficio sopedicto Bellovisui ad quartam partem unita eidem non sine judicio remansit: nam ob primitiarum jura cum Mgro Damiano de Montemoreno Ecclesiae Rectore anno 1495 contigendum fuit. Cum enim ille primitiarum omni portione spoliare Conventum niteretur, et Parochianos aliquot ut sibi bibi eas redderent in judicium provocasset: provocatis Conventus adfuit, et susceptis litis patrocinio primitiarum jura semper ex aequo cum Rectore divisa et possessa Vaurensis Officialis sententia 28 martii praedicti anni lata conservavit. Hodie ut ea parochia primitiarum nihil exigitur, nihil recipitur; sed illarum loco decimae ad decimum exsolvuntur.

Anno 1533 Revmus Dñus Georgius de Sylva Episcopus indebitam Conventum lite vexavit. Nam indictas a Rege Vaurensibus beneficiis coequans decimas nostrum Ste Caeciliae beneficium in earum partem venire jam ab anno 1522 decreverat, ut Patres nostros indictioni suae semper repugnantes experta fuerat. Visum est illi aliquando ovi aperta id assequi; et sequentes beneplacitum ejus Conventum nostrum

indictâ summa spoliarerunt exactores sui, sed damno et rubore prædictis sibi. Conquesti enim cadere Parisiis coram magni Consilii judicibus Petrus noster exactas per vim pecunias cum expensis sibi restituendas obtinuit, et Vasconensem Episcopum, Sancti Cæciliani hujus beneficiati, in cujus licet diœcesi situs suis subjicere decimis jure nequivisse dixerunt, nebis in diffusum plecteretur; quod Castrensibus a primâ anni 1516 fuerit impositione cum capite suo conventu comprehensum, et exinde quotannis cum eodem Stî Petri Ruthensis Ecclesiæ simul et semel ac membrum eidem instarent decimali Castrensium partitioni ibidem addictum; essetque antiqua decimarum Paschalium adquarum instar regia ista constitutæ fuerant consuetudo; at vicina beneficia præcipuum solvendo tanquam caput membra sequerentur; quod ipsum in similibus eodem tribunali regio jam judicatis causis ut certum existebat; sic in istâ decerni debere ex pari conditione contenderunt; et 21 aprilis anni 1533 arresto (quod latè dissertque dictum asservamus) consecuti sunt. Quo videlicet Episcopus ad restituendas conventui triginta quatuor libras cum novemdecim solidis monetæ turonensis pro peraga habitas cum expensis adactus est; et consequenter eodem anno decembri mense procurator monasterii repetitas exactiones et expensarum summas ab Episcopi receptore usque ad novissimum omnes denarium recuperavit.

Ambas illius beneficii Ecclesias loco campestri sitas, ac temporis injuriis undequaque expositas resarcire multoties opus fuit; et in eam rem non parvam pecuniarum vim habita portionis ratione majores nostri prompto semper animo quoties fuit necesse contulerunt; nec se ulla unquam lite ad hoc pietatis opus urgeri permiserunt, quod equidem complurimis qui apud nos sunt actibus; nominatim vero ultimo 5° julii 1538 transactione manet indubitatum.

Non videtur omittenda quæ pro principalis Ecclesiæ limitibus anno 1529 accidit controversia. Extra Stæ Cæciliæ districtum, quidam villa per grandam, Raymundum Fabri dictum Le Saint-homme (bis) constructa circa illud tempus; terris in circuitu per eum exaltis quæ antea sitæ squallebant post jactam sementem instante messe quæsitum est inter fratrem Joannem de Motta monachum, capitulis Stî Benedicti Castrensis Priorem, Prioratus de Podio Gayrando, et Magistrum Joannem Segueriæ Stî Affricani Rectorem ex una parte petitores; ac Rdum Dnum Vasconensem Episcopum, Priorem monasterii Bæ Mariæ de Bellovisu Stæ Cæciliæ Rectorem, et Mum Joannem de Montemorenso vicarium ejusdem Ecclesiæ perpetuum defensores ab altera, quibus ex utraque parte deberentur illius villæ ac novalium ejus decimæ, cum partis utriusque fructuum redemptores eas venditorum suarum esse propriæ contestarentur. Ventum est ea de re ad Dominum Guidonem Lagerii Villalongani judicis Locumtenentis tribunal. Index ad contentionis locum venit, et productos hinc inde testes recepit, rogavit, audivit, et per eos asserta carthis commendavit. Ex parte nostrâ decem testes

unanimi voce ac scripto eos limites (quos in ipso adhuc viderent) designarent, qui villa hujus terras quæ bti materiam præbuere comprehendant; licet aliqui eorum paucis abhinc annis ab antiquo statu transpositi apparent: illis finibus contentos agros decimationi Ste Cecilie subjacuisse semper, ægrotantes in illis aut decedentes ecclesiasticis sacramentis et sepultura per hujus vicarium Ecclesie solitos curari, idque novissime circa parentes, consanguineos, affines et domesticos ejusdem fabre sic effectum fuisse; ac non ita veteri facto satis certum ex adire. Contigit enim ante annos circiter triginta duas mulieres Cassenagas nomine de Issensi scenderio in Recosa rivulo de St Bugo qui ex assertis finibus esse erat arenam effodere quæ usui erat in mundandis perficandisque ex stanno vasis, et interoperandum mortem repentinam obire: lapis enim ingens ex superiori tumulo sua mole precipitatus ambas oppressit et extinxit; qui casus illico Sti Officiani et Ste Cecilie Rectores in questionem movit, cum utrique data cruce, comitantibus parochiarum procuribus, et ipso Sti Officiani Dño temporali ad efferenda cadavera adverit; sed facta et clausa collitigatione Ste Cecilie Rectori jus attributum fuit, et miseræ mulieraloe ad sepeliendum illi sunt dimisse.

Ex parte alterate testes similiter adducti et auditi; processus clausus, et dies utrique parti ad judicium ferri videndum et audiendum dicta: sed diffidens actibus suis Prior Podii Gayrandi novos ad probandum articulos exposuit, et ad probationem admissus fuit; a quo cum appellatum esset, appellatione recepta causa nihilominus ad priorem judicem senatus consulto reducta fuit. Ibi nihil deinceps productum, nihil judicatum extitit sed in decisa questione nostra possessio longi temporis tracta firmata vires sumpsit.

Podiicherii Ecclesia possessionis ordine jam successit, quæ decimas a vepribus et spinarum (litium inquam) fruteta conventui semper protulit. Nam Episcopi quidem Carcassonenses presentationem Vicarii perpetui nobis attributam torvis sepe oculis inspexerunt. Equibus usus circa annum 1414 cum ablatus a Conventu nostro propulsasset, et alius intrusisset, Conventus usurpationem non ferens pro suis juribus stetit. Disceptatum est apud Palatinos in curia Parisiensi libellorum supplicum senatores; illi Episcopo magis favuerunt, eidemque et intruso Michaeli, alias Petro Claustre, nomine Vicario beneficii usum pendente lite adjudicarunt: Conventus iniquè ferens ad curiæ judicium appellavit; appellationem curia 3 augusti anni 1415 arresto approbavit, judicium superius improbavit: Episcopum et Michaelem de statu causæ dejecit; et Conventui Carthusiano perpetuam et incommutabilem esse Podiicherensis Vicarii nominationem declaravit. Itaque cecidit de cœlo et corruit in terram quicumque nobis obstabat, et superbe nos vulnerabat malus Angelus.

Cum vicariis vero et rudi plebecula dissidia, lites et negotia continue prope emersere, quibus nec dum finis impositus est, et adhuc subjudicalis est. Nam Vicarii quidem quibus olim ex primæva Dñi Arnaldi Sti Eustachii Cardinalis Diaconi qui Conventum in eo Prioratu antecessit confecta anno 1313 institutione multa

honorum portio pro Ecclesiæ obsequiis et onerum sustentatione obtigerat, omnia tum bona tam jura vel scienter dilapidarunt, vel insigni negligentia sibi deperire, ac prope in nihilum redigi (proh pudor) permiserunt. Quinque præmeste inopia quid agerent, aut quo se verterent non haberent, in nostras semper summi remedii loco manus respicere, et nostra vel prece vel lite auxilia implorare non cessarunt. Neque autem existimet me de ejus vivo Vicarios illos carpere, et eum illos negligentiæ administrationis coargue indebitam illis injuriam et calumniam irrogare, perlustratis antiquioribus Cathedrarum nostrarum monimentis quid olim in proprio habuerint, et postmodum sibi evanescere permiserint refero.

Anno 1332, 29 aprilis qui tunc illam Ecclesiam Prioris vice regebat Dñus Raymundus Melisius Podiocherici civibus molendinum quoddam in flumine Attacis Vicariæ propinquum cum terra eidem contigua in feudum concessit, et decedentium ex hac luce lectos cum sex denariis turonensibus quos ex antiqua consuetudine recipere, tam ipse, quam qui eum præcesserant soliti erant eisdem remisit. Illi vicissim Vicario et successoribus quatuor bladi modia pro molendini censu, et pro quolibet decedentium lecto decem solidos turonenses perpetuo reponiserunt. Neque id satis; necdum exclusis tribus mensibus 25 silicet junii quidem annui reditus annuam vigintî cestariorum bladi frumento, ac secali permixtum constantis (arraonem vocant) quem Dñus Podiocherici temporalis ob molendinum suum in eodem flumine constitutum eidem Vicario annuo jure debebat, et solutionem negligebat, inofficiosa negabat iidem cives in se recepserunt et Vicario annuatim pensitare altera transactione sponderunt. Alia quoque transactione biennio post 13 silicet Aprilis die anni 1344 ad olivarum decimam, et hortorum vigesimam quamque partem Vicario solvendam sese addixerunt, et expensas convivium ad quæ in præcipuis festis presbyteris ac clericis omnibus ex antiquo more devinctus erat abrogarunt. Hæc inquam omnia in sui subversionem Vicarii Podiocherienses effecerunt; et hæc olim Vicarii necnon et census aliquot cum laudimiis et omni directa dominatione (ut ex recognitionibus liquidum est) possiderunt. Anno vero 1418, 2 junii iidem cives junctis sibi Bellovisensis Priore Conventus totam vini, olivarum, et olerum partem quæ Conventum contingebat eidem Vicario attributam voluerunt; Visitationis ac Procurationis quoties contingerent expensis ad medium partem propriis sumptibus eum relevare et de triginta manipulis segetum trigesimum quemque eidem concedendum voluerunt. Hoc quisquis æqua lance libraverit Vicario in congruam portionem satis esse ac superabundare si suo statu permansissent animadverteret; et nihilominus post concessiones istas Vicarios ad inopiam redactos, et omni fere annuo reditu destitutos esse mirabitur.

Negotia Ecclesie B. Marie de Podiocherico. -

Horum certe negotia majores nostri ut propria suscipere, atque ab omni aliena oppressione illas vindicare semper conati sunt. Hinc est quod cum Podiocherici quoddam hospitium, Ecclesie ab occidente vicinum, et ab hac parte atque ab altano et aquilone viis publicis, a meridie vero domo Bernardi de Pesens definitum, et tam Prioris quam Vicarii directo dominio subditum, monachi de Gratia hereditarie possiderent, et Dñus Petrus Sabaterius ea tempestate vicarius juncto sibi Priore suo illos ab hac possessione deturbandos censeret; cum jam utrique ad litis pugnam parati in aream descenderent, Prior Bellovisus pace pregnans, dirimere ac negotium certis conditionibus componere magis a re sua, et Vicarii futurum duxit. Itaque 12 junii 1422 ab arbitro consensione electo illud hospitium, monachis proprium remanere, censum vero duorum solidorum turonensium, conventui de Bellovisu, et castario, hordei unum, vicario perpetuo ab illis exsolvi decretum est. At qua vero Dñi jactura laudimiorum fieret, cum domus ad manum mortuam devenisset, duos cum dimidio solidos bone fortis et antique monete unique Domino ut indemnes fierent - ultra constitutum censum, in festo B^te Marie semper Virginis assumptoe reddi; siquando vero in laicas devolveretur manus laudimiorum, antiquo jure ac censui domum reponi debere sancitum fuit. -

Eodem ipso anno ac mense cum idem vicarius et consules, et Ecclesie operarii variisse questionibus ob vicariatus, et operis jura maxime vero propter funerales sumptus, et minutas decimas, anserum, et aliorum id genus decimas immiscuissent, Prioris de Bellovisu sollicitudine ac permissione 15 proximi mensis die composita pacis transactione, unum unique amice tribuendo scriptos tricis expeditos reddiderunt, et processu liberarunt.

Anno 1429. idem Sabaterius rebus superioribus non contentus in septem cestariatas arabilis terre antigneas Ecclesie Podiocherici dominium a Conventu de Bellovisu possessas injecit oculos et desiderium. negavit primum conventus; sed actione in arbitros compromissa, et illis magis ad Vicarium propendentibus cessit non invitus possessione pristina, et 15 januarii ejusdem anni illas Vicariatui attribui permisit in sue portionis augmentum, illas etiam ab omni decimarum nostrarum servitute liberas, quamdiu in propriis vicarii manibus excolentur. Sunt autem ex illis duce (signum enim reor illas hic censere) loco dicto a Lyera de la Gleysa Altano, circio et Aquilone viis publicis junctoe, meridie vero Dñi Podiocherici et violoquodam definitoe; alioe duoe ad Causel Altano et Aquilone via publica confrontatoe, circio tenentioe Dñi loci vicinoe, meridie rivulo del Causel contiguoe; tres reliquoe unus solidus loco dicto a la Carriera de la Bastida ab Altano et meridie terris Arnaldi Marcilha, circio vero vioe de Bastida colligatoe. His pactis dictis Vicarii Priorisque directitatem de qua jam semel iterumque sermo incidit,

Negotia Ecclesiae Bte Mariae de Podiocherico. -

antequam caetera exsequar negotia opere pretium videtur subjungere, et utramque hoc scripto et loco indere.

Vicarii quidem, censuum, professiones apud nos existant antiquae uno pergameni volumine 24 per Magistrum Guillelmum, clericum, publicum Carcassonae notarium, annis 1356 et 57 tabularii sui notis exceptae, et illa forti membrana exscriptae. Recentiores vero habemus quatuordecim annorum, 1422 et 24 uno libro ex charta corroso comprehensae. Nostri vero Prioratus sunt nos pauca anno primum, 1422 13 junii et sequentibus Dno Petro Marcellario Procuratori exhibitae; postea 1479, 1 junii et aliis subinde diebus Dno Joanni Vendero Procuratori redditae; anno demum, 1506, 11 maii et continuae succedentibus Dno Petro Commodio procuratori a possessoribus beneficiariis editae. Haec commoditas per transennam; ad negotia redeo.

Anno 1530 oborta inter Carcassonensem Episcopum et Conventum Bellicosus gravis pro decimarum perceptione controversia cum diu satis fuisset protracta mense martio protelari desiit; cum utraque pars dissidia declinans ad remedia pacis inclinavit et compositores aequos placido consensu elegit, qui negotio mature perspecto post auditos Podiocherici Ecclesiasticos et laicos testes non a mensi sententiam in scriptis protulerunt; qua Episcopo ex bladorum decimis quartam quamque partem, Cantharensibus vero reliquas assignaverunt. Exinde Episcopus et Conventus face interne constituta conjunctis viribus et copiis rebelles ad solvendum Podiocherienses commissa erant Senescallo et Senatu litis pregna profligarent. Cum enim illi Episcopi ac Conventus conventionem molestae ferrent consueta utrisque decimarum jura concedere recusarent, sed instructa apud priorem judicem aciem inquisitionibus factis, scriptis et productis ad rectum a quo declinaverant sicenter tramitem reducti sunt. Dictum est Senescalli sententia tunc lata ex septemdecim segetum manipulis Episcopo et Conventui conjunctim duos; Conventui vero separatim ab Episcopo ex octo agnis et octo lanae centenariis sequentalibus unum deberi. Agnoverunt Podiocherienses hoc judicio, et eam se apud Parlamentum Tholosae melius habituros sperarent, illuc ad remedia inquisitionem perrexerunt; sed nimia medicamentorum exquisitio in gravescentis potius morbi testimonium est, quam aegritudinis medela. Hoc Tholosae experti sunt, quod persenserunt Carcassonae; inde enim non aliud quid decreto retulerunt, quam quod Senescalli sententia sortiti erant. Agnoverunt igitur vel sero morbum suum, et haec decreta velut salutiferas potiones licet cum amaritudine conjunctas vel invite hauserunt, et inclinatum ex hoc in hoc calicem omni fece exinaniente indesinenter gustent consequuti sunt, et deinceps decimas sine turba perceperunt.

Episcopales et civiles Podiocherici concertationes pro virili exposui; superest de Vicariis in nos bella movens libus quod cognitum habeo explicare. Illi nostra proles; nostri sunt fructus uteri; quippe quorum electio et oblatio

Regestum Ecclesiae Bte Mariae de Podiocherico. —

nostro formetur in alvo et a nostra penitus conceptione dependeat; nec alii in illius Ecclesiae residerint unquam cura et regimine quam quos ad monasterii naturam nostri, et ex mellitis recentibus et veteribus extat in Gazophylacio nostro monimentis quae recenserebic sigillatim, supervacanei esset operis, Episcopi carcassonenses obmurmurantes quandoque, quandoque postulantes a nobis nisi formadigni diplomatibus induxerunt. Illi autem (non equidem omnes, sed illorum aliqui) vitam sibi nostri effusione cruoris, et accretionem suam nostri discissione ac vulnere ventris acquirere sepe satagerunt: cum ipsos et nos propriis contentos quiete agere, ac ducere spiritum, mavis permittere debuissent. Dispensatis scilicet, et dissipatis male fortunis suis, cum quod supererat sufficere sibi non putarent, nostra dividere, et ex pallii nostri exciti parte protracta sese operire curaverunt: sed pallium breve non operit duos, ut nec lectus angustus capit duos. Illo enim diviso nemo vestitur, et ab isto necesse est ut alter decidat. Duo illorum omnium infensissimi nostro congruae portionis petitione fortiter sollicitarunt, longoque ac difficilimi processu certamine fatigarunt. Primus quidem,

Joannes Bonet-mensio quis vicariae potius fraudulentus invasor, quam verus aut legitimus possessor anno 1579 spreto Conventu Patrono via permutationis suppositiis litteris usus et in Vicariam intrusus illico in Conventum recenti vastatione ruinis desolatum, litem movit, et D^no Carcassonensi Officiali de reditibus nostris suos augeri, portionique suae accretionem fieri postulavit. Conventus fraudi vicariam reperit, et alium suo utens jure instituit; ac super possessorio ejus fieri postulando contendit. Fuerat tunc Conventui D. Petrus de Monte strenuus nostri juris concertator, et magni duxit meriti ac virtutis, qui cum fortiter hostem persequitur ut comprehendat de coelo sentit auxilium; cum divina permissus manu falsarius vitae manere in decisa lite desinitur. Qui nihil hominus cadens in terram falsitatis suae semen, fecit pullulare relicto successore Joanne Boyer Marcilhetensi presbytero qui mentito Bonetti jure uti conatus est; sed ejus Officialis sententia 5 junii anni 1581 promulgata repulsam tulit; quo minus, Bonetti litteras falsitate refertas esse, eundem ac Boyerium a vicaria quae illo expungendos; Conventum a congruae portionis petitione relaxandum; et Vicariam de novo ad nutum ejus conferendam esse pronuntiavit. Prostratus hoc judicato Boyerius in supplicationem summetavit litem; eumdemque perpetuum, ut sua Podiocherici vicaria, pronunciari coegit: ille vero qui superbus, rebellis et perfidus reperit subjecto, ejus supplicem effectum complexatus hoc donavit annulo annulo, pisanoque baculo et investivit beneficio.

Qui autem Boyerio successit D^nus Bertrandus Guo omnium qui ante se fuerunt inimicissimus obtinentissima lite nos insequens invidia et odio in Conventum nostrum religiosos omnes longo intervallo superavit. Cum ab beneficii Conventus nostri munere Domno Guillelmo Longo Priore anno 1583 consequutus fuisset, statim ut possessor sic impugnator exstitit, et quam cito de acceptis gratiis egit inimicitias

exercuit: Ascendam, inquit, et ero similis Priori, sedebo in monte praecipuae dignitatis, et aequalis possessione in lateribus Patroni, super altitudinem omnium qui hoc loco consedere fuerunt ante me; eumque sibi decimales fructus nobis cum ex aequo dividi eorum judice postularet difficilis et prolixa lite nos impugnavit, sed non expugnavit; quin imo quo altius per quosdam prospera consenderat, eo profundius per sinistra tandem depressus fuit, eoque ipso certamine quod ad finem usque indefessa animi obstinatione cum multis judicibus prosequutus est tandem exinanitus et exanimatus cecidit, et nos erecti sumus. Primis quidem conflictibus in locis quo ad nos mente fugatus est, sed extremo certamine ~~quod diximus, atque~~ devictus, dejectus, et prostratus est. Cum enim ad Carcassonensis judicis Ecclesiasticum tribunal Conventum evocasset sortitus judicem, qualem scribit Apostolus prurientem auribus; a veritate cum de nostra cuditam averbet et ad fabulas adversarii nostri rese convertentem, multis verbis, scriptisque mendaciter et contumeliosè prolatis quibus potius poenam meretur dimidiam nihilominus quam expetebat et prosequebatur fructuum decimalium partem impetravit. Appellatum est ad Narbonensem Metropolitanum ex parte nostra, sed ille inflictam nobis a Carcassonae officiali plagam quam ejus remediis obductam iri sperabamus meo judicio crudiorem fecit, et introductum apud se litem suâ 27 januarii anni 1591 sententiâ priorem confirmando definivit, nosque expensis multavit. Mirum est utrumque Judicem ingrati hominis causam sic fovisse, ac sic ejus verbis et lachrymis fictè profusis cum detrita veste ac lacerâ tunica ad pauperiem ostendendam deciperi potuisse, ut nostrae justitiae causae omni fultam veritate ac ratione floccipecerint, et indignissimi hominis pedibus suppressam captivarint. Quare cum ille insolesceret, et nobis gloriabundè insultaret, ad supremum Ecclesiae tribunal Romanam Curiam extremum afflictis relictum rebus azylum confugere appellationis via Patres coegit. Et primum quidem obtentis commissoriis litteris adversarii conatus, cum nostris Podiocherici beneficii conductoribus molestus esset subdelegati Dñi Bernardi Audrici Metropolitanae Tholosanensis Ecclesiae Canonici prohibitione repressus est: postea vero ipso causam ventilante sic contendimus, sic rei veritatem, quam ille quo multis frustra emendicatorum hinc inde actuum nubilis acverborum ambagibus obvelabat deteximus, sic simulatos paupertatis larvam detraximus, ut demendatis fraudibus quibus priores sententias obtinuerat, hac tertiâ et ultimâ exsequutoris Apostolici sententiâ injustae petitionis effectum amiserit. Decima tertiâ sequidem decembris die anni 1597 judex appellationem probavit, nos appellantes admisit, et inter cetera, donec supremo judicio causam terminaret, per provisionis modum tertiam omnium et quorumcumque decimalium Podiocherici excrescentium fructuum partem Vicario assignavit; terras quarum ante nominis (quas dicunt las pessadas) tres numero definitive adjudicavit; et ad solvendam regiarum decimarum tertiam partem, jura Ecclesiastica, et Cathedralia integre supportanda

Negotia Ecclesiæ Bteæ Mariæ de Podiocherico. –

hominem condemnavit. Hac tandem massâ post ventilata diu nimis inaniter cornua graviter victus in capite procumbit humi bos; et effractis cum cervice viribus, a verbis et ictibus quibus nos ante fuls averat, deinceps adjudicata sibi quarta pars usufructus portione contentus sponte vel coacta abstinuit: qui post obtentas feliciter Carcassonæ Narbonæque suî favore sententias, hâc novissima dejectus illi similis est effectus fabro qui (ut est fabula nescio quis) et ungues exprimat, et molles imitabitur ære capillos, infelix operis summâ, quia ponere totum nescit. Vel ut sacræ scripturæ testimonio utar viro insipienti comparandus fuit qui domum suam super locum uliginosum aut super arenam construxit, at illis is adeo fluctibus et ventis, quia supra firmam fundata non erat petram, ruinam sensit. Hac igitur lege hic sancita conquievit tam ipse, quam qui postea post illum Ecclesiæ prædictæ profuerunt; is est tertiâ fructuum parte, terris supra memoratis, et integro manuali emolumento contenti vixerunt.

Cum vicariis bella tractatarues dimiseram eives; sed ecce jam fusi fugatique instauratis ordinibus redeunt in proelium inimici nobis sempiterni, festucæ in oculis, sudes in lateribus eo conventum, odio et livore persequuti semper: ut nullo fere tempore a litibus in eum excitandis abstinuerint; et semper quidem onera gravia pro Ecclesiæ suæ instauratione, eleemozynarum erogatione, concionatorum stipendiis adquæ vel nullo modo, vel nisi pro parte tantum nostra cogendi sumus nostris imponere solis humeris unis sunt; cum tamen ipsi nec minimo quidem digito suo ea vel tantillum movere unquam voluerint. Cumque nos in hoc opera multis vicibus permulta impenderimus, siquæ illi in ani labore ac inutili processu cujus nondum finis miserè profluerunt nostris sumptibus adjunxissent: Ecclesiæ suæ muros, tectum, pavimentum, et ornatum omnem quem expetunt multo majori splendore decorari, suoque animo integre satisfieri cernerent. Sed cum Episcopo, Vicariisque parentes a nobis ea solum requirunt, invectoratoe in nos maledicæ testimonium reddunt: nos vero toxicata eorum tela in hac concertatione non metuimus; qui eorum quæ per majores nostros et nos in Ecclesiæ instaurationem collata sunt memoriam, multis proditam monimentis ut piscicæ loricam tenemus; in qua possimus omnia tela nequissimorum in nos hominum ignea extinguere. Sed jam satis hoc si Podiocherici; Tyranum accedo.

+ Qui in supradictis beneficiis negotia expertus est Conventus in Ste Michaelis de Montefenesio secus Tyranum in Diœcesi Ste Portii Thomeriarum Prioratu non semper pacem habuit. Anno siquidem 1495 Jacobus Capellanus presbyter Rectorque Ste Baudilii Tyranensium, ab ipsorum certis nuntiis edidit Dnum Guillelmum Boucherium Ecclesiæ Cathedralis Turonensis Canonicum, nostrique monasterii Mecænatum, et hujus Prioratus sola decem librarum turonensium annali pensione viatica reservata, exarratæ superius resignationis actu Donatorem vitæ officiis perfunctum, 9a januarii illius anni obtentis ab Episcopo Ste Portii cujus erat intimus

familiaris, et thesaurarius litteris in illum sese Prioratum fraudulenter intrusit, et renitentem Conventum coram Vicario, seu Viguerio regio Syrani primum provocavit; a cujus judicio cum appellatum fuisset ad Senescallian Carcassonae, sententia ejusdem annis usurpata sede pulsus est invasor, et nos in resignatam a Dño Boucherio et adeptam, ab anno 1453 possessionem restituti sumus. Cui nolens morem gerere Capellanus eodem se jure hujus Ecclesiae quo Sti Bandilii Rectorem dictitans (licet non esset illa Rectoria sed Prioratus nuralis sine cura) Collatoris sui Sti Portii Presulis auxilia imploravit; ut immeritum quem ab eo titulum iniquo ferret sua authoritate ac censuris tueretur. Ille ut in alienam messem falcem immiserat, sic eam sibi asserere cupiens, Collationem a se factam novis actis munire; Capellaniam in Ecclesiae regimine ac possessione servare: Conventum nostrum monitionibus, citationibus et excommunicatione, acquibus post-fulminatis per Vicarium suum censuris coercere, perterrere atque a legitima possessione quantum in se erat deturbare. Quid agerent fratres in hujus discriminis bivio constituti; cum vel censuras incurrendi vel possessam fraudem Ecclesiam amittendi periculum, ob oculos positum, cernerent? Ad Ecclesiae Romanae cujus semper in se benignitatem sunt experti adjutrices manus accurrerent, et obtentis ab eâ ad Dñum Petrum Macellarii officialem Albiensem de Conventu benemeritum, litteris Capellanum juratum hostem, suum appellationis interposita causa deducipiturum, renovato certamine in campum descendere, ac eodem Dño officiali Agonotheta, teste ac Judice decertare cogerent. Quid multa? prostratus est et dejectus e Capella Capellanus; collatio, censurae et omnia Episcopi Sti Portii in Conventum nostrum acta irrita, et nullius effectus per ejusdem officialis sententiam 3 martii anni 1477 promulgatam Apostolicâ authoritate declarata sunt: in contrarium vero Ecclesiae praedictae unionem a Nicolao V° summo Pontifice Conventui concessam, viribus suis consistere, veram, legitimam et canonicam esse; nihil in eâ imperandi a juris Episcopalis esse; fructus ejus omnes ad Conventum, et nihil eorum ad Episcopum pertinere Index pronuntiavit, et tam Episcopo quam Capellano perpetui claustra silentii circumposuit; atque ita Sti Michaelis possessionem sartam tectam, et ex omni parte certam reliquit.

Continuere tunc quidem ambo intentique ora tenuere deinceps; sed anni 1505 Episcopus et Rector cum litteris quibusdam monitoriis nostrum ea ea beneficio redemptorem cogere tentarent, ut ex illis aliquid in rem Rectoriae diminueret, Dñi Petri Siffredi officialis Albiensis judicio 9a martii ejusdem anni Pato ab incoeptis repulsi sunt, et sub poenâ excommunicationis ne de caetero id attentare auderent prohibiti sunt.

Quod attinet ad Decimarum praestationem, sciendum est Syranenses antiquae solutionis quoe ad Deo de quindecim, adjectae portasos non paucis sese ac Conventum litigiis implicuisse. Inter quos Petrus quidem Fayetus cum Bartholomea conjuge qui ceteris eâ de causa litigandi viam aperuerat hinc judicio nostro

Negotia Ecclesiæ Stⁱ Michaelis de Syrano.-

jura et sua debita, novo licet modo, concluserunt, et concives suos quid, quantum, atque dere nobis decimarum nomine præstituri essent suo exemplo docuerunt. Dictum est enim 1ª octobris anni 1544 per Carcassonæ Curiam, nos ad exigendas ex quibuscunque granis legetum, leguminibus, agnis, capris, et lanis jure enti; easque in posterum ad novam quamque partem toto Stⁱ Michaelis emolumento dedhibendas esse sanctum fuit. Murmuravit hoc dicto Fayetus donec Senatus Tholosani ad quem confugerat appellatione deactum audivit, quo 21 martii anni sequentis edito Senescalli contra nos confirmationem, habuit.

Pisciculis quoque (oppidum est Syrano conterminum) cum Joannes Thelibertus a prica (misca?) solvendi ratione declineret exemplo Fayeti ad Thratos similiter vice transiteam, primum lite, postmodum transactione reductus est, eaque undecimo decembris anni 1510 conscripta sectuos ad novas partis dationem ex omnibus quæ intra Priorates nostri terminos haberent obligavit. Cui decimarum ad nonum reductioni nostri consenserunt (neque hanc mutationem levitati mentis ad rei nostræ imminutionem ascribat) probis et Consulibus Syrani assistentibus majus emolumentum ex hujusmodi moderata decimatione Conventui proventurum; eoquod in solo loci terras decimarii nostri essent in posterum libentius et amplius excultari, quam si antiquus rigor duodecimo tollendi servaretur.

Anno 1601, 28 aprilis Palatini libellorum supplicem in curia Tholosana a senatoribus Petrum et Franciscum Joannis Azilianenses condemnarunt ad solvendam nobis partem quartam decimarum lanæ ex ovibus suis quas in villa sua (Salabertæ dicta) intra decimarii hujus confinium, retroactis annis depasci fecerant, licet illas alibi aliqua anni parte enutrissent; nec profuit condemnatis quod eas Ecclesiæ Narbonensi se persolvisse asserarent, idque productis apocis comprobarent: residuæ vero partis decimarum, extremo litis judicio visis et productis ad plenum actis adjudicationem definiendam reservarunt. Alioquoque postea judicio iidem judices anno 1617, 1ª martii eorumdem de Sehas bonorum conductores ad præstandam Conventui decimam lanæ et agnorum, ex ovibus suis quæ intra Priorates nostri fines de more hyemaverant addixerunt, et expensis multarunt; aquo cum appellassent, arresto curiæ 8ª julii ejusdem anni appellatione ceciderunt.

Syranensibus, et Syranensium vicinis vel judicato vel pedere transacto compositis fruitur avi elatus noster Stⁱ Michaelis Ecclesia pace cum interea jam pridem, per insignes victorias inviolabiliter sancita: sed, hæc, abscondita erant ab oculis illius mala omnia his civilibus bellis, quæ gallica regnum, in his præsertim occitanis regionibus devastarunt, in eam, postmodum invecta. Quæ videlicet ante secagesimum et amplius annum, per exitiales Calvini hæresim exorta, et ad hoc usque tempus protelata, aut saltem post interruptam sæpe sæpius pacem renovata in diuturnitate, et acerbitate sua adeo Syranenses agricolas afflixerunt,

et illuc Ecclesiae rura colonis et cultura prius averint; cum illi Sti Michaelis incolatu deserto tyranni esse continuerint; ibique potius audire sacra et recipere, ac sepulturae mandari, quam apud Sti Michaelis Ecclesiam ac coemeterium aspero, remoto, ac periculoso loco maluerunt. Unde contigit ut eadem Ecclesia parochiana destituta, ac penitus deserta in exitialem statum devenerit, et facta extera seminis sui, natis ejus eam relinquentibus, exterorum quoque fieri habitatio coeperit; cum ibeam saepenumero hostes ad insidias contra catholicos diverterent, ibique ad illos intercipiendos latitarent. Quapropter tyrannenses animo concitati in eam aliquando irruerunt, et egregiam ac regiam illud Caroli magni (ut traditio docet) opus magna ex parte circa chorum maxime effossis fundamentis et subjecto pulvere tormentario everterunt: quo facto muri omnes Ecclesiae qui convulso, discepto et diacerato choro remanserunt late licet crassitie, et testudo elegantis et excelsi operis sic emoti sunt, ut a recto pondere et libramento suo undique declinarint, et proxima jam ruina casum minitentur.

Offidani vero unde nobis intime compati debuissent, inde inimicitias in exercendi, et nova bella movendi occasionem sumpserunt. Nam pace per Henricum Magnum Regno restituta cum anno 1601 a Senatu Tholosano Sti Bandilii templum Prosulis ac Rectoris sui opera restaurari, ut eoque divina exhiberi obsequia, pauperum quoque eleemosynas et conciones fieri exigerent, ad haec quoque praestanda pro parte nostra nos undique debere contenderunt, et quinquassatos et dejectos sua manu parietes nostros per se instaurare debuissent - e contra litem, in nos eo nomine agere, et ad reponendam veteri statu Sti Michaelis Ecclesiam ac ruinas ejus erigendas efferatis supra modum animis insistere coeperunt. Nobis e contra respondentibus illam a priori muris et decimario sejunctam esse; Prioratum nostrum suralem, et sine cura (ut ex Bulla Pontificia unionis ejus planum est) nulli parochiali oneri subjacere, sed tantum sigillatim omnes unius missae quavis dominica celebrandae sustinere, idque inquisitione mense octobri ejusdem anni per Dnum Guillelmum Locanus peracta comprobantibus: Ecclesiam autem nostram non sua vetustate, non nostro neglectu, aut fortuito actu et ictu collapsam, sed tyrannensium conatu et opere concussam, ruinae proximam, et olim directam esse, ornamenta ejus et tintinnabula abrepta, et omnem illius ruinam arte ab illis procuratam fuisse asserentibus, multa hinc inde verborum jacula ultro citroque illis impugnantibus nobis vero defendentibus jacta sunt; sed tandem dubia adhuc pugna et lite indecisa pax interveniens sese mediam objecit, et moderatis ejus conditionibus feroces conquierunt animi; Concordia novo foedere 18 junii anni 1608 icto nos illis pacifice copulavit; et illi quidem ab injusta petitione desciverunt, nos vero quae in rem publicam conferri justum erat accepimus, et capta [redacted] per nos Ecclesiae solum nostro instauratione partitimus.

Negotia Tyrnensis Ecclesiæ.

Verum eniuero nec labore, nec pecunia profusione Ecclesiæ ruinosæ prospximus. Concussis enim fundamentis quidquid desuper dispositum et impositum fuit, cum veteri materia jam labefacit; si cuilibet accesserit solet qui portionem se labentem retinere nititur ut dum labenti inhæret, et ruinis eremon valet cum eo labatur quem labentem tenet. Hoc Parochiani nostri animadvertentes, et imminens inde capiti suo periculum metuentes deserto Ste Michaele, ad Ste Basilii ædem confugerunt; quæ res conventui nostro alterius negotii incitamentum fuit, et hujus Ecclesiæ Rectores in nos concitavit.

Unus ex eis Fulcanus nomine cernens alienas (ut putabat) oves in suum ovile refugere acervis caulis receptas cum propriis ovibus communiter foveri, eadem spiritualia Sacramentorum Ecclesiæ christianæ pascua depasci, neque laborem suum nostris ut suis ovibus impendere, in nostrorum Ste Michaelis emolumentorum partem venire deliberavit, et eam ob rem anno 1612 nobis esse importunus cœpit. At nos eo nomine eidem minime teneri existimavimus; quippe cum Ste Michaelis Ecclesia non Parœcia a Tyrnensi distincta existat, sed illius parœciæ pars in Prioratum sua olim sine cura per Summi Pontificis Bullam divisa, et Conventui nostro ut integris illius fructibus gauderet unita fuerit: cum insuper qui Prioratus nostri terras possident, non extranei sed Tyrnenses fere omnes sint; et Deo non alienos, sed propriæ Tyrnensis Pastoris oves censeantur; quibus cum aliunde fabula subministrare debeat, frustra a nobis ea requirere; idque avaritiæ potius suspectate, quam vitæ necessitate a Rectore procedere; qui cum ex Tyrnensis Ecclesiæ fructibus satis superque ad suam, et Clericorum suorum sustentationem quotannis colligeret, etiam nobis oves hanc parvulam invideret. Hæc quidem verba fidelissima et vera sunt, rideat a hominem lucris inhiantem, et reditus nostri exiguitate illectum parum fruderis habuerunt. Itaque apud Ste Pontii Ecclesiasticum judicem nos convenit; quartam fructuum nostrorum partem sibi adjudicari petit; et 27 aprilis ejusdem anni obtinuit, et sensatus etiam Rhotomagi pronunciato impiger confirmari fecit: et exinde in nostram messem manum misit, quartamque omnium quæ ex decimario Ste Michaelis annuatim sortimur partem pro exhibito parœciæ nostris obsequio pastorali præscripsit. Nos tempori et Decretis illis morem gerentes prudenter illam potius quam lite ulteriori contestandam illi censuimus; et ab eo tempore Tyrnensis Ecclesiæ onera circa pauperum eleemosynas, lucionatorum mercedes, et decimarum regiarum prestationes, aliaque id genus pro Prioratus nostri parte conjunctim tulerimus, et nihilominus antiqui debiti nostri missam, quam Ste Michaelis diximus, quavis Dominica, apud Sanctum Basilium per sacerdotem a nobis electum, et stipendio congruo donatum reddi curamus.

Deducta hucusque negotia et litigia gravia fuere de foris impedantia Bellovisani horologii fundera, quæ cum ejus ab ipsa monasterii primæva constitutione ad finem ejus velut a summo ad

Bellovisus onera spiritualia. -

innum multo non tempore promoverunt, ac veluti palmam, ne compressione dilatarunt; filios Israel dicas quasi quanto graviora Pharaonis onera comprimebant tanto amplius crescabant et multiplicabantur nimis, nimirum sicut in horologio si pondera minuas aut sustentes licet motus, si retrahas omnino continues et minutarum sonus omnisque cessat et deficit horaria ostensionis modus; imo vero sicut necesse est in horologio ponderibus a sursum pendentibus inesse gravitatem, ac preter hoc etiam superiori libration circulo per pondera hinc inde adhibita mutationem temperari: sic Bellovisanis patribus satis non fuit superadictis ab extraneo gravaminibus comprimi; nisi etiam intimis a nostro etiam genio oriundis ad christianum modum et motum regiminis, cui solennis et gravis ista compressio est sese ipsi componunt. Hec illis ad duplici capite spirituali scilicet, et temporali administratione imposita hic prosequi suscepte ordo narrationis exigit; utque illa dignitate potior, sic sermone prior antecedet, ista precedentem et subsequa dominam ancilla consequetur.

Spiritualia igitur Bellovisanis onera contigerunt, non ea solum que omnibus Carthusiani Ordinis domibus communia omnes equaliter domos et personas movent, in regulae ac consuetudinum observatione multiplici, in precibus, officiis et benefactorum generalium missis, aliisque id genus bene multis quae quietae totius corporis agitationem satis notam contingunt, ad hoc propositum non pertinent: sed peculiaria etiam que solis ipsis tum ratione Lupatoriae dignitatis, tum ex constitutionis propriae causa supportarunt.

Ex causa domus Lupatoriae ob fortunas ejus cum suis oneribus superaddita, Anniversarium est unum, et Licenaria in cujus exitu inciperanda, et per mensem continuanda quatuor: illud in memoriam, Reverendi in christo Patris et Dni D. Ganfredi Carcassonensis episcopi; qui ut Lupatoria cum rebus ac juribus suis in Bellovisum transferretur auctor fuit, et Capitali sui assensum obtinuit, idcoque solennem et anniversariam ei memoriam in fastis nostris 2° januarii ab anno 1423 assignatus est. Licenaria vero fundatori, patribus et benefactoribus aliis addicta sunt quatuor, et per totidem anni tempora distributa, 27 januarii, 25 aprilis, 25 julii et 26 octobris ibidem sunt descripta, et olim quidem per Bellovisanos, hodie per nos Cholos cubis Homunvice nos singula tempore quotannis persolvuntur.

Hec illis Lupatoria gaudentia situ septa serta produxerunt, nec minora sinon ampliora a proprio licet exculto patrata, Anniversaria scilicet, Licenaria, missae et agendae succrescerunt. Anniversaria sine numero pro suis omnibus, et aliquibus aliarum domorum professis personis, necnon et aliis permultis spectatae nominis ac meriti viris ab ordine per capitulares tabulas designatis, ac suis sigillatim accensitibus quae in defunctorum rationali videre est, illis constiterunt. Licenaria seorsim reddenda fuere quatuor

D: Cathedralis Nº 18.

Bellovisus onera. -

1um Bernardo Macellario et Agneti consorti sue Dñe Petri Macellarii meritissimi Prioris parentibus eo nomine memine-
-mo scribendum 25 aprilis adscriptum fuit; 2um Dño Raymondo Sayssa Fundatori 20 augusti dignissime
decretum; 3um Dñe Cecilie Bretone conjugi ejus pari ratione 20 septembris assignatum;
~~nunquam satis commendate 6 novembris dedicatum~~,
4um Holie de Bris et Catharine Sayssa matri ejus nunquam satis commendate 6 novembris dedicatum.
Missas in Conventu quotannis celebrant ex simili debito trinas; unam de Spiritu sancto postridie festi corporis
Christi pro Mayde Sayssa nepte Raymondi fundatoris; alteram de Bta Maria hebdomadis cujuslibet et 4a die
pro Dño Gervasio monacho nigro Dñi Ingardi Castrensis Episcopi capelle; tertiam de Bta Martha pro Dño
Guillelmo de Bogueselis presbytero terrarum Fargesiens donatore et ejusdem decantabant. Ideoque non ex
integro quod noverim nullam, sed agendo priorem quod Novembo incipit parten, 18 junii pro Dño Largerio
nescio qualiter Benefactore privatim apud se singuli recitabant.

Hoc spiritalis exercitii pensa sine pecunie numeratione, ac citra omnem rei temporalis profu-
-sionem corde et ore tenus appendebant; manus autem aperitione ac marsupii effusione quo sequ-
-untur spontaneo quidem affectu, sed laborioso effectu exhibebant.

Capellanias Fundatorum superius in loco recensitas datis primum per singulos annos florenis
auri bis tricenis, exinde congrua frumenti acervini pensitatione per sacerdotem (sicut hodie agitur)
sacerdotem expetitis deserviri obsequiis curabant. Capellam Fargesium tecto, muris, supellectile, pas-
-tophorio, et Mysta sacerdote instructam, tam de donariis ejus, quam de propriis reditibus sedulo conser-
-vabant; que hodie Castrensi (proh dolor) crimine omni edificio denudata, et beneficio destituta,
sine Ephod, sine altari, sine sacrificio miserabiliter ante oculos jacet. Capella Bti Mauritii Montis
Olivi pro unius altissimo celebriter agendo quotannis misse onere propter terras Pesensi a Dñe
Bona per commutationem acquisitas decem solidos presbyterali sodalitio exsolvebant: illos vero
presbyteros sicut a solidorum petitione abstinuisse meis semper temporibus experiens tum sic a misse
celebratione cessare mihi in opinionem adduco.

Memoranda unus ex christiane legis et observantie Carthusiane prescriptus sibi impos-
-itum cum eximia mentis alacritate perferebant, et sicut onerosis rebus evenire solet, ut celeri-
-ter sibi ex onere motum conciliaret; sic dando melius quam accipiendo ad beatitudinem a Christo pre-
-dictam citius ac certius accedebant: scilicet ut egris sellule, avibus ales ac curribus rote suo addi-
-tamento incessum, volatum et cursum facilitant, sic iste necessarie lato, ut spontanee advocato mis-
-erie alienae levamine levitabant. Egenis largitiones earum in pauperes enumeret? Quis sibi
persuadeat? sine numero, sine pondere, sine distinctione cuivis adventanti sigillatim, et in commune

Bellinus Onera. —

statis per hebdomadam diebus confluentibus ab omni circa regione mendicorum turbis larga manu foris, intus quoque mendicare erubescentibus et fodere non valentibus effundebant; qui prositum habebant non solum requisita pulsantes sportula donare, sed et praeterlabentes ad accipiendum provocare. Vanissimus sum et evanescentem mercedem mercor, ipsamque mihi imprecor, si non haec seriorum affirmata relatione describo. Ut quia seminabant in benedictionibus de sua labore palcis laetos benedictionum manipulos metebant; cursusque ex demessa benedictione abundanter recipiendo abundantius tribuebant: ac quidquid illis a conventu vigenti circiter hominum cum decenti familia ac aedibus congrue dispositis supererat in egenos, vagosque aere, cibo, ac veste donandos impendebant. Qui autem administrat semen serenti panem, pecuniam, lanam et quidquid ad victum sustentaculum pertinet abundanter illis et aliis eorum manibus erogandum praestabat, et ex illo pietatis officio cumulans incrementa frugum justitiae illorum, locupletes illos omnimode et abundantes in omni simplicitate quae operatus gratiarum actionem Deo insigniter efficiebat. O insensati Castrenses quantum estis a mente aversi et avulsi estis cum hanc liberalitatis Basilicam, miserorum azylum, nemorum, tabulam, ac totius pietatis penne evertere decrevistis? Quae tam crudeles in vicinos vestros et vos ipsos exstitistis, ut hanc celebrem charitatis officinam, ad quam ex omni regione ac vestra etiam civitate pauperes magno numero quotidie ac continue confluebant oculis solis hujus absconditi asperitus evanescere volueritis? Hic nimirum vestri scilicet Evangelii fructus; ut sicut cum fidem praetexitis pium destruitis, sic cum eleemosynam foris verbo praedicatis, eam medullitus odio habitam manu et pectore extirpetis. Quod videlicet apud Bellinum, tunc agendo non tam in suos effectu non effecta exinde privatos, quam in vestras populares ac vos ipsos crudeles non minus quam in Deum impii exstitistis; cujus scilicet hoc facinore membra confregistis et minimos quos ille suos, imo et seipsum in Evangelio suo vocitat, ab Agape manibus et sinu Reginae charitatis, quae in hoc solo ut solio regnans plures illic quam in toto vestrae urbis circulo (audeo dicere) stipes erogabat per longa jejunia annonam, curricula abalienati a proximi dilectione, et evacuati a Christo et christiana pietate propulsatis, et in hoc certissime a gratia excidistis. Sit ergo vobis haec vestrae solutionis inanissima et alte conglomerata a diris ipserunt flammis perustibilis superbiae insufflatorium, crudelitatis effectus vestri nullis unquam victimis expiandi reatus poena, ut pro opera vestra in destruendo hoc xenodochio sollicitudine illius carentia, inhumani laboris justam mercedem reportetis.

At vero qui erga miserabiles miserationem ad ostium exercebant non minori cura hospitalitatem per quam Deo, testo scriptura, placuerunt quidam, Angelis hospitio receptis colebant, et prona

Bellovisus opera temporalia. —

pietate in recipiendis hospitio, intusque alendis ac fovendis honestioribus quibusque non ordinis tantum sui sed et secularis status conditionis utriusque viris ad se sepissime diverstentibus sese liberales exhibe-bant: in eum enim finem aulas, cubicula, triclinia diversis pro diversorum hospitum qualitate locis strata erexerant, ut sicut pane ventrem, sic exemplis, verbis et obsequiis pietate conditis excepti mentem proximi plene reficerent. Hoc illis ex antiqua Ordinis consuetudine onus honorem, apud extraneos eximium et apud Deum gratiam tantum conciliabat, ut illa refecti et beneficiis non minus quam alveariis suis hospites sui pinguescerent, dicerentque illi: Jugum tuum suave est et onus tuum leve: Et hoc quidem ex eo evidenter apparet, quod quo plus rerum suarum in alienos usus per charitatis obsequium convertebant, eo plus illud ipsum, illi ipsi quibus influerant pietatis opere ac operis pietate, ut ex proclivi certa Benefactorum serie liquidum est refundere satagebant; ipsique ex eo collybo traditum velut nummulariis ad profectum pecuniam, cum fenore recuperabant.

Jam vero si quis perpendat quot pennulos victu, veste stipendiisque domandos haberent; quid in operariis ac villicos mensa tectoque excipiendos quotidie conferrent; quanta in aedificiis struendis servandisque, in septis muralibus, molendino, lixiviatorio, piscinis ceterisque lapidum, caementorum ac coagmentatorum molibus expenderent; quanta in possessionibus comparandis, villis, pecoribus, jumentis ac omni domestica et agraria supellectile instruendis; ac demum in tot, et tam gravibus, ac diuturnis litibus prope ac procul prosequendis collocaverint, obstupescet, et attonitus ad tam altum, alveum, fontis amplitudinem, et perennitatem vere admari, Deo scilicet bonorum omnium scaturigine proficiente, jure mirabitur. Ad quem nisi oculos animumque hac in re converterit, sed hoc humanos tantum metiri modulo voluerit in cognitione caligabit, et dicendum habebit: Quomodo potuerunt haec fieri? Quomodo tanto oneri non semel aut uno die sed continue ferendo pares esse potuere? Quomodo, inquam, qui tantae molis structuras erexerunt tantis sufficere litibus et earum impensis potuerunt? ac rursus qui tam pertinacibus, tam longis, et tam multis processibus satisfacere habuerunt, tanta in hospites et mendicantes tribuere, et in aedificationes impendere tales potuere? Quin amplius qui ad eo alacres ingenii et hospitalitate profusi fuerunt, tanta intus et foris struendo, litigando aliterque operando producere potuerunt?

Fili hominis desine mirari; majus his videbis. Tu de pariete, subintus, penetra in arcanum pietatis et in adyta extensissimae Bellovisanorum Patrum charitatis, non satis illis fuit propriis filiis suum expendere, et a maternis uberibus in vicinos suos mi copiam lactis effundere; nisi etiam ex impleta ac superfluente illius situla evocatos a longe quos noverant varie-gates enutrirent, aut saltem non satis enutritos cibo potuque abundantiore confoverent; quod equidem

Bellovisus onera temporalia. -

non facile posset exemplis ad evidentiam adduci: sed ne multis immoremur qui alia meditamur hoc unus quod dicendum occurrit et hoc commentaria non debet praeterire cum omnium gravissime onerarit sufficiet comprobare.

Pressa negotiorum pondere, et procellis litigiorum agitata tenuit St. Hieronimi prope Ruthenam domus a R^do Dño Heliando Geffredi Praeposito Albiensi et Centore Ruthenensi plantata recens nec sufficienter irrigata, illo per humanam instabilitatem abalienato, et promissa sustentationis baculum relaxante, tandemque communi mortalium lege hinc sublato non poterat in auras assurgere; sed ramis decidentibus et inflexo trunco, monachis et choro carens moesta et languida jam jam terrae adhaerebat: cui relevandae sollicita mater Carthusia nullam non operam impendens ceterarum Aquitaniae domorum auxilia imploravit; et ut aliquid ex eo quod illis abundabat huic egenae et confractae eleemosynas, libros, ornamenta idque genus alia carthusianis usus subsidia mittendo largiretur, ne ruinam ex dilata consummatione imminentem incurreret in celebri Patrum concessu anni 1546 edixit. Adfuerunt praeter reliquis Vallis dei Abbas, et Bonafidei; et illa quidem cella, quae occidentalis claustri porticus caput est suo sumptu erexit, in eaque ejus monachum duodecim auri ducatis annuis, ut ex decreto comitiali anni 1550 certum efficitur die alluit; hoc vero ducentas turonenses libras coactis in eisdem comitiis Patribus anno 1552 obtulit, et expendit. Sed Carthusia Cartusiensis et hanc et alias comprovinciales domos liberalitate proveniens et excedens longo post se reliquit intervallo. Nam et aedificia sua aere quamplurima in claustro utroque promovit unde et gentilitii sui stemmatis in minori adhuc extantem ostentationem promeruit, et quatuor occidentalis xysti cellis una serie ac ratione compositis totidem monachos sua expensa collocandos, perpetuaque de suis reditibus annona donandos anno 1543 delegatis a Capitulo generali viris cum apud se visitando egere voluit. Quam ejus propensam benefaciendi voluntatem anno segnenti communis ipse Patrum conventus et gratissimam habuit, et ad ducentas annales libras extendi; in quas primis ac potioribus Lustroniae quondam unitae Bellovisui reditibus certum esse, donec similis portura prope Ruthenam fundus emeretur ordinavit. Onus Bellovisus; quod cum sibi perpetuum incumbere voluit, series librare ac sarcinam hinc indeque (ut sagacis mos est oeconomis) pertentare debuit: nam quae succedentibus illic diebus, malorum calamitatibus illi onera superveneruut addito plumbei veluti talenti pondere cum ingemiscere sua oppressione coegerunt; cumque aliam ultra vires sublevare contendit, ipse cum eis vehiculis concidit, et pariter jacuit. Sero sapiens tributi majoris quam per erat jugum fecit a suis cervicibus amoveri aut saltem aliquid ex eo ut sibi levius esset imminui; sed frustra; cum anno 1545 a generali Priorum coetu

Bellovisus onera temporalia. —

edictum exiit semel placitam scando displicere, et lege centum irritari non debere, pensionemque a futuro in solidum, et preteriti residuum sub sedis ac missæ privationis pœna a Priore Bellovisus appendendam; imo amplius et de perennibus a Domno Anthonio Castello adjectus unus legatis cellam unam in claustro Ruthenensi esse quantocyus extruendam. Portumest et tunc et deinceps: quis enim nostrum audeat aut possit resistere tantæ potestati? nunquam enim nec post-exadium quidem Bellovisus decreti hujus pœnitudine ducit capitalem potuit; imo vero novis subinde ordinationibus annis 1560, 1561, et 1569 cum biennio post vim anni tum extremum, Bellovisenses supplicarunt sibi calamitosè afflictis, et totius fere actum rei statu effectis pensionem vel extingui vel imminui, et responsum acceperunt neutrum sibi posse concedi nisi gratiose Prior et conventus Ruthenæ assentirentur expetitæ moderationi. Illud ipsum annis 1570 et 1571 novis constitutionibus sanctum, et reditibus ex ærario Sti Georgii provenientibus valido ypothecationis vinculo adstrictum. Post tot imperata et decreta nulla deinceps a Bellovisu supplicatio capitalium, fatigavit sed conductato mens subjecta servavit patientiam; et licet omnibus fortunis attrita quia Cholosæ degebant monachi nunquam intermissæ solutionis onus silentes ore, sed gementes animo, et murmurantes in cordibus suis et columbæ perstulerunt: donec venerandus Pater D. Anthonius a Sto Paulo Cholosanæ domus fundamenta jacens oneris hujus excussionem, per summæ capitalis solutionem, cogitavit, et ex collectis multorum annorum parsimonia pecuniis totius debiti sortem, appensis bis mille quadringentis libris, vacuavit, pondusque pondere dejecit; ut ex capitularibus tabulis anni 1604 et sequentis 1605 libri 5 contracta cum Cholosana et Ruthenensi domo pensionis illius suppressio, initum perpetuo ratum esse ac certum, nosque Cholosates illius onere in posterum liberos omnino esse decernentibus compertum evadit.

Non est autem omittendum quod equidem judices juris esse censerunt cum anno 1556 Dominum Ruthenensem Odinis 30 ætate Carli 18 sequente civitate Dominates ut ipso percepto a Bellovisu beneficio grata existeret et majora in dies obtineret hoc debere testimonium deberi censerunt, ut quotannis unus Ruthenensi officio defunctorum ejus memoriam prosequatur, et quemlibet ejus profectus cum diem obiisset urna conventualis missa et Anniversario perpetuo apud supremum judicem omnium Deum commendaret. Hoc velut amuleto proclivis nimium beneficentiæ molestias curare patres statuerunt, et ad mutuandas eodem tempore sexties centum libras in Cathedrali emptionem prati Bellovisanos provocaturi eam videlicet iisti sperarant ea mutuatione velut basano annuis debiti [illegible] plagam consolidari posse licet insanabiliter sibi persuasissent. Siquidem cum non nisi solutione debitor liberetur, sola anni 1603? solutio removit onus, et negotio finem fecit,

Immensum negotiorum pelagus per medias litigiorum procellas Cynosura ducente gratia

Bellovisanae Carthusiae Status. -

emensus sum; videor mihi jam ad portum appulisse, atque in continentem deductum securo littore consistere, cum exoneratus salarra, et securus a procella suscepti ordinis ratione conventus Bellovisani statum in aedificiis et dignitate sermone delineandum mihi observari sentio. Hic igitur anchoram figo, et primum quo ea aedium ductu, quibus monachorum ac servorum habitaculis, hortorum et fontium commodis, et tandem musis tum te moderatores praesidium effecerunt, quae spectatissima quondam fuisse Bellovisensis Carthusiae enarrare incipio.

Bellovisus monasterium, loco celeberrimo (quem in operis hujus limine satis expressi) a Dño Raymondo Sayssa Castrorum optimate destinatum, pectus pie parentis posthumus Ven.li Patre D. Arnaldo Fabri quem primum ejusdem Rectorem anno 1362 ordo carthusiensis ordinavit obstetricante ductum, sub Ven.li Patris D. Bernardi Botas Lupateriae Prioris virga directionis, e vili primum cespite ab immundo velut sanguine consurgere, ac lucem videre coepit. Romam dicerem orbis futuram caput, cujus primordiales murorum loco fossae despectui haberes; sed ornatum qui inde postea emersit afficiens, et usque desines horreres.

Progredit autem cursum orationis qui hoc loco amovendus occurrit ad constabiliendam historiae veritatem lapis offensionis; quod scilicet anno 1362 dicatur Dominus Faber institutus a Capitulo generali ex monacho Caturcensi Rector hujus novellae plantationis quem nihilominus annis 1363, 64 et 66 videremus in ejusdem Capituli Tabulis eodem titulo donatum, et in omnibus ubique negotiis sub diverso Rectoris et Gubernatoris, quandoque etiam Prioris nomine stipulantem, atque ad addenda, imo et distrahenda cum opus esset hereditatis Sayssanae bona, nomina dissolvenda, et fabricae opusque promovendum actorem, et procuratorem tum a Capitulo, tum a R.do Patre Dño Helisario designatum. Ne hic, lector, impingas adverte Dominum Fabrum vere ut hic asseritur ab anno 1362 semper novae domus in canabulis positae Rectorem ac Gubernatorem, nunquam autem Priorem (licet a Notariis aliquibi talis inscribatur) extitisse, et usque ad annum 1365 completum cum Domno Botasio Lupateriensi Priore, sub ejus hortissimum nutibus rem Bossaci gubernasse; anno autem 1366 in vesolum provinciam hanc a Capitulo generali accepisse; et anno sequenti Rectoratu perfunctum successorem uno tantum trimestri ad mensem usque julium, habuisse D. Guidonem Audebertum; et in isto mense eodem Rectoratum ipsum finem accepisse per institutum ab eodem Capitulo postmodum incorporatum Ordini Domum primum Priorem ejus ven. Patrem D. Stephanum de Coderco. Dominus igitur Faber sub Domni Botasii auspiciis et placidis affectibus opus sibi commissum sedens cogitans, et serio librans; et hinc quidem exigendi quanto ejus monasterii necessitatem habens, ni vellet Dñi Raymondi piae intentionis contrarius, et Dominae Castellae Bretae successione fraudati, quae ea lege destinatum a Fundo suo Conventum Bossaci, et opus illius coheredem sibi adsciverat; ut saltem intra biennium a die obitus sui computan-

- dum

adduci in effectum inciperet; Imperibus Christi, si secus contingeret, Carthusienses, loco substitutis, illinc vero immensæ molis, et multorum annorum opus cerneret, tenuesque monasterii fortunas et multis oneribus obrutas extincto Fundatore perpenderet, cum etiam multi affinium, aliorumque ut morierit, illis usurpandis inhiarent; Dei et Dñi multi novum possessorem, ad novæ fidei professionem, et obsequia Cæsari subiecti, quæ Cæsaris erant reddenda urgerent; creditores non pauci seu veri, seu fictitii tenerent et tantum non suffocarent, cum dicentes redde quod debes, et negotia ex his innumera gratiæ succrescerent, statuit humilia potius cœpta suscipere, et suscepta lente prosequi, quam ingentes animos induendo ædificiorum magnitudine adjuncto negotiorum pondere se opprimere, et casum incurrere. Itaque destinato diversitus, et designato per Fundatorem, loco in villa de Bossaco, Areiuncæ vel Lubareâ per Angelum indicata, solo inter omnes Bossaci terras maxime opportuno, unde velut a semicirculi centro circumjacentes campos, prata, vineas, et nemora uno intuitu prospicere pas est, in ripa Gironnis lati et alti alvei, ubi duo perennes fontes sitim depellere, aridi tatem propulsare, sordes eluere, pisces alere et alia vitæ commoda promovere poterant, indeque in præterlabentem ex occasu solis amnem derivabant; illic, inquam, erecto ex tempore oratorio ex una parte cellas monachorum aliquas disposuit, et dispositas necessaria supellectile instruxit; ex alia vero servorum, hospitum, et totius familiæ habitacula, cameras, et officinas circa monasterium, ex parte composuit; exinde ducto funiculo et austri majoris spatium, areolas et cellas cum hortulis suis, et quod retrorsum illas condecebat, muris aut saltem corum fossis in quadrum delineatis et effossis distinxit, et ad fabriles operam disposuit, pauca tamen perfecit; eoquod inter novellæ successionis fragiles ramos quassatus vehementibus procellis, negotiis inquam et curis abeundæ ad juris amussim hæreditatis, inventario conscribendo, placandis fundatoris affinibus, eorumque dotibus exprendendis, et Comitis fisco in forensorum permutatione conciliando ut hæreditatem quietam offideret occupatus; innumeris quoque ad feuda conquirenda, et suscipiendas de novo conventus nomine illorum agnitiones curis obsessus omnia solus cito assequi non valeret, hinc vero multa tulit fecitque: eoque incomparabili dignus laude censeri debet; quippe qui primis illis monasterii rudimentis, et negotiorum novorum monimentis successoribus suis viam qua perrecturi erant sternendo, memoriam nominis sui apprime proditam illis reliquit eosque ad similia Dei et conventus amore peragenda exemplo suo mirum in modum excitavit. Quantum vero illius imitatione prosecerint, et quanta effecerint qui ejus primordia excoluerunt testis existit per ducentos annos sublimis rerum status, et ad diem structus, cum ex modicis parietinis et vili materie sumptis exordio, succedentibus postmodum annis in tantam amplitudinem et ornatum pervenit, ut celeberrimum Castrensis sedicam Aquitaniæ totius regionis

monasterium haberetur. Neque vero priora ejus opera luto compacta deficienda a nobis sunt; multa nihilominus per utrumque claustrum, ac praesertim monachorum cellis eodem semper modo et sita permanserunt: imo et nunc etiam quae supersunt ejus modi fabricae fragmenta quamquam subdio posita, post tot annorum glacies, imbres, et injurias adhuc firmiter cohaerentia quam pleno fere divinum praestantissimi hominis ex argilla vilissima opificium subsequantur ostendunt.

Qui dein Domui Tebi labores a primo Domus Stephano de Coerco per Priores officium prosequuti sunt, succedentibus prospere negotiis, fortunis etiam per Lugdunenses Mandras, Prioratuum que diversorum unionibus, novamque bonorum complurium ex testamento, et donatione multiplici accessionem non mediocriter adauctis, nova Ecclesia, novis hospitum aedibus, cellis, vivario, molendino, puteis fontium aquaeductibus, quorum bonumque stabulis, ac caeteris rei familiaris officinis, hortis, atriis, clausura et turribus ad ornatum et munimen loci incredibiliter illustrarunt; omnia vero gradu electo, et candido lapide, ac lucullento artificio erexerunt, simili certe si non majori laudis encomio prosequendi sunt. In quorum opificio nescio quid majori admiratione dignum ducam, aut quid alteri praestet: ordo, firmitas, elegantia operis. Si aedificiorum ad invicem convenientiam spectes, omnia praeclare disposita; alterum alteri commodis deserviebat, et omnia in unum monasterii obsequium sic consentanee accurrebant, ut difficile cognosci posset quis majori censendus admiratione foret; an qui haec officienda olim disposuisset an qui haec sagaciter dispositia sic industrie dato tempore perfecisset. Si vero amplitudinem septorum perpendas, si porticum, fluminis, hortorum cum puteis, vivarii quoque et hominorum amoenitatem, necnon et aeris salubritatem consideres, locum illum Paradisum deliciarum, et Dei alteram mansionem vocitare. Rursus si moenium altitudinem, si turres per angulos dispositas cum propugnaculis, et omnem ambitus fabricam attendas; si servos Dei intus latentes, et in spirituali exercitatione strenuos ascetas nocturnis diurnisque ex statuto excubiis occupatos et in suis quamque stationibus vigilanter affixos animo revolvas, de istis asseras Castra Dei sunt haec; de illa vero spiritalis palestrae domo exclames; pulchra, decora et terribilis es tamquam castrorum acies ordinata.

Age vero quis tam egregii operis Architectus? quis author? quis promotor? Certe cum non unius omni opificium fuerit, omnium arbitror Priorum industriam in his laborandis aedificiis, atque hoc ornatu ad fastigium usque deducendo fuisse collocatam; cumque quid singulis symbolae in hoc opus attribuendum sit ignorem, omnes quam possum summis laudibus in altum evecto, et quanta possum animi et affectus contentione omnibus ut singulis, et singulis ut omnibus grates immensas etiam atque etiam ago, et sua felicitatis incrementa vehementer opto; quod cum monasterium suae pietatis fragrantia intus repleverit, et in

Carthusia Bellivisus exterior Status -

spiritali militia sagaces se agonotetas proberent, etiam exteriora sic provide curarunt, ut utriusque manus motibus omnino dexteris potentes sese duces ostenderint. Iniuncto quandoquidem peculiare cuiusuis Prioris opus assignare nequeo, placet subjecta totius architecturae cum suis mensuris ichnographia omnium labores et merita non tam adumbrare, quam proribus adumbrare: et figuram quidem quisquis inspexerit, uno ictu oculi omnem loci, aedificiorumque inferiorum situm comprehendet, superiorum vero ac cujusque partis omnium rationem et usum per subjecti apices et numeros sermonis assequetur.

Inspice pie sollicitus quisquis es indagator antiquitatis Bellivisandae, et Romae nostrae subterraneae perscrutator; perambula, discurre, animoque et oculis apprehende domorum, hortorum, aliorumque camporumque spatia uno undecim circuitu cartariarum contenta et ambitu electo, atque ad collum usque: licet dicere affabre, elegenter, et fortiter muratos plurium Priorum, procuratorumque aedificationes, ingeniis autem et manibus praecipuorum illius temporis artificum elaborata opera prophetarum singulorum nomina et seriem membrorum, in vasto corpore per elenchum in una tabula primo intuitu (quantum attinet ad vestigia eorum) deprehendes; fastigia vero, molem, usum, et rationem uniuscujusque persequentem, justissimi cujusque numeri dilatationem plenius comprehendes. Ingredere, planum est iter; sed nefiat tibi lapis offensionis ista plenitudo sistat parumper gradum; locus in quo stas, etquem subire desideras terra sancta est: abige et solve citius sodidum vanae curiositatis calceamentum, et indue gradia decentissimum et castigatum, peregratorem nudo ac demisso intentionis sandalia pedibus tuis. Vides enim, vere in spinis ardens et incombustus hic asparet quem decet adorare ignis.

1° Christus humani servator generis lapidea effigie affixus cruci, crux columnae, haec stylobati quadrato ad quem per duos gradus erat ascensus quadri et dolati lapidis opere, prioribus monasterii a sinistris ingressus prioris vestibuli; ut prima fronte obvios quosque pietatis admoneret, et tacite diceret: hoc est hic aliud nisi domus Dei et porta coeli.

2° Porta primaria coenobii inter duo vestibula magnitudine ac decore altimo et summum augusta, cui in apice valvarum desuper fornicem tria lucenti operis thoracata cum basibus suis totidem loculis et conchis inserta aere et picturis illustrata ornatum praebebant: unum in medio Bae Virginis Deiparae suum sinu natum Deum gestantis; alia duo a dextris et sinistris Bti Joannis Baptistae, ac Bti Patris nostri Brunonis Carthusiensi ordinis tutelarium, imagines referebant, et prioribus illam frontem domus dignam veneratione pietatis sedem docebant; ac per Dñi Raymundi Sagnerii fundatoris nostri posita in clave fornicis stemmata tam pii ac praeclari operis auctores

Explicatio idiographica per numeros ejus. -

honorifice praedicabant. Ante portam, foris domum, erat vestibulum primo, antemurale scilicet propugnaculum desuper tectum, quod primos insidentium impetus repellebat; valvas ab injuria temporis vindicabat; et praestolantibus ingressum, ordinem, erat umbraculum ut aestu, securitas et absconsio in turbine et tempestate. Alterum intus vestibulum gradibus a dextro latere dispositis ascensum ad duo superiora cubicula commodabat; quorum unum extra aliud intra utrumque portale vestibulum, perpolito laqueari operiebant; internum quidem aliquanto demissius, externum vero, cum superaporta ornatum, omnem erectum esset longe sublimius duabus fenestris patentes campos et monasterium despici concedebat. Ab inferiori cubiculo ad superius ascendebatur; illud janitori inserviebat, istud fenestellis tormentariis per latera dispositis hostiles aggressus ab alto repellebat, et stabis vigilum, ac speculatoris sedes existebat. Inferius quoque similes erant perrotunda et oblonga foramina aperturae, quae cum turribus, munimentis domum istam amicis pulchram, et mavem sicut Jerusalem, inimicis vero terribilem, et castrorum aciem ordinatam, reddebant.

3° Tecta monasterii, praestantis artificii murus altus, et longus, ex lapidibus quadrifariam sectis ad perpendiculum et amussim dispositis, ad opticum quoque decorem, aspriusculis, quatuor turribus per angulos quatuor ad locationem instructus: quarum una occidentem versus piscinae majoris muro imminebat, quadrata, duplicique intus instructa cubiculo; altera in angulo orientem inter et aquilonem, intra pomarium, cum orbe duplici muro intus minori ad ascendendum, altero deforis majori ad manendum, utroque fornicato et muris crassis compacto, priori altior, in cujus summo vertice sub aperto tecto speculatorium erat duobus subjectis cubiculis concameratis impositum, unde subjectum monasterium, et latas circumquaque terras despicere erat: tertia inter orientem et aquilonem demissior sed spatio et crassitie murorum insignior densa testudine collocandis illic tormentis bellicis opportuna, et omni bellico artificio et apparatu tubulus ac desuper communita tectoque alto et aculeato nigris desuper tegulis cooperta. Quarta vicis saxeis ac fluvio imminebat in declivi illius ripae summitate constituta; amplitudine, altitudine, ac coteris omnibus secundae persimilis remota monasterii ab imo et alto tutabatur; omnes fenestris latioribus et strictis ad inspectionem et explosionem tubulis ac desuper distinctae militibus in praesidium, monachis in securitatem erant. Ab hac quarta turri murus per prospendens littus ima profundum usque alveum, ut ingressum ab illa parte arceat illabitur et exinde sequitur ductum ripae, quam detortam et inflexionibus informem densa humorum, ac vepribus, frutetis, sylvestresque arbores cum virgultis asperam, ac prope inaccessam reddunt.

Sed dicis, audio: in loco sacris quorsum opera bellica? in domo Dei adjuvista? quae convocatio turribus

Explicatio Chorographiæ. –

antemurali, tormentis, sclopis, et reliquo bellicæ artis instrumento cum agraria, cum secte pietatis cum monachis, cum templo Dei? Fateor nulla, non minus quam lucis ad tenebras, et Christi ad Belial. Et ideo qui primi ad istam celeberrimi nominis clausuram manum admoverunt, nihil de turribus et reliquo bellicæ defensionis apparatu cogitarunt, nihil hujus generis aut ingenii effecerunt; sed muris tantum rectis erectis quadro lapide monasterium incluserunt. Postea quam vero rubida de inferis regnis in hanc regionem hæreticæ pravitatis hydras et flammigeros angues induxit, captaque et infecta suis toxicatis flatibus anno 1560 Castrum, civitate vicina omnia depopulari, terraque sanguine et igne miscere cœpit; cum nihil jam catholicis multo minus monachis tutum videretur, sed omnia quidquid in malis extremum est, et terribilissimam omnium mortem minarentur, suggessit natura eam quæ rationi ac divinis consentanea legibus inveniretur defensionem sui, et persuasit etiam R^do Patri et Capitulo generali ea edicere quæ non ad persequendum, sed repellendum hostem tuendumque civem opportuna censebantur. Cujus rei extat anno 1567 sub his verbis ordinatum: Prior domus de Castris non sit misericordia, et diligenter invigilet fortificandæ domui contra hujus temporis malitiam, et ea fieri faciat quæ viderit expedire protectione domus: servium quidem, sed servum imminente jam ruina præceptum, si a primordio perturbationis hæreticæ aliud non processisset, quo excitatus D. Raymundus Caubetus Prior ea tempestate Bellividis Catamanæ, manere in quam illius temporis ad erigendum hæc turrita per angulos quatuor munimenta et stationariam in Porta mansionem, menum adhibuit, et præsidiarios illic milites stipendiatos habuit, multaque per quadriennium provido licet inani, ut postea reperimus, effectu dispexit quæ inchytus ejus successor D. Ioannes de Libra totis viribus promovit; licet occulto Dei judicio infelix fuerit operis summa. Sed hæc postea; nunc ad peragendum quod cœpimus agere revertendum.

4° Atrium majus usque ad Ecclesiam et Retrocellas exporrectum, ubi lympidæ ac perennis aquæ fuerant tecto quadriaquatico, quatuorque columnis super totidem bases sustentato accommodatus.

5° et 6° uno ordine videre est contigentes cellam, janitoris, et officinas duas artificum ad breve tempus conductorum, sicut nunc hi qui stannum, cuprum, vitrias et cætera hujusmodi elaborant, latomi, fabri, aliique ut cubent aut a vento et pluvia remoti operentur. Hæc tria uno tractu, eadem altitudine, absque ullo superiori tabulato deducta hinc dansuræ muro, illinc atrio communi claudebantur.

7° e regione 5i cernere est fabri ferrarii operatorium cum domo sua; utraque contigua ad dexteram ingredientis in atrium, posita, eodemque atrio et septis muralibus definita.

et 8° usque ad 15um erant in centro quidem ors stercoraria in quam e vicinis stabulis fimus congerebatur

Explicatio Iconographica.

ut putificeret, et hortorum terrarumque stercorationi deserviret; ab oriente stabulum equorum ad sellam; a meridie magnum foenile, junctis eidem gallinario et consequenter latrinis servorum communibus; ad aquilonem tria una ducta stabula pro equis curribus, equabus et bobus, omnia secundum claustrorum murum sole tenus exstructa, tectoque suo contenta.

16° et 17° contingebant sedes domicilia; unum ad fabri lignarii opera; alterum ad coquendas edendasque e pecudibus vilioribus carnes destinatum.

18° hortus olerum, fructuum et florum, procuratori et familiae toti ad usum et recreationem dispositus et excultus. Eodem ipso numero procuratoris ipsius habitaculum, alias correia nuncupatum duobus interstitiis subtus et desuper divisum: inferius erant hinc famuli cubiculum, illinc lignarium; superius ex una parte aula negotiis agendis erat, in altera mensam, focum, cubile, scrinium et peculiaria sibi habebat; in illa Martha ministerium sollicitus peragebat; in ista recumbens Dominum cum Maria liber assertionibus sedebat solitarius et tacebat, verbumque Domini legens et orans audiebat.

19° a latere procuratoris erat aula major hospitibus demensa recipiendis addicta coenaculum satis grande stratum, et subtus illud ac fornicem lapideum ejus cella vinaria trium ordinum prima: eandem ejus solo fons perennis frigidas et perspicuas emittit aquas; quae per occultos meatus monasterium praeterfluunt, et foris prope piscinam versus flumen erumpentes in eandem dilabuntur.

20° cellaria vinaria major fornice de lapidibus gradis decorata; inter duas valvas-materias, priorem illam non altitudine sed longitudine superans, et in extrema sui parte tertiam demittiorem, cellam e suo valvas sinu producens in eamque sui similem per angularem portam ingressum praebens. Hinc autem tertia subtus communem atrii transitum via prodibat subterranea et concamerata dispensatori ad peragrandas occulte a prospria cella sua tres istas; viaque illinc hauriendae, et in illum secrete asportandae aquam per quam opportuna.

21° torcular major cellae vinariae conjunctum, et per gradum lapideum imum illi pervium, ubi expressa vinariae per ordinem dispositae calcatam vindemiam recipiebant, et ebiquatum ejus portquam satis exstillasset mustum effundebant: habebat vero quod in hac tabella praestat sub simili numero penes doliorum, ac vinariae totius supellectilis; a foris autem in latere suo gradum lapideum contigebat, per quem ascensus erat ad pensilem porticum quae torcularii et vicinis claustro minori diversoriis superposita et inferiorem trajiciens aream via erat ad diversa cubicula et ad horrea quae multa partim torcularii ac subsequentibus aedificiis uno tractu usque ad furnum, partim claustri minoris areolis ac refectorio incumbebant.

Explicatio Ichnographicæ. -

22: Secretum rei frumentariæ penu, ubi poveæ lapideæ in modum doliorum prograndium tenaci cæmento compactæ grana sina mora recondita a cossi et myde productione et corrosione præservabant cum ostio obliquo ad dexterum angulum: in quo cum Dominus Joannes Lucy monachus invadentibus alcoranicis sese viriliter opponeret glandibus plumbeis trajectus, et in vicinum puteum demersus occubuit.

23: Pistrinarii locus officiis variis distinctus interstitiis et coenulis, ut alii quidem secalis alii frumenti comminuti copiam permixtim cum furfure reciperent; alii segregatis furfuribus locum concederent; alii separatam in primarii, vel secundarii panis usum farinam continerent: a quibus cum opus esset per intermedii parietis foramen lapideum arte dispositum in contiguæ panificæ mactras et effectoris panarii manus influeret.

24: Panificina cum duobus furnis sub uno fumario; panis ingenam efficiendi et coquendi officina, ubi receptæ per ostiolum vicinum farinæ fermentari et in panes convolvi solitæ.

25: Diversorium hospitum, ad cubandum una inferiori camera duobusque superioribus constans, adque per gradum a foris dispositum conscensus erat. Subter inferiorem cameram meatus est e lapide secto et polito fluviales atrium majoris et tectorum ejus aquas excipiens et in fluvium per latrinam majorem effundens: a latere ejus erat ostium e lapide candido per quam artificiose elaboratum, in cujus apice Gentilitium Dayssarum nostrorum stemma, et nostri symbolum monasterii duo Angeli manibus in altum erectabant. Quod opus post tot annorum injurias et ruinam integre integrè steterat donec anno 1625 Natalis Roscei Castrensis consulis perditissimi rebellium hæreticorum antesignani præcepto Diruptum ac dejectum fuit, et electi quique tam illius ostii quam altarium qui superercrant lapides Castras asportati sunt, ut antemurali extra portam novam stativæ custodiæ inservirent. Hæc et reliqua quæ a Correria huc usque proposui ædificia uno tractu ducta, pari murorum altitudine, ac consimili tectorum contignatione compositæ unum ædificii corpus conflare videbantur.

26: Puteus in campo juxta furnum, ubi lignarium ipsorum, cinerum cinereis omnisque ipsorum exoneratio exponebatur; in reliquo hortorum quotannis ad fabulum equorum verno tempore parabatur.

27: Domus Vaccæ cum atrio suo, et horto juxta vivarii gradus et turrim; sic dicta quod eam Reverendus Dominus Joannes Boucherius Laurentii filius capellanus præter innumera alia suæ pietatis in Bellovisanum Conventum opera suis sumptibus erexisset; eoque in illum frequenter veniens diverteret; ubi quia ipso vivente cubiculum vaccæ habitum fuerat, post ejus decessum suæ memoriæ, communis, salvi et asservari in usum familiæ consueverant. Ab ea porticus duplex, inferior et superior in totidem quadratas turris mansiones ducebat. Hæc domus insigni beneficio comparata extremæ ruinæ Conventui caute a posteriori dum fuit, cum

Explicatio Schnographica.

per demissionem ejus murum admissi proditorie haerebat, inde in monasterii totius directionem et complagationem impetum fecerunt.

28.° Officina sartoris, et omne illius domicilium duplici habitatione contextum, ad superiora cujus perclimakem lapideum ascendebatur: cui contiguum erat latrinarum communium majus receptaculum, quod extra monasterium in ora fluminis constitutum adhuc exstat; in quod per occultum quem jam expositi canaliculum, atrii, culinae, ac tectorum complurium aqua, et omnis fere domus sentina dispositis ante hospitum diversorium foramine decurrebant, et omnia illius regionis habitacula ab omni fece, ac putridae materiae colluvie redimebant.

29.° Ecclesia opus altum et electum. Ex reliquis ejus quamodo nostros exhilarant oculos conjice quo decore splenduerit, et quo robore steterit; quae totis hisce regionibus nec similem, visa est, nec habere sequentem; artifice quales lapides, et quales structurae. Intus et foris omnia secto lapide constabant; alto et arcuato fornice, tesserato pavimento, incrustatione, dealbatione, picturis, choro duplici pro monachis et conversis; auratis altaribus tabulato Pontificum Salvatoris insignito, duplicique imo scilicet et summo circum illud xystum, altis, latisque ac pellucidis per vitrum chrystallinum fenestris; horologico indice; sedibus et foribus e ligno electo perpolitis; et omni secundum excellentissimi ejusdem similitudinem templi compositione circumornata fulgebat. Cribus intus altaribus sacri per singulos dies celebrationem Mysteriis exhibebat: major in summo choro intra elaboratum affabre tabernaculum aureamve clausam omnium pretiosi super omnia corporis Christi capsam, et sanctorum clenodia custodiebat; e minoribus duobus in imo choro unum a dextris, extra claustri ostium Sti Petri nostri Brunonis, aliud a sinistris Sti Michaelis Archangeli nomen et icones referebat. Duplici gradu ad altare majus e choro pavimentum assurgebat; subtus priorem sepulchrum, erat grandi lapide militis effigie insculpto pressum, quo Dñi Guonionis Monetarum Occitaniae Magistri generalis et Castri minervae Praepositi, nostri fundatoris nostri (ut aliqui existimarunt erronee) ossa continerique satis supra in illius Maecenatis nostri beneficiis referendis expressi. Lateribus aedificii bases quadratae, et exstructa desuper sustentacula muros et fornicem ab omni hyatus et convulsione servabant. Unum illorum supra caetera et tectum se extollens, et alte exporrectum octagona turris intus vacua horologii campanam in altum evehebat, et adillam gradum praebebat. A latere sinistro quatuor aediculis sub numeris 32, 33, 34 et 35 hac figura comprehensis inter totidem pulcra insticta erat; quorum primam ab occidente Dñus qui supra Bouchericus Vercensis Praesul in Sti Joannis Evangelistae honorem a fundamentis erexerat, atque, ut supra retuli omnimode exornarat; alteram Dña Catharina a Loysa ipso Antistite auctore, Deo in Ecclesia memoriam

Explicatio Ichnographiæ. -

consecrarat; tertiam Dñus Guonio prædictus Stō Martino dedicatam fecerat; Quarta sacrarium, vestiarium que erat habens desuper gazophylacium, Ecclesiæ, ad quod et ad fornicem istius per cochleam ascensus erat et ab hujus latere inter vicinos ab omni parte muros quadratum, foramen, et procuratum arte latibulum. A summo tecti culmine sicut in cuspidem superstans, terram prodibat ad aeris et ventorum ludibrium campanile ligneum, pirniter et dessè compactum, altum et tecto quadrilatero acuminatum; a cujus centro magni funderis campana ad imum pavimentum, et primi gradus ejus medium moventem se funem immittebat. Libros, lintea, candelabra, calices, casulas, omnemque sacrum supellectilem numerosam ac pretiosam, Ædilis monachus intus asservabat, clavesque ex postulo per noctem omnia clausa continebat, nec nisi exsurgente Conventu propalatam, interdiu patebat Sanctorum via. Ut autem procuratori et correrio facultas esset primo mane sacra celebrandi erectum est deforis e regione correriæ quod sequitur.

30 et 31ⁿ Additamentum unius capellæ ante januam Ecclesiæ anno 1544 ex visitatorum ordinatione, ac Domni Anthonii Chastelli monachi professionem, ædituri legato exstructæ, perelegantis quadratæ portæ, et fornice multifidè arcuato, ut in exstante macerie videre est, ac duobus altaribus; uno ad extios Stī Hieronimi altero a sinistris Stī Sebastiani titulis et tabellis exornatæ; cui una prosibus porticus et quatuor columnis cum basibus et epistilis suis sustentata ingressus prostatationem et in limine stationem efficiebat a ventorum et imbrium injuria vindicatam.

36ⁿ (quando quidem quatuor intermedios intra trigesimum satis expressi) Retro Ecclesiam, tria inter ejus fulcra; juxta claustrum, radendi est officina cum atriolo suo.

Septem superioribus numeris comprehensa universam Ecclesiæ molem conflabant: quo vero tempore et omine cuspidi coperit et desierit; et quo munere ac jussu singulæ partes illi coagmentatæ fuerint quia scitu dignum est, operæ videtur meæ pretium designare, et in eum finem aliqua superius commemorata recolere.

Certe si diuturnitas ædificandi ædificationi gravitatem conciliare efficit Ædeis causam de templo suo quod quadraginta ædificatum esset annis gloriandi; nobis licebit in hac gloriola partem ampliorem præsumere, qui de templo loquimur (si omnes ejus partes attendas) longiori annorum decursu elaborato: quod si solam præcipuam navis extra carinas ejus connexionem perpendas; noveris mysticam istam theæ arcam anno circiter 1368 Domno Stephano de Coderco Protopiore nostro procurante compingi coptam, et Episcoporum Castrensium præcipua liberalitate, necnon et plurimum aliorum quorum diverso tempore Deus tetigit corda pietate ad imam tabulam adstringi usque pervectam, et anno tandem 1453 absolutam. Rev.mus Dñus Raymondus a Stā Gemma dignissimus Castrensium

Explicatio Ichnographiae —

Praesul in nascentem Carthusiam mira propensus Ecclesiae quantocyus in lucem edendae author fuit; fundamentis ejus bene precatus est; et posito in illis vitae primario lapide e fausto festivoque cum auspicatus est tam illo pietatis actu, quam mille florenorum, dono pro initiis ejus, in votis habens eam solenniter consummare; quod et effecisset nisi cita morte praeventus fuisset. Ille igitur plantavit et successores ejus rigaverunt. Dñus Helias de Donsenaco qui pastorale pedum illo dimittente accepit, ad ejus aedificationem Ecclesiae quadraginta francos contulit; maxime vero qui post quinquennium anno scilicet 1369 exutas ab illo Pontificales insulas et similem cum illis in nos amorem induit. Dñus Joannes Lugardus qui ducentis auri scutis, et mille postea francis monetae fortis id est quingentis consummari fecit caput Ecclesiae muros scilicet et fornicem, altare primarium ambientes; centum praeterea auri scuta pro lignis chori numeravit, et alia plurima ni opus liberaliter congessit; et nisi ipse fuisset, nimirum nisi ipse suo consilio et auxilio nobis animos non addidisset, Ecclesia nostra cyndriata (sic enim loquuntur acta) id est concamerata non fuisset, praeter caput tantum; et simplici tabulato chori utrinque spatia contecta remansissent. Deus autem plantatae et irrigatae per pedulos agricolas suos stirpi perfectum cum tempore dedit incrementum, per infusos coelitus ab hyadis quas ipse implevit et oriri fecit imbres, et cribratas a foetis vapore suo nubibus pluvias; cum anno 1395 Andreas Ramonis Castrensis fabricam hujus Ecclesiae filio suo adquadrantem esse voluit substitutam; Dñus Guillelmus Conilh sacerdos et Capellanus noster anno 1383 eandem hereden sibi adscivit; Petrus Anthonius mercator Dñi Pontii (vide pluviam e coelo, nimirum a remoto) anno 1395 in adjutorium aedificationis illius mille largitus est auri francos; Joannes Caroli sexti Galliarum Regis filius et Occitaniae praerex anno 1402 remisit Castrensibus sua in Petroso vinato quarti racemi jura, ut facilius recuperentur nostra, caementa et Ecclesia et claustrum nostrum, vix dimidiata promoverentur; Dñus Joannes Blancus presbyter anno 1412 hereden sibi eandem fabricam dixit; Dñus Gervasius Moinerii Dñi supradicti hyadinetos cum circa haec tempora iste huic fabricae sua larga manus auxilia porrigeret, effecit per eam fornicem centum viginti quinque librarum, dono cyprium, id est altum tintinnabuli pinnaculum, e clastro culo superciliumque super imponi fecit; Petrus Donadieu Saxiensis anno 1412 eandem sibi fabricam ex asse dispositi hereden de bonis et hereditate Petri Macellarii et Agnetis ejus viduae quadraginta mutones auri anno 1431 referiuntur collocati in perfectione Ecclesiae in cacuminis superportam et ex opposito superioris chori parte manus adhiberetur extrema testia pars hereditatis Dñi Guillelmi Hugonis Vaurensis Canonici ipso decessente anno 1453 consecrata fuit. Inter haec tempora Petrus Michael de frigida villa, et Jacobus de Albigesio suas in duobus operis symbolas

Explicatio Ichnographiae.

ille per quinquaginta, iste per mille francos contulerunt. Quod attinet ad appendices ejus, eadem sese ab ara latere dilatante, certum est annis 1454, 57 et 58 enumeratas superiores capellas fuisse adjunctas: porticum, vero anteriorem et annexam ei oadiculam, in introitu ex Domini Anthonii Chastel legato et visitatorum decreto extremo tempore superadditam fuisse. Atque ita fit apertum, quod superiores proso- - sui quo tempore ac manere tantae nostris opus a fundamentis ad culmen perductum fuit: cum constet ex praedictis Ecclesiam istam anno circiter 1368 a terra erumpentem, occulto velut arborem, sero excrescentem non nisi anno 1453 (quod attinet ad truncum robur) hoc est annorum octoginta quatuor duratione ad integrum suum ortum pervenisse; anno demum 1544 anteriorem ornatum id suisse, nec nisi annis viginti tribus illum conservasse; cum anno 1567 absolutum, suis omnibus numeris tot annorum labore et impensa opus certum sit extrema clade miserabiliter corruisse. Quo autem anno Regiae hoc circum amicta suis varietatibus in vestita decurato astiterit a dextris sponsi sui, illique per consecrationem adunata fuerit-satis incertum habeo, qui in menologio nostro dedicationis ejus diem nono septembris reperio; de anno nihil video; licet alibinde edisco Rev^mum Dnum Joannem Belinum, Vaurensem, Episcopum, sacrae celebrationis hujus et copulae spiritalis mystam, festiva haec nuptiarum encaenia peregisse, cujus rei in menologio nostro peculiaris est 9 et 20 septembris memoria.

37: Claustrum minus cum quadruplici cryptica deambulatione, et area in medio quae ab oriente Capitulo et sacristae cella clauditur, et monachis a claustro majori ad Ecclesiam via erat-habeas extremo in angulo domunculam, sensui prolabentium horologii pondera, excipiam. A dextris confine erat commune coenaculum ostio eminentis et interrasilis operis decore luculenter ornatum, e regione cujus in intercolumnio muri interioris lapidea concha per insertum et pensile aquale manibus abluendis effundebat expetitum liquorem. A latere ostii per fenestellam in murum dispositam monachis ignem, sal, oleum et id genus necessaria quaerentibus, indeque campanula pulsantibus culinarius a propriis penatibus respondebat et requisita concedebat. A sinistris inter duo muri pulpita petebat Ecclesia et ibimet colloquii exedram habebat. Lotiperistylio superpositae erant per circuitum horrea columnis per quatuor areae inferioris partes binis et binis aequali ab invicem spatio sejunctis sustentata.

38: Capitulum communibus expensis coeptum; et peculiaribus Dni Stephani de Nogareto Thol- -osani legum doctoris nostrique negotiorum consultoris nummis consummatum.

39: Cella sacristae ima et summa, cum puteo in hortulo: cui ad superius tabulatum et ad cryp- -toporticum claustro incumbentem per lapideam cochleam erat conscensio; in imo horto,

Explicatio Ichnographiae --

40: Carcer, et a lateribus ejus duo exceptoria; hortensis instrumentis unum, alterum carbonaria haec in intercolumniis Ecclesiae.

41. A Majori claustro ad minues via, obviam praebens hinc inde transeuntibus coemeterii portam et (crucem.

42: Refectorium, pro monachis et conversis interstitio ligneo bipartitum, subterraneo duplici specu, quo a culina descensus erat; hinc olerum in lapideis metretis, hinc salitorum, piscium asservandorum; desuper vero exquisitum lagunare frumento locum, et Dispensatori Conversо praebens mansionem; a sinistris claustro, a dextris culinae conterminum; in cacumine occidentalis muri exsertens campanulae servos ad accipienda statutis horis cibaria convocantis pinnam a qua pensis in dispensatoris officinam, unde tabulae ut prope debat;

43: et 44: Culinae duplex membrum, caminis item duplicis pariete conjunctum, ist ad erat culinarii mansio diurna et rerum ejus accessorum promptuarium; illo cibaria ad esum parabantur; omnisque illius illuvies per occultum subtus meatum effusa in amplioren quem N. 25 exposui cuniculum derivabat. Desuper erat Culinario solarium et cubiculum.

45: Cella coadjutoris cum hortulo seu atrio suo, cum opportunis ejus hinc inde, et monachorum ad eum ingressibus; subjecto testudo ampla communis erat necessitatis receptaculum, ad quod

46 monachis extra via; coadjutoris autem per gradus in angulo porticus positum est ascensus.

47. hortus olerum juxta culinae semitam, et puteum quatuor columnis et tecto tetragono coopertum, cujus effusas a situlis aquas vas a lapideo duo in subterraneum canalem, qui majori deque supra cuniculo jungebatur immittebant,

48. Xystus opertus, ad Cantoris officinam, et latrinas majores via; quam ab horti parte cancelli inter columnas claudebant, et ostium elegans N. 25 expositum, ac vermiculati emblematis pavimentum exornabant;

49: 50 Subsidialis ambulatio, ad lixiviatorium via, medio obliquae portae interstitio divisa; unde monachi Cantorem campanula sonitu evocabant, et evocato sarcienda dimittebant;

50. Leichnium pannorum communi mensa vescentium.

51. Dispensatoris conversi officina cum ostio duplici, et gradu per quem et abstersum subtus cryptoporticum, ad cellas vinarias omnes ab una in alias, itus et reditus erat occultus,

52. Dispensatoris mansio diurna, lagenarum, urceorum, calicum, vini, et panum penus,

53. Villicorum, et infimae conditionis hominum separatum a caeteris triclinium,

54, 55 et 56. Ebenda rum lixivio vestium, officina cum doliis et conchis lapideis circumdata in quae defluentes a fonte aquae descendebant, indeque per inferiores exitus in solum, et postmodum in amnem

Explicatio Iconographiae. —

decurrebant. Desuper erat solarium, ante ipsum ad exsiccandum ventibus opportunum. A latere gradus lapideus ad officinam, et ad fontem, in imo gradu ipse fons perennis et pellucidus aquae frigidae gustu et aspectu jucundae perfluebat, recondituri influens in cochlostylium; quod officinae et atrio medium erat ipsi atrio duplex janua; una recta descensum ad piscem, altera obliqua exitum ad hortum probens, totum aedificium muris altis et crassis et quatuor pulcris firmissimis constans.

57 et 58. Coemeterium intra claustri campum, ut moris est omnium fere carthusiarum, cruce servatoris et Dni nostri Jesu Christi crucifixi et stylobati superpositi insignitum. Ubi in pulvere dormiunt et ultimum hoc repositionis diem exspectant ossa patrum et patrum nostrorum. Quod et faciunt a latere sinistro ubi nulla crucis vestigia, sed in pariete lapis erectus in signum separatim tumulatae ossa famulorum.

59 et 60. Quatuor claustri xysta quae cellas claudebant a portis conteguebant, et monachis euntibus ad divina, famulisque ad monachorum obsequia viam extra compluvium stratam, et lateritio pavimento complanatam, necnon et diversis a latere campi intercolumniis apertam praebebant. Ubi illorum recta; quantum serpebat triumphum Ecclesiae funiculum simili circuitu sequens, et obviam habens retro altare majus quod hic N° 60 stigmate patet capellulam; opus Joannis Boti castrensis usque ad ejus cellam aquilonarem; reliquum usque ad xysti finem Dnus Petrus Borias sacerdos aedificavit et contexit.

61. 62 et 63 Capita in mansionem claustri cellae duae inter hortum olerum, et viam monachorum ad fontem apertam coctu et medio detortam: una ordine prior Prioris, secunda vicarii; ambae reliquas spatio superabant; illa bipartito aedificio, cui duplex intra extraque claustrum exitus, ambae vero hortorum magnitudine ampliores, unoque pariete medio et puteo communi conjunctae. Illam Dnus Raymundus Barbati sacerdos castrensis; istam Dnus Bernardus Parietis item sacerdos et Ecclesiae de Montecucullo Rector circa annum 1370 claustri exordium suis sumptibus fieri curaverant.

64, 65, 66 et 67 - Sedecim claustri cellae, totidem domicilia servorum Dei et passerum solitariorum in tecto, et foramine petrae canora meditatione modulantium; quarum modo informes macerie mihi producunt gemitum columbae, et imago rei praeteritae sic percellit animum meum, ut praesenti movebatur qui dicebat: Quam pulchra tabernacula tua Jacob, et tentoria tua Israel! ut valles nemorosae, ut horti juxta pluvios irrigui, ut cedri juxta aquas, ut tabernacula quae fixit Dominus, fixit inquam, ista hex hominis licet manuum Dominus, sed per quam? nunc est de singulis certum. Primam quidem cellam a parte Portelis seu muri aquilonaris a Dno Matthaeo Berengarii castrensi sacerdote necrologio nostro adscribente constructam scimus; secundam praedicto Joanni Botes adscribimus; tertiam consequentem tabulae nostrae Dnae Margaritae Georgii Benedicti uxori castrensi assignant; quartam

Explicatio Ichnographiae. -

Dñus Petrus Natalis Vaurensium officialis vivens statuit; quintam Revcs.mus Dñus Joannes Bouchericus eorundem Episcopus circa annum 1650 erexit; sextam provocatus utriusque exemplo Dñus Guillelmus Hugonis Vauri canonicus et Sodalitii Rector constituit; idem ipse qui et claustrum, ea parte quâ imperfectum erat, ex hereditatis suæ parte tertia claudendum testamento disposuit. In transverso claustri primam cum claustro (id est claustrali porticu) ante eam Dñus Raymondus Taberne sacerdos Castrensis in vitâ sua suo sumptu structam et tectam vidit; tertiam eodem contextu sequentem Dñus Guillelmus Hospitalarius sacerdos Castrensis ex calendario nostro legatis testamento in eam rem pecuniis disponendam voluisse animadvertimus; quartam angularem Franciscus Bossardus senior Castrensis patricius dum advivebat ex toto solus composuit; tertiam a parte Boreali circa medium plagæ occidentalis Dñus Guillelmus Conils et Petrus Columbus fœderatorum nostrorum lamina, et . . . . . prostrata quisque parte a fundamento ad tectum suis sumptibus, lignis, et cæmento compegerunt. Omnes alieno labore ac beneficio constitutæ numero duodecim; reliquas sex, in quibus est ima illa quam extra reliquarum seriem videre est infirmariam, ab aliquibus creditis cum nulli specialiter attributas Maecenatis rescian, Conventus nostri proprios reditibus et laboribus citra habitationem addico. At hæc scribens sentio graviter exulcerari animum meum, dum recolo quantum prænestinum Castrensium infecta hæresi sententia ab orthodoxa Patrum intentione discrepet, et a prona præavorum templa et domicilia Deo et servis ejus ædificantium pietate, tam operosa et probrosa filiorum in illis everrendis sollicitudo dissentiat. Rascar an compatiar in clypeo Bossardorum qui nunc sunt familiæ, moveor (ut verum fatear) et commoveor ad utrumque; cum in eorum propagine per antiqua Franciscum senioren cerno in extrema occidentali cella celebre posteritati nec pietatis inistandæ reliquisse monimentum, et prænestinum ejus Dominicum quem decebat nobis esse domestico exemplo et proprio nomine bene ominatum, in tantam prolapsum fuisse erga Deum res et personas ejus impietatem ut hæreticos Castrensium mœnia armata principalium existens ignem et ferrum operi Dei et Prophetarum, labori malesanus admoverit, et avitæ vexillum pietatis in terram abjecerit. Sed hæc postea; nunc pergendum proposito.

68 Campus retro cellas; a meridie vineâ, ab occidente frugiferis arboribus complantatus.

69 et 70. Acutus vulgo Agotus pluvias altæ diorycis, alveique profundi: cujus ipsa a parte monasterii secundum amnis flexum contorta et celebrata muro nihilominus alto validis et frequentibus fulcris exstat communita.

71 Fons superior inferiorem situ aquarumque copia et suavitate longe superans, indeficiens, nitidus, frigidus, et aureis velut bracteis ad solis lucem micans, ac iridem multicolorem undula insima intimo repræsentans: valde speciosus est in decore suo, sed et utilis in decursu; cum a latere dextro muri unde

Explicatio Ichnographiae. -

prosilit effluens, impatiens proficiendi praeceps in lacum se dejicit sequentem.

72. Vivarium, pontis praedicti et Carcanni rivuli receptaculum muro lapideo undequaque circumvestitum, aestate lacus exigens, hyeme mare magnum ad molendini exercitium; in quod per gradus dispositos juxta hortum descensus erat. Infusas a duplici ostio per triplex effusorium refundebat aquas; unum superius in summo ac medio muro a parte fluminis per quod redundantes hyeme quam capere potissimum aquae praecipiti lapsu in amnem devolvebantur; ne taliter quandoque profusa coeli, portis a rivi copia effracta diruperet cum in piscinam influerent abundantius quam capere complendo posset, aut deberet. Alterum inferius in imo muro, subpriori perpendiculariter dispositum; per quod vivarium cum opus foret exsiccari, lui, herbisque ac coeno detergi usque ad limpidissimam soli petram poterat. Tertium in ejusdem muri angulo ad occidentem per quod aqua in receptorium molendini influens gurgites altam efficiebant, quod ad movendas et sistendas rotas claudi vel aperiri per ostiola intus molendinum ea fine disposita poterat; ut aquarum effusioni pro molitoris arbitrio modus esset.

73. Illapsus et cuspa aquarum exagona electo et quadro lapide, ac tenaci cemento cognumentata, ne quid aquarum ex vivario sensim illabentium inaniter influvium deveniret; sed illic asservatum, opportuno tempore per ostiola pistrini eruptione facta cum impetu prosiliens in interrasiles rotas ad usum molitorae caderet.

74. - Molendinum similis ac pervalidae structurae tristegum: inferius erant rotae, in medio molarum et molendi officina; desuper molitoris cubiculum.

75. - Agger retro molendinum, de industria per expensas incredibiles juxta profundum dispositus, altogrande lapidum compagine firmissima circumdatus in perpetuum molendini firmitatem; ne intumescente fluvio abruptis fluctibus abripi aut convelli posset; atque hoc tutus sustentaculo prementes fluctus in profluentem abigeret.

76. - Carcannus rivulus, ejus aquae mediae Bossaci terras perfluunt; et per lapideum canalem desuper Vivarium illabentes eodem colliguntur: donec molendini rotis contusae ac mitiores factae cum spuma in fluvium deriventur.

77 et 78. - Via arctibus ad molendinum, et juxta eam pomarium, omnigenis fructuum arboribus consitum, duplici Ostio juxta portam monasterii mendicas ad eleemosynam communem hinc recipiens, et illinc emittens tertio viam compendiosam ad molendinum progredum praebens.

Hic Bellovisanae in aedibus status exterior Laurae quam in ditionis suae centro constitutam, cordis humani morem sequi videre est; atque quem intus se concipit, agitatione sua conservet sibi

Carthusiæ Castronis limites. –

et extendat usque ad totius corporis fines caloren, aut quod arbori sens aquas multas plantatæ usu venire solet; ut fixis in imo radicibus acceptum a vicino profluente humorem mittat in latera et sursum longeque frondescat et viresca t, usque ad extremos ramos et cacumen suum; sic ista cedrus exaltata cui in hoc Aquitaniæ Libano similis nulla erat arbor ut stirpe complantata hoc solo infixa manebat, sed spiritu vitæ insufflata per Salitus sui Spiritum Sanctum, et motus ab interno suos in longinquos terminos protendebat.

Hos terminos proponere consequens est in duplici quales reperio conditione; ut alii monachorum in suis ad spatiandum egressibus fuerint proprii, alii monasterio tota ad possidendum fuerint assignati. Fuit enim ordini Carthusiano mos peranticus ut in novis domibus monachis extra septa sua septa per hebdomades singulas semel animi relevandi causa progressuris certæ prosigerentur ambulationum metæ quas præterire non liceret; et conventibus eorum ad coercendam avaritiam et possidendi, progrediendique cupiditatem per statutos a visitatoribus et sancitos a generali capitulo possidendi limites velut in os frena mitterentur. Quod utrumque in hac carthusia effectum fuit in hunc modum. –

Anno 1367 die januarii septima Priores Cartusiæ et Vallis dulcis Bosacii domum ordini eodem anno accensitam in pascibus Aquitaniæ prosecturæ visitantes inambulationi monasticæ columnas defixerunt Agotum amnem, qua solum nostrum profluendo bina parte præterit; grangiam Castarii, quæ nunc duplex est Auretiarum pagus; nemus Batuti, intelligo villæ olim Ysarnenchorum, nunc Chaberti; tegulariam, quæ silicet tunc erat villæ Belli videre, quam nunc dicimus Molet a parte meridiana ejus, non longe a via publica Sexi Castri versus usque ad prædictum Agoti amnem, cum clausula cursorios progressus restringente, amnemque et itinera magna quantum evitari possent bono modo excludente. Iis quibus intelligi datur primorum nostrum ambulationes extrinsecas quæ villarum nostrarum solo limitabantur fuisse modestæ religiosi animi delectamenta, non vagæ ex levitate corporis cruciamenta; quæ eo statu ad annum usque 1511 immutata permanserunt; sed illo tandem anno 24 novembris die dilationem acceperunt; cum se inclinans humanæ infirmitati R^dus Carthusiæ Pater Ven.^dus Dom. Patrem Villafrancæ Priorem, D. Joannem Mesengaudum Aquitaniæ expræfectum ad revisendos ac denovo statuendos recreationem statuto concessarum fines una vice delegavit. Ille mandatum benevoli mandantis benigne exsequens ampliationem finium monasterii per terras et capellaniam Fargarum necnon et Avitensis Beneficii decimarium, pontificia unione prædem nostrum, deambulationi monasticæ modum statuit; illarumque extrema et istius fines spatiamenti hebdomadalis metas in futurum designavit; exclusa semper flumine, itineribus quoque quantum fieri posset publicis, et omnibus omnium secularium villis et domibus. Anno vero 1512, 23 aprilis monachis uno consensu et consensu R^mi Patris

per litteras supplicantibus prædictos sibi fines confirmari, ingressumque in capellam et capellaniam Fargesii permitti R^dus pater D. Franciscus de Pistes 14 maii sequentis per scripturam prædictæ designationi suppositam, eaque subscriptione ac sigillo Carthusiæ munitam authoritate Capituli generalis assensum dedit, et ingressum indulsit, servato nihilominus statuto de illic non manducando nec bibendo. Ultima prædictis finibus ista manus. At vero possidendi limitum una fuit manus anno prædicto 1367 semel missa, et nunquam deinceps ad idem emissa; ut conventui liceret possessionis suæ funiculum extendere et quovis justo titulo possidendi metas habere certas Graulletum, Lombrium, Regalem montem, Senegasium, Pontem Brassaci, Salvetatem, Angulos, Vicum Sancti et Thoreti vallem, Altampullum, Villardonellum, Fontanum, Cergam, Escossensum, Soricinium, Revellum, Assoallum, Sanctum Paulum, Cugnum, Albigesii et Lautricum. Hic locorum circuitus et circumdans in orbem funiculus, ut posita in centro domus triplici circiter ex omni parte leuca omnem etiam sponte ac gratis oblatam possidendi facultatem foris positam rejiceret; hisque circumscripta finibus, extra illos unguem, nedum pedem per monachos et officiales suos sine speciali Capituli generalis licentia nunquam emitteret.

Sed audio quærentem: ut quid ergo domum Tholosæ, terras Pesensi, Ventenaci, Syrani et Credii, necnon et Beneficia Ecclesiastica usque Biterras possidere? Respondeo quod attinet ad terras illas nihil in illis huic sanctæ legi contrarium reperiri; cum certum sit Domum Bossaci Lupaterianam in eo sinu continere et unicuique ex possidendi spatia fuisse per majores nostros pro veteri more assignata idque transfuso in illam isto capite, connexaque secundum naturam membra sponte fuisse subsequuta, quæ non dissimili spatio a Lupateria conspicuntur sejuncta. Duplex igitur domus in unam coalescens sensim ex adventitiis per Patronorum beneficentiam bonis et juribus eorum quoque necessario circumvallatur terminis. Domum Tholosæ non affectus avaritiæ, sed benefactorum pietas cum ordinis honestate conjuncta persuasit habere; ut crebro adveniens in eam civitatem negotiis cogentibus monasterii procurator haberet ubi religiose degens non ad hospitium commune diverteret solus cum famulo moraretur, fatigatumque diurna itineris et compitorum civitatis magnæ cursitatione caput et corpus summa ad quietem reclinaret. Beneficia Summi Pontifices nostris necessitatibus compassi et progressibus ad Dei gloriam inclinati supremæ potestatis magnæ privatorum legibus subditorum non ligatur jure nostræ ditionis esse voluerunt: sine quibus nostrarum tenuitas fortunarum gravibus nisi oneribus portandis ex agrorum ac pecorum, profecto non sufficeret, brevique tempore minis pressa concidisset, quorum etiam longe liet positorum possessio nostro non obest instituto. Cum enim solvent electis fructuum redemptoribus ad triennium statuto semel pretio in conventum deferendo collocari, nos in fruitione sui adurendum,

Carthusiae limites.-

et vagandum quod horremus, et quod cultor quietis et solitudinis ordo noster ab exordio suo modis omnibus fugiendum esse duxit non compellunt. Hinc sancti Patres positis a Patribus limites non adeo fixe semper stare potuerunt, quin aliquam succedentibus annis, majoris boni condecentia, maxime vero necessitate cum non esset lex posita exigente immutationem, aliubi senserint; cum videlicet noviter fundate domus quo altius assurgerent, eo amplius negotiorum, et rerum agendarum difficultatibus et procellis, ut emergentium a lateribus hostium cuneis auxiliares quaerere copias cogerentur, et novis ab omni parte petitionibus per oblata divinitus subsidia obviam ire aequi bonique ducerent; maxime cum quotidianis angustiis suis nihil eleemosynario ut alias beneficio, refrigerata scilicet multorum charitate accurreret. Quae tamen cessante necessitate, cum antiquis stare terminis liberum fuit, in omnibus rebus quae donante Deo diversis et disjunctis extra praedictos terminos locis conventui nostro a sua fundatione obtigerunt, id constanter majores nostri observarunt ac pro sancto tenuerunt, ut ea quamprimum a sua possessione repellerent et in vicinioria bona vel aedificia necessaria commutarent. Haec quis quis attendit proscriptas olim possidendi fines ab hac Carthusia et aliis passim inveniri praetergressos non mirabitur; cum saepenumero necessitas etiam sapientissimos legislatores prioribus decretis contraria dicere; unde et ex illis unus ait, nec putare debetis si diversa jubeamus (audi zoile, audi recte sectorum dente livido mordax aemulator) ex animi nostri vesania levitate, sed pro qualitate, ac necessitate temporum, ut respublica possit utilitas ferre sententiam.

His deinde divisionibus constitutione ac finium assignatione, ut praecipua status exterioris monasterii parte propositis, illum verbis prosequent subjungo eam quae oculis subjecta mirifice delectabit, et miserationem movet fundi quatuor villarum continentis, Auretiarum, nostra directa ditione et paroecia Auxentii in divisa decimatione una in longum et latum semilanca amplitudinem, Escorens et Boscagrati dominationem, fundorum quoque Barthe, Syrani et Audifredi et beneficiorum Riterras usque possessionem; quae omnia si cum viginti monachorum, ut totidem super muros Jerusalem custodum, tota die et nocte laudes Dei non tacentium, conversorum, redditorumque clericorum, praeter et laicorum, familiae quoque multae nimis vespere, mane, et meridie ad vescendum, operandum, orandumque campana sonitu ad hiclinia, officinas et capellam pro foribus templi convocatae conveneris, ex his omnibus inter se comparatis dilucide cognoscens et claris hominibus praeclaros muros, et altis aedibus latis quae fundis electam hominum diversorum familiam insigniter convenire, atque ex omnibus in unam compaginem exactis perfectam quoad foris est carthusiae statum suspiciendum emergere. At vereri ab istis rerum quae extra sunt statu pedem extuleris, et intimum ejus in spirituali ornatu et fama cognoscendi desiderio instigatus in secreta et sacrata ejus adyta

De Catenaria à 20

eumdem immisceris, citius pestifices quod etsi pretiosa arcum se veste fulgeat omnis tamen est certe fetidissima ejus gloria ab intus procedat, splendidoque solis instar jubare nitidant privilegiorum, bonae famae, ac dignitatis apud Ordinem suum et extraneos radiis clarescat. Inceptus tuus si phaleris tantum verborum ad ostentionem, non vero decenti rerum ac rationum affinitatem ephippio hanc inductionem contexeris. Tam quod attinet ad extraneos; adeo ad illos generosae plantaginis hujus famae pervolarat ut Summi Pontifices, Reges, Comites, nobiles et plebei stirpem istam et sedem radicum ejus summo honore dignam duxerint, et expetitis favoribus eam prosequuti fuerint, ac praecipuis tum donariis tum privilegiis ut matutinis rore, ac serotino imbre infusam promoverint. Intensam hic per haec stamina telam jam exorsus sum; nunc singula percurrens subtegmen intertexo, illudque primum, primaria dignitatis filo ut secure se interserat imodo.

Urbanus quintus anno Dñi 1366 supremi Pontificatus sui quinto; carthusiae autem hujus ab ordine suo recepto primo prodeunti foras ejus germini ab excelsae sedis coelo benevoli aspectum sydoris, et e diplomatis sui 14 septembris gravida nube desideratam infudit imbrem, ut radices ageret, et in altum se expenderet, deque certa scientia sua ac speciali gratia indulgens novo et primo Bellividus Priori et Conventui hujus, ut tam ipsi quam successores sui omnibus et singulis privilegiis quibus alii Priores et monachi ordinis carthusiani authoritate Apostolica sunt affecti uti et gaudere possint concessit, Quae sunt autem illa? alieni agam partes officii, si ea omnia et collatoribus eorum papas ad longum recenseam; satis sit in quantum frondentem istam arborem condecorant breviter examina exponere; nimirum ne decimis, collectis, aliisque subsidiis quibusque subjiciamur, maxime profundis quos propriis manibus vel sumptibus excolimus; ut famulis nostris per deputatos nostros sacramenta ministrata et in altari portatili licear nobis celebrare; ut interdicti tempore possimus apud nos sacra facere, et dare divina officia peragere, nos et seculares sepelire ceteraque quae moris sunt Ecclesiastici exequi, solemnem omnem sonitu interdicto; ut quisquis a nobis nostri professor instituti resilierit, et ad aliam quemcumque ordinem transfugerit, ad regrediendum ad nos cogi possit; ut omnis alienae jurisdictionis ordinariae a nostris cervicibus nostris jugo soli Sedi Apostolicae nos domus et res temporales Ecclesiasticaque nostra omnes subdamur; ut professionis nostrae vota emissuros Priores nostri, ac recens electos Priores vicarii ab omnibus peccatis, et omnis censura excommunicationis authoritate Apostolica valeant absolvere; ut ipsi Priores canonice, ad proscriptum scilicet Statutorum nostrorum (quae per supremam sedem confirmata prohibentur) electi postquam electioni suae consenserint officii sui partes authoritate Apostolica exerceant; et ad hospitalitatem Prelatorum sola movente charitate a nobis exhibitam, velut jure

aut consuetudine debitas non ogamur; ut (quae supremo et aliis non communis est gratia) in festis B^ae semp^r Virginis natae et Purificatae Deputati nostri ab omnibus censuris et peccatis etiam Sedi Apostolicae reservatis possint absolvere.

Haec de multis praecipua videntur, quorum fimbriis ac varietatibus Carthusianam Religionem filiam, matrem praedilectam, vestitu decurato circumamictum, summi Patres spectabilem esse voluerunt: e quibus Alexander quartus ipso quo primum in excelso sedit anno illius decorem oculo attendens et calamo exprimens eo maxime nomine illam commendat quod nullius unquam vel macula vel rugae mutatione foeditatem incurrerit; nullius unquam alienae vel visitationis vel correctionis ministerio indiguerit; quin potius ex ipsa aliquibus aliis reformationis beneficium ex Apostolica providentia provenerit; sitque aliis rectae vitae speculum, et salutiferae conversationis exemplum; idcoque ne ab alio praeterquam a Capitulo generali destinato visitari debeat edicit. Ista matris pulchritudo huc adducta filiae quam praedicimus gratiam, ni fallor, conciliat, tum quia teste Scriptura in honore parentum decus est filiorum; tum quia a genitricis splendore irradiata filia isdem tam naturae jure quam Pontificali benevolentia in domum Bellovisanam propensa consecrat privilegiorum fulgoribus, quae matri Carthusiae primum attributa, huic postmodum proli sua per praedictum Urbanum quintum, ut jam exposui, sigillatim sunt adhibita, similique si non majori liberalitate per successores ejus sunt adducta. Siquidem

Gregorius undecimus Avenione clavum gubernans Ecclesiae, ecce ejus ac divinae gloriam existimans esse Bellovisanam aedificationem promovere Bullam expediri jussit indulgentiae plenissimae in communi gratiam, qui sumptu suo tantum donarent, quantum eidem construendae satis esse comperirent, addiditque ut talis quisque beneficium in mortis articulo eligendi sibi pro arbitrio suo confessarii omnimoda ac vicepotestate praedicta plenam liberamque assequeretur facultatem,

Clemens vocatus septimus qui cathedrae a Gregorio dimissae anno 1378 proxime insedit et Pontificem maximum Avenione egit; cujus in ordinem nostrum per generales Carthusiae tabulas amor multis ac mirificis modis verbisque commendatur, Bellovisum domum paterno complexus affectu suis eam beneficiis binos ipsorum aucta conforavit; altero 3^o jun. 1386 necessitatibus ejus providens agros ejusdem intra extraque clausuram, omnes proprias exactas aut exigendas manibus vel sumptibus a decimarum et primitiarum onere, etiam cui ac hactenus vel vi vel sponte subjacuissent penitus immunes esse voluit; insuper et castrorum, carcassonae, ac Tholosae officialibus mandavit ut ex distribuendis a recipiendis legatis quadringentos aureos francos eidem assignarent conventui ad complementum ejus, cui ea tempestate non nisi novem monachi et sex familiares essent; altero 16 Kal. martii anni 1389 confecto communionem Pontificiam sub excommunicationis poena

contra eorum et jurium monasterii detentores promulgavit, et officiali Castrensi ut quocumque rescirent allata restitui curaret in mandatis dedit.

Benedictus dictus tertius decimus in eadem urbe ad dignitatem Clementem sub sequutus illud ipsum primo et undecimo anno licet non legitime esse tribunalis annos edixit.

Martinus quintus a Constantiensi Concilio oecumenico post Benedicti abrogationem electus praedicta esse rata voluit, et per D. Geraldum Bire Montium suum, D. Bernardum de Aaris Priorem Bellovisus et Conventum suum, quod in Petri de Luna, Benedicti nimirum illius obedientiam contra Concilii decreta consensissent in gratiam recepit et a censuris Ecclesiasticis absolvit. Hic mireris lector quod sapientes isti in cum scopulum impegerint, et veri Pastoris vocem non agnoscentes alienum sequutisfuerint: erat enim grex Christi in ovilia duo separatus; cumque qui utrique pedum gerebat nutus voce, ac ratione diceret: Ecce hic est, lacerata Christi vestis per omnium gravissimum simul ac difficillimum schisma suum quisque partem ad se pertrahebat; et Italia quidem ac Germania omnis obsequebant Romano Gallia vero et Hispania Avenionensis partes trahebantur. Adeo vero tempestas excrevit ut totum Europae mare commoverit et navem Ecclesiae paene confregerit: denique Carthusiensis noster turbati sunt et moti sunt sicut ebrius et omnis sapientia eorum devorata est, cum ordo bipertitus sub duplici R^do Patre sicut Ecclesia sub bino imo et trino Pontifice non ex animi pertinacia sed ex ignoscenda ignorantia quae ex innumeris hinc inde adductis rationibus procedebat spiritalem habitum, ac errorem traheret, quod quidem ex comitialibus Carthusiae tabulis anni maxime 1384 preces quotidianae intra missae majoris Canonem pro pace et unione obtinenda edicentibus dilucide constat. Cum interim praesidens Avenione Benedictus Carthusiam matrem et Capitulum jus favore, indulgentiis et donariis continue prosequeretur, ac R^dum Patrem D. Bonifacium, patremque ejus sententiam vicentinum a Ferreriis (quam perplexus error quinsanctos quoque implicabat) apud se a consiliis haberet: inde mirum non est quod Castrensem Carthusiae matris suae ut Noe carina minor conjuncta erroris viam sequuta a veri Pontificis gubernatione abdicta fuerit, et in eo errore per turbida aestuantis maris aegrora ignoratione non obstinatione duce fluctuavit. Pandem vero cum per oecumenica apud Constantiam, Rheni coacta congregationis sanctae longissimae atque obscurissimae tempestatis nubila recessissent, et Benedicto post exauthorationem suam Parisiorum Hispaniarum profugo Martinus quintus Oryzonte Ecclesiae et aurora consurgens illuxisset, atque universalis Patrum concessionis lux serenum adduxisset; ordo quique noster prius bicaps redactus in privatum, sponte gradum Domnis Bonifacio et Stephano assertis hinc inde R^dis Patribus in unum, recens electum D. Joannem 1410 a Grisomonte Parisiorum Priorem consensisset; Bellovisana quoque Carthusia Priorem suum ab Hispanica

Privilegia Papalia et Regia. -

factione abductum ad Romanae Sedis et potestatis obeditionem reducem habuit, et pax toto orbe sancita in hac gaque domo undeprideq; volarat, et cum virenti ramo columba per Dñi Martini Segura ligneta summi indulgentiam et Apostolici sui muntii sententiam anno tandem Dñi 1420 ultima junii conquievit.

His summorum Pontificum nostri favore beneficiis et praerogativis si adjunxeris unionem Ecclesiarum Sti Jacobi Avitensis, Sctae Caeciliae, Sti Clementis de Montiano, Bte Mariae de Podiocherico, Sti Michaelis de Syrano, Sti Vincentii de Grasano, et Bte Mariae de Targis capellae jam superius descriptas certum consticies colore varium et odore mirificum ex floribus ab horto Divi Petri collectis confectum, et per horticulanos ejus manibus naribus, oculisque nostris expositum, ac Domini Bellevisus ad oblectamentum, ad emolumentum, et ad dignitatis monimentum honorifice collatum. Cui accessit ad ornamentum quod illustratus Pontificali luce regalis oculus similibus beneficentiae radiis per similem actum reflexis in Bellevisus carthusiam cum bonorum favore ac fervore influxit, et quam cito nascentem prosperit, tam cito ut efficeret crescentem confovit.

Anno siquidem 1363 cum adhuc in cunis infantiae pannis obvolutus esset conventus diversis undeqaque petitionibus et regio possidendi impedimento coarctatus, supplicante domno Arnaldo Fabri nutritio ac Rectore suo accepit a Prorege Occitaniae Arnulpho Joannis Galliarum Regis authoritate Conventus de novo erigendi, necdum autem inceptae approbationem, et data per Reymundum Sayssam ac deinceps acquirenda ut foret occasio possidendi absque justitia ad usque quinquaginta reditus annui libras libertatem.

Ludovicus Joannis Regis filius et Caroli quinti vulgo sapientis frater Occitaniae Prorex Tholosae degens anno 1369, 1.° junii ad divini cultus augmentum eam facultatem in Senescalliâ Tholosae usque ad centum libras annales voluit esse ampliatam, et a financiae solutione inamunem; et quaestoribus aliisque actoribus regiis ne ad ea dirigenda conventum digerent edixit.

Carolus ipse Rex in ipsum suo diplomate mense aprilis anni 1370 edito ad novennium roboravit, patrisque sui litteras eo nomine confectas effectum sortiri suum jussit. anno vero 1377 idem Ludovicus Prorex Conventum ipsum res et bona ejus omnia regiae protectionis umbella protegendum suscepit.

Joannes Caroli sexti frater, alter Occitanorum Prorex anno 1402 Conventum Carthusiensem nostrum placide aspexit, et ut aedificiis compleretur sua et regia Petrosi, quod alibi exposui, jura clientibus suis et nostris quo facilius et libentius nostra nobis solverentur relaxavit. Caroli ipsius sexti prosperitatem in Conventum eumdem liberalitatem testantur quidem multa; sed salaria potissimum annona 9 februarii anni 1414 eidem attributa ut nostrum suaviter affecit gustum, sic mirifice in

Privilegia regia. -

se attraxit effectum. Quod ejus honorificum non minus quam utile congiarium superius satis expressum hic non est repetitione prosequendum.

Carolus septimus sexto filius anno 1427 datis et sigillatis Ambasiæ 10 martii litteris veteratum utendi spatium ad quadriennium innovavit, et anno postmodum 1431 plenam ac nullo limite definitam 7ª januarii fecit cum concessionem, qui Magistri Rationiorum 16 februarii ejusdem anni Biturigibus subscripserunt. Ipsam autem salis annonam a Patre Carolo sexto indefinite concessam, ac proinde a salinarium actorumque arbitrio dependentem, idque minus securam rectmensura certam fecit, ac decies centenariarum librarum ponderi prescripsit datis Moncocii litteris 12 octobris anni 1434 presente et orante nostra causa Castrensi Episcopo Duno Geraldo: quod deinceps, subsidiales, Rationales, Erarii regii diversis quos apud nos sunt Curiæ, cameræ, et Quæsturæ suæ actibus, longeque ad hoc usque tempus utendi concessione ratum effecerunt. Idem ipse eodem intercedente Castrensium Proesule secretarium suæ conscientiæ confessionum administro anno 1437 Conventum, res, et familias Bellovisus sub regiæ clientelæ munimine constitutum esse, atque ab omni armaturæ suæ contributione, ac similis cujuscunque perturbatione liberum esse voluit, et Senescallos Tholosæ et Carcassonæ cum judice Villæ longæ causarum Patres, et rerum suarum tutelares et conservatores eidem assignavit. Carolus idem anno 1442 Ecclesiæ dominium perpetuo a nobis possidendum decrevit, eternumque eo nomine in menologio nostro Anniversarium, et statutarum toto vitæ suæ curriculo missarum monimentum meruit; deque obsequio a nobis promisso et loci immunitate constat tum litteris regiis, tum Cameræ computorum actu duplici; altero 2 septembris 1444; altero 10 octobris anni 1446. Annoque 1444 mense octobri et participes fieret orationum quæ in eo Conventu fiebant, de regia potestatis amplitudine ac peramplia gratia Bellovisanis concessit, ut bladum, vina, legumina, aliaque id genus grana, ligna, fructus, pannos, fœna, sal, oleum, et quæcunque alia bona sua ad suos suorumque usus, victum, et provisionem, seu ex terris suis productæ seu alibi de acquisita vel donata sine dolo, et fraude ubique terrarum toto regno suo immuniter vehere ac transferre cum suis animalibus, pastoribus, et familiis quibuscunque possint; nec pro ejusmodi rebus regio vel alii fisco, pedagium, lendam, gabellam, pontenagium, aut aliam quamcunque subventionem et redhibentiam impositam, seu imponendam solvere unquam cogantur, nec a quocunque ullibi ad id compelli possint. Eosdemque ex adversantiori gratia cum omnibus suis domibus, grangiis, terris, pratis, vineis, et possessionibus quibuscunque ab omni servitute decimarum, tallarum, subventionum, subsidiorumque quorumlibet ex hac huiusmodi Pontificum mandato liberos in perpetuum fore jussit, et si qua sibi forte pecunia ex ejusmodi causa deberetur eandem penitus remisit; Quæstoribus, Rationalibus, et subsidialibus judicibus

Privilegia regia. -

erarii sui, ac judicum suorum receptoribus in Occitania serio mandavit - et largitate sua Domum eidem Conventui libertatum servarent. Quibus quidem litteris computorum Parisiensium Camera 7 decembris 1666 subscripsit et publicis tabulis eas eadem inserendas dixit. Ejusdem quoque Camerae ac Quaestorae regiae apud Occitanos Judices earum litterarum jure subnixum omni onere liberum esse eumdem Conventum 12 octobris 1466 decreverunt.

Ludovicus undecimus Caroli septimi filius praedictas libertates et immunitates omnibus omnino Carthusiani Ordinis Domibus esse communes voluit - ultima octobris 1465, cujus litteras Parisienses subsidiorum judices suis inscribi libris, et perpetuo effectu tenuras esse anno eodem 8 novembris decreverunt.

Ludovicus duodecimus has aeque quas aeque alias praedecessorum suorum gratias Donationes et exemptiones eidem Conventui concessas suo diplomate cum sigillo regio mense decembri anni 1513 Blesis exarato renovavit et in perpetuam ratas esse ordinavit.

Franciscus rex eo nomine primus mense Martio anni 1535 et Bellovisensium monachorum in se animum et ad Deum preces sui causa provocaret similes eidem proregativas elargitus fuit.

Carolus nonus Francisci ex Henrico filio nepos mense julio anni 1564 Lugduni agens eodem favore et diplomatibus consimilibus margarito Conventum eumdem esse honoratum voluit.

Henricus quartus cognomento magnus Conventum Carthusiensium Castrensem quem oculis subjectum jam non habebat mente contemplans in rebus ac juribus suis per litteras 25 maii anni 1593 Mantae traditas et sigillo regio decoratas sub fidei submisit; eumdemque pristino statu reponi ac dimitti ejus denuo erigi sub beneplacito Ducis Montmorentii Occitaniae Proregis edixit. Hemerat vero eidem Duci 6 martii praecedentis, iterumque placuit ultimo novembris subsequentis, datis in testimonium iteratis litteris.

Ludovicus tertius decimus Henrici magni filius praedictae sui Genitoris aliorumque Regum et alia quamplurima pro omnibus omnino Carthusiis privilegia tam quae hic expressimus quamque silentio praeterire cogimur quia Conventus nostri conflagratione ac direptione perierunt Carthusiae Castrensi Tholosanae, translato mense julio anni 1618 peculiari esse voluit regio sigillo et subscriptione sua in elapso monimento Parisiis edito, cui Parlamenti Tholosani Curia ultimo augusti ejusdem anni, Camera Ratiocinionum Montispessulani 12 septembris sequentis, et Senatores Duranienses 20 septembris 20 septembris 1619 subscripserunt - cum exceptione nihilominus fundorum ex antiqua Occitaniae consuetudine neratorum.

His a Galliarum Regibus privilegiorum donis, et unionum et gemmarum fulgoribus coronis Bellovisensis coronam multiplici quoque comitum ac Ducum aliorumque insignium virorum donatione et collatione ac vermiculationis super aurum et argentum perpulchra variegata resplendet; illius primitus ac praesertim qui hucusque huic operi manum primus admovit. Joannes Vindomensis et Castrensis Comes qui anno 1359 mense Aprili

Privilegia Comitum et Ducum. -

desiderans particeps fieri (sic habetur in actis) eorum quae ad virtuosa et spiritalia opera disponuntur Raymondo parenti nostro domum nostram erigendi, nasque in nec Bossaci villa solo sub annuo bladi visini ac pecuniae redditu fundandi liberam gratis primum protestatem fecit; ac deinde substitutum ex integro rebus et possessionibus ejusdem Raymondi sine liberis defuncti conventum, secure hereditatem adire, ac constitutum (ne comitatus ea dere detrimentum pateretur) admortisationis pretium sine ui quaestoribus suis diversa via per partes numerare permisit.

Bochardus Joannis filius qui paternam benignitatem, datis in perpetuam comitalis juris extinctionem 8 decembris anni 1367 litteris sua quoque benevolentia complevit; nosque nostra licet conditione aversendos amplissimi patrimonii sub aterna ni morumque juris atque obsequii exemptione possessores officiales secundarie fundavit; et quo actu nos debito liberos esse declaravit, eodem etiam ab omni Regis ea dere petitione, si qua tandem in posterum oriretur nos suo successorumque opere ac ere indemnes servatum iri firma stipulatione cautum fecit.

Jacobus Borbonius Hierusalem, Hungariae ac Siciliae Rex Castrarum Comes similimos benevolentiae fodere sibi adstrinxit qui anno 1427 suadente pietate, ut eleemosynae largitione nostro permisit Conventui nunquam non tenere annalem decem librarum reditum a Joanne Rogerio Caumensi superhabitatoribus Barcadonis Matisveteris nobis donatum; idque sine ullius solutione financiae, sola sibi ac sequentium se comitibus homagii agnitione, ac fidelitatis sacramentaria promissione in quibet comitis mutatione reservata. Ad cujus etiam reditus (quem Albergum dicimus) aliorumque feudorum nostrorum, imo et omnium intra Comitatum suum bonorum ac juriun, nominatim vero villae Bossaci (quam Bassam vocitamus) a Petro Sayssa Montispessulani cive non ita pridem acquisitae possessionem securam ac nullo tempore convellendam nostri Prioren monasterii S. Petrum Macellarium procuratorem fidei et obsequii juramento et sinumeratione iteratis actis 20 augusti 1431, 5° martii 1437, et 8 aprilis 1438 placidissime cum osculo pacis, et omnimoda censuum, ac laudimiorum immunitate admisit.

Jacobus de Armagnaco prodicti Jacobi in eodem comitatu rerum, dignitatis ac pietatis successor anno 1463 ad similem fidei obsequium et homagii professionem D. Franciscum de Ponte Prioren Bellivisus accensuit; ac feuda conventus nominatim vero Prioriae, Avisoti, et Albergum Barcadonis proxima recensitam certa et perpetua eidem esse consensit.

Symon de Lantrico Ste Germerii Sanctus, Vicecomitatus Lantricensis Dni Joannis de Tuxo Vicecomitis gubernator favore dicti conventus et districtus ejusdem regulae et contemplatione precum (sic enim legitur) quae ei cessanter eo in conventu fiebant anno 1485, 7 septembris piscandi cum omni telis genere totis fluminibus

et aquis dicti vicecomitatus facultatem fecit: quam Duces Astorgius de Montesorti aquarum, sylvarum regiarum in occitania Prefectus, et Magister supremus novis litteris pro sola tamen conventus Bellovisani provisione ac necessitate, absque ulla retis ullius exceptione 16 julii anni 1544 confirmavit.

Ducum et Magnatum, qui per tempora hujus regionis Magistratum gesserunt in eundem conventum benevolentiam per singulos eorum his adducere scriptis non valeo cum innumeros per monasterii Ifroldationem certhoensibus deferierint: sed ex calicum, camlarum, aliorumque pietatis monimentorum, quae manuum hostilem effugerunt numero, ac praestantia facile conjiciendum Duces, Bossaei domum inclytis fuisse actis et muneribus a praecipuae dignitatis et sublimis conditionis hominibus decoratam. Hoc calix ille vastae magnitudinis, et non perendi ad communem usum fonderis, et Casula polimyta et aureo stamine intexta Genealogia Christi Servatoris nostri opere plumario ut penicillo pictoris ab utraque parte quam elegantissime per arboris ipsecca tamarum, et ramos elaborate exornata, comitumque Tuscentium, primirum ex alicujus illarum, munere stemmate insignita, atque calices aliis Maecenatum insignibus exquisitis abunde testantur. Hoc acta quam plurima liquido exprimunt, quae Vauri, Castrarum, ac Biterrarum Episcoporum beneficentias in eundem conventum quas alibi exposui, Ecclesiarum emtione, pecuniarum largitione, aedium constructione, ac multiplici donorum et favorum procuratione certo certius efficiant. Hoc regii missi ad exigendas a toto clero ad subventionem negotiorum regni decimas deputati luce meridiana clarius apparuerunt, qui annis 1414, 1423, et 1424 easdem Ecclesiasticoque coaequantes in tanta veneratione Bellovisum habuerunt, ut ab illarum praestatione ac indictione eundem immunem conservarint.

Haec omittendi sunt in hoc testimonio plebis quorum per singulos annos pia ex testamento vel Donatione ex deducta superius per singulos pene annos et annorum menses ac dies series, ac illius Synopsi quae Ducentorum circiter nominum catalogo constat luculenta sunt probationes celeberrimam illius monasterii totam non solum Castrensi sed et vicina, imo et remota circumquaque regione famam et boni opinionem fuisse; quandoquidem in illud collata Donaria Tholosa, Castronovo, Carcassona, Narbona, Biterris procedunt, et comprehensas illarum civitatum circulo terras pervadunt; atque a solis ortu usque ad occasum, et a meridie ad aquilonem longissima locorum intercapedine effusam, ut olenum unguentaria illius pietatis officina suavitatis opinionem sic declarant; ut sa beatam existimasse videatur quisquis expiandae a delictis animae suae, et faciendorum de mammona iniquitatis in aeternis tabernaculis amicorum solicitus in illius templi gazophylacium plus minusve pro sua quisque facultate conferre. Ex ipsarum equidem Donationum verbis et legatorum clausulis suavissimae illius odor opinionis effatur: cum quisque mox largitionis causam in illius monasterii pietatem, et manu in precibus monachorum ejus, quarum se

quisque participationem, optime desiderare testatur confidentiam refert:

Hinc est quod permulti naturae debitum solventes rerum suarum distributionem, postremae voluntatis et dispositionis suae executionem, imo et filiorum suorum quibus nihil carius relinquebant educationem monasterio et Praefectis ejus secundariis scilicet sua vice patribus commiserunt, et charissimorum sibi pignorum moribus et rebus dirigendis praefecerunt. Quae omnia eo majorem admirationem quo diuturniorem habuere durationem merentur; quandoquidem ab exordio fundationis usque ad ultimos destructionis ejus annos protelata et continuè peracta cernuntur: et extitisse certissimum evadit nullam esse aut unquam extitisse capitalioram pestem haereticae pravitate, quae infecti Castrenses pro avita morum concivium pietate sathanae qui pietatem ex professo aversatur spiritum sibi dentes hoc devotionis et virtutis gymnasium et collocata ei ecclesiae Gallicanum tabernacula quae servare debuerant et electa et honorifica addictae quondam Deo suae civitatis, et praeclarum digna veneratione monimenta prostraverunt. Itaque quod pietas fecit, impietas infecit; quod divinus amor struxit, odium infernale destruxit; omnino tanti tamque celebris domicilii eversionem non humani consilii, sed peralis et infernalis fuit inventum; uno verbo inimicus homo hoc fecit.

Nihil tamen ad propositum suum efficit, cum sibi persuasum habens eversis lapidum parietinis, et stratis columbariis ipsas quoque columbas natali solo aeternum migraturas omnemque sanctae conversationis exercitationem inde semper exulaturam, longe alibi jam perspicit evenire: nam nos quidem non nisi ad horam tempori cedendo recessimus; nec locum omnino deserimus, qui nunc illud excolere ac ruinas ejus paulatim reponere satagimus, divinaque illic favente numine restitutum iri obsequium propediem speramus. Imo vero revelescere, dentibus frenet et animo tabescat tantum precor licet desiderium, tam infernum propositum sic pereat, ut haec (quae tu est operis) Bellovisanae domus in terram dejecta tholus ante longe celeberrimis ~~fuerit~~ seminatio, et de radicibus alte per arborum longa curricula missis novi surculi gemmam proxime speretur educendum, atque quod confotem fidem est crumpes- ~~si~~ Regulum. Hoc enim in clytae memoriae et magni nominis heros Henricus quartus Rex quam cito pacifico Regni Gallici sceptra tenuit, tam cito Bellovisanae domus (ut jam enarravi) patrocinium suscepit, et restaurationem ejus sub beneplacito Magni Montmorantiae Praefecti et Polemarchi mi, quod nos autographum conservamus permisit.

Annam Montmorantium istum (ut ad propositum revertar a quo digressus sum) clarissimum ducem ac potentissimum occitaniae praefectum totiusque gallicae equitaturae Praefectum, antiquissimae nobilissimaeque Regni Gallorum familiae ~~cui~~ christianae primarium fides legitur inserta ramum, nostris Deus optimus maximus

ruinis superexpandebat, rebusque nostris aliquin deflorati tutelarem providerat; nam cum per infelicissima bellorum civilium tempora occitanarum rerum summa penes eum esset, et ipsi quoque haereticae factionis homines sub ejus vexillis militarent, ne nobis ac villis nostris percepta damna inferrent, ne inveterato odio in res nostras et subditorum nobis Escossensium saevirent, nosque rebus et facultatibus nostris sub fide et vite nostra ati, et prendere sua fterentur in arbora poma multiplici annorum 1585, 86, 87, 88, 89, 90, et 91 ordinatione quae observamus edixit: ac insuper Escossensis loci custodiam militarem cui compluries proceres cupidi nobiles inhiabant nobis et consulibus nostris esse solam et certam decrevit, ac pro ea primus 8 augusti anni 1585 legem tulit; cui postea Dux Ventadorensis anno 1595 ac postmodum Henricus Montmorantinus filius 20 aprilis anni 1616, et iterum 13 septembris 1621 subscripserunt, et hoc quisque in eam rem diplomata concesserunt.

Dux Joyosius Tholosanae ditionis, et altioris Occitaniae Praefectus similem, sed clientelae ac patrocinii anno 1498 carthan nobis edidit; et quis regiis exercitibus praefuerunt, aut regia in his regionibus praefectura fulserunt Duae scilicet Angolismensis e Valesiorum regali prosapia et Caroli noni proles, Caesarque Borbonius Vindomensis Dux et Henrici magni soboles clientarem (quam salvam ardiam dicunt) protectione, ille 20 aprilis anni 1621 apud Lauricum, iste ultima julii 1622 in castris circa Lumberium obsessam Bellovisanae religionis Carthusiae munitas esse voluerant, sed quid istis sigillatim recensendis immoror? Haec de multis pauca sufficiant, ut quanto apud extraneos supremae infimaeque conditionis homines in pretio ac honore domus Bellovisana fuerit etiam cum jaceret victa tristissima innotescat.

Ut vero quae tanto extra ordinis Carthusiani septa radiorum, praedarae existimationis fulgore claruit in ejus penetralibus et Carthusiae matris, Capitularium ejus consentum, ac aliarum celebrium domorum penetralibus non minori luce coruscavit: nimirum Pharus in edito accensa fuit, quae concepto in monachorum cordibus Priorum et monachorum igne intus ardens foris operibus et servida Brunoniaci instituti observatione extraneis quoque longe lateque in saeculi nocte resplenderet; sed quae sibi vicinora erant ampliori luce declarasset. Hunc ego splendorem, praedarae hujusce nominis famam, et dignitatis in Ordine suo decorem proponere intendens, in ipsam quae domum, et clarissimos ejus oculos animamque convertens Coelum mihi video coeruleum conspicere, ubi et elevatum solem Deum scilicet dignis laudibus die noctuque privatim ac publice honoratum et exultante spiritu magnificatum contemplor; ac subinde Lunam Carthusiensem semper regalem stantem in ordine suo intueor; et stellas majores cum minoribus dantes lumen suum in custodiis, et lucentes cum jucunditate in quo fecit illas stupore refletus et extasi admiror. Hinc est quod Avenionensi et Caturcensi domibus nominatissimis ista speciali

Associatio cum Avenionensi Carthusia. -

necessitudinis nexu, et associationis vinculo conjuncta fuit; hinc inquam, quod ex illius Patribus et filiis complures in diversis locis principes constituti sunt; eligi Procuratores in Urbe generales, gesserunt; permulti Prioris et Visitatoris officiis saepe digne perfuncti sunt cum laude et honore; equibus etiam duo suprema totius Ordinis Praefectura cohonestati sunt. Huic amplius, quod ad instituendum novis Hispaniae domibus sacrae observationis ad amussim Carthusiae majoris institutum, multi ex hac arbore sunt excepti, et illuc advocandum et vigendum ad Priorandum inquam missi, et viceversa ab Hispania ad hanc domum, ut recta imbuerentur disciplina non pauci diversis temporibus obedientia dirigente sunt vocati.

Haec sigillatim expositurus a corpore incipio et subinde ad membra descendam. Illius forma talis et tam speciosa fuit ut Avenionensis Carthusiae cultus in clytus pulchritudinem ejus concupierit, et socium Bellovisum sibi affectum suae civitatis jure ac bonorum spiritalium communione donaverit; cujus societatis foedus habemus in tabulis scriptum, et 28 maii 1472 Domnis Anthonio de Lhyeus Avenionensi ac Francisco de Ponte Castrensi Prioribus authoribus, et utroque Conventu approbante sanctum, atque utriusque domus stemmate ac sigillo munitum; ea lege ut unicuique ambarum monacho, converso, vel Reddito (quorum id temporis erat in Ordine numerus, nunc abolitus) ex hac luce amoto plenus cum psalteriis monachatus, licentiae per ordinem missae, cum anniversaria perpetuae memoria in necrologio ut moris est scribendo tribueretur.

Facit lectori, ni fallor, mirationem ista donorum duarum longe locorum intercapedine disjunctarum conjunctio; sed tollit eam quam subtexo dignam situationem. Aquitanica quo ad Ordinem nostrum Provincia paucioribus olim domibus constans adjunctas habebat, quae nunc proviscae Provinciae sunt, Avenionis Vallis Bonae ac Bonihassus domos: sed successu temporis utraque Praefectura per accessionem novarum Fundationum sese dilatante, visum est Ordini nostro anno 1639 illas in duas dividere, et tres ab Aquitania divisas Provinciam dari succenturiare. Cum vero tunc temporis tanta inter Avenionensem et Castrensem Priores necessitudo intercessisset, ut utrumque idem per vices Prior nec unus nec semel rexisset et Aquitanici Visitatores sic ex utraque conjunctim essent, ut aliquando quidem Avenionensis Prior Castrensem sibi in provinciae hujus regimine subpraefectum, aliquando vero iste primarium Avenionensem haberet sibi in visitationis dignitate secundarium; quin et divisas annis multis unus idemque successive post alium gubernaverit, cum hinc inde assumpti huc illucque ad clavum tenendum transmitterentur, ex illa praesidentium reciprocatione ac gubernationis concellatione velut duarum unius motionis manuum explicatione tantus in animis Patrum utriusque coenobii accessus est charitatis exortus ut modo potere, et intus et clausis negaverit remanere, sed foras necesse habuerit erumpere hinc quo praesentium actu religiosa Avenionensium fides dignam laudis commendationem meretur quae nec

temporis omnia oblivione delentis diuturnitate, nec praedictae Residentiae, admixtionis cessatione, nec Carthusiae domus eversione, ac conventus ejus fere ad nihilum, redacti paucitate mole sic in foedere se praebuit integram, ut anno 1605 circa festum Paschae Domnis Nicolao Leando Avenionis, et D. Antonio a Sta Paulo Castricasi Cholsan, translato Prioribus illud denuo iterare voluerit. Confecta ergo renovationis, atque confoederationis inter Cholsanen, et Avenionensem domos Carthusiae conventibus ambobus consentiens, manum, et sigillum apponentibus, et eodem actu utrique praeter christianorum generalia, Carthusiensium specialia, peculiaria invicem (ne aliquid tabulae) foedera communi consensu et concordibus animis inierunt; ut cum quivis ex utraque parte diem obiret de alterius monasterii professo quolibet velut comprofessus eo officia et suffragia reciperet quae pro ipso in propria domo se redhiberi debere statutorum sanctio et pietas ubique observata commutando requirunt: Pergo lector, et perpende quod post pauca subsequitur, ne forte putes Avenionensium animos Cholsanensium flore illectos Castrenses aridos neglectui habuisse.

Et quoniam (aiunt) domus Castrensis superioribus temporibus destructa, ac solo aequata nondum redintegrata est, nec brevi redintegranda speratur, nisi Deus aperiens manum suam impleat eam sua benedictione; hoc ipsum quod de illa exprimimus et significamus ad novam domum Cholsanen, quae ex eadem pullulat et foeliciter exsurgit referri volumus: ut sive una domus sicut nunc est coalescat, sive duae tendam, rebus in melius commutatis dispertiantur, idem foedus et jus societatis cum illa vel illis permaneat.

Haec cum Avenionensibus Castrensium conventio similem istis peperit exemplo suo cum Caturcensibus pactionem. Nam cum istorum domus post Avenionensium secessionem in Aquitania primas teneret, et inter utramque eadem quae prius cum Avenionensibus Priorum et officiorum communicatio intercederet; placuit tandem anno 1539, 10 januarii D. Petro Sardes Caturci Priori Aquitaniae visitatori, ac demum apud Carthusianos Patrum Patri, et D. Petro Coalhaci Caturci professo Bellivisus Priori et Aquitanorum Convisitatori visitatem utriusque domus conjunctionem et associationem consensu, signis, et sigillis amborum asserta, his verbis inire: « Sciant praesentes pariter et futuri quod dum aliquis praedictarum domorum professi obitus auditus fuerit, pro eo fiet unus Vicenarium more ordinis cum Brevi, et aquilibet alterius domus professo sex missae persolventur aut duo psalteria ejusque anniversarium proximiori anniversario conventuali sociabitur. Si tamen debiles vel infirmi aliqui fuerint, commode quae satisfacere non poterint, nulla obligatione tenebuntur: si autem prospera valetudine donati fuerint praedictas sex missas aut duo psalteria solvent. » Quod vero Castrenses eo scripto pepigerunt nos Cholsanenses de illorum stirpe procreati nobis sanctum existimantes religiose observamus, et aperto pactibus conversis sinu charitatis eodem societatis effectu illos complexi sumus.

Propositum pro viribus meo monasterii Bellivisus quae a solido ejus corpore procedit lucem succedit

Do Contencioso nº 21

Bellovisus dignitas a viris ejus illustribus. -

ordine suppleverda membrorum quae illud componere compago; et illa nunc sigillatim educere, ac per ordinem et tempora cujusque exarare, et mei rerum instituti, nomina, opera, et acta Priorum et monachorum illustrium recensendo aggredior, sed in ipso aggressu primo trepido: tum quia ad tantam lucem caligo; tum quia tanti nominis et dignitatis Patrum laudibus evehendis, et actis quae non adeo enucleata, nec per singulos annos digesta reperio me omnino impares agnosco. Tergo nihilominus, quia vocor ad caliginem in qua esse mihi videtur Deus et quae illo dicente ac docente comperta habuero ad laudem ejus, eorumque quasi una vice Patres et Priores nobis edidit decus lapideis, rudibus nempe, tabulis inscribo.

Carthusiae de Bellovisu sub beatae semper Virginis Deiparae Mariae in Bossaco sitae a die fundationis ejus ex Dñi Raymondi Sayssae castrarum Patritii ultimo testamento 21 julii anni 1561 (1361?) destinatae usque ad hunc annum 1630 tempus per annos ducentos septuaginta proprie vere virtutes et misericordiae Rectores primum duo, et postea Priores viginti peculiares, et adjunctis insuper annis triginta tres: De Rectoribus praeter ea quae superius perstrictim dixi veniunt dicenda quae sequentium Prolegomena quae dicturi sumus ex exordio hereditariae additionis acta, quia Prioralium operum extitere praeludia.

Nascentem carthusiam primus omnium excepit Ven.lis D. Bernardus Botas Lupateriae proximus Prior qui mandante R.mo Patre 9.o et 20.o anni 1361 utriusque parentis nostri Dñi Raymondi ac Dñae Centullae uxoris ejus divisit hereditatem et consulibi fecit inventarium; illius quidem solus; hujus autem cum Dño Amelio Alberto coherede; ac per octo circiter menses successionis istius negotia peregit solus: anno vero sequenti novo per Generale Capitulum instituto Rectore sese gerendarum praebuit comitem et consultorem, ut contra insurgentium rerum et personarum insultus civitas fieret munita frater adjutus a fratre; quod ex tabulis quidem nostris, maxime vero et Recognitionum ab ejusque editarum eo tempore libris satis colligitur; ubi Prior iden cum D.o Arnaldo Fabri conventus referuntur agere ambogue hereditatis Dñi Sayssae Rectores appellari. Sed in istum annum 1362 huic negotio specialiter destinatum tota Deinceps cura incubuit, quam legimus ab anno 1362 nova per singulos fere annos mandata tum a Capitulo generali tum a R.mo Patre D.o Helisario accepisse hereditatem eorumdem Sayssae ac Centullae vendi, regendi, et bona mimus utilia et beneficiaria vendendi ad dissolvendum nomina et destinatam novae carthusiae fabricam erigendam. Quo quidem in opere strenuam, toto quinquennio Faber collocavit operam et D.o Botasio consultore, junctis sibi Guillelmo Balestra et Bernardo Sayssa nostri Fundatoris consobrino testamentariis executoribus fidem, supplicem, ac emphyteotis exegit, et minoris momenti bona plerique

Priorum Series. -

divendidit; equibus unum fuit hospitium illud Castrense Domini nostroe ab oriente ac platoe communi a meridie et occidente conjunctum, cui in apice portoe gentilitium Saysseanum insigne ad hoec usque tempora lapidi superiori insculptum remansit, et non ita pridem erasum fuit: Ex contractis autem inde et ex annuo agrorum proventu pecuniis aliisque testamenti beneficia in pauperes multa et magna ad unum omnia, et debita quamplurima dissolvit; quinquaginta supra quingentas turonenses libras pro anno Saysseoe fundatoris sororii dotis nomine solvendum residuas apprendit; comitali oerario ad exstinguenda comitatus jura mille ducentos quadraginta florenos auri numeravit; Conventui Prioratus Castrensium pensiones multiplices ob diversa et vetera Saysseanum legata viginti libris fortibus semel et postea centum octoginta florenis auri consolvit; regio oerario centum triginta unam libras ad assecurandam boscagii possessionem exsolvit; Capitulo Stae Benedicti Castrensis pro diversis anniversariis ab utroque parente nostro institutis et aliis eorum desideriis et decretis piis plenissime satisfecit; hoc est agrorum aliarum et salebrosum continui laboris et obsequii mei aratro proscidit, sentibus expurgavit, et planissime subegit. Monasterii formam, pectum nihil cominus informem in Bossaci villa sibi ac tribus aliis monachis constituit, futuri modum delineavit, et materiam prosperavit; ac tandem diurno depressus labore in occasus hi vespere requiem in omnibus quoesitam invenit, et vocante patre-familias denarii mercedem pro qua laboraverat dignus operarius accepit.

Cui illico substitutus est anno scilicet 1367 Dus Guido Audebertus, de quo cum novissima hora venerit, et brevissimo trium ad summum mensium tempore hujus vineoe fossor exstiterit, nec nisi in aliquibus laudiniis actor appareat, licet magna ex hac ejus electione existimari de ipsius merito debeant nihil tamen de opere hujus commentario lectore dignum occurrit.

In diebus illis non erat Rex in Israel; non erat qui Prioralis potestatis apice fulgens decerneret quod domui Israel justum et utile censebatur; erat hoec plantatio revera electa, omne semen verum, sed deerat agricola cui Castrensis ordo dissipare, evellere, oedificare, et plantare pro dignitate praecepisset. Per annos singulos a Rmo Patre operarius ex scripto mittebatur quem Divinus Faber, sed ad regendam hoereditatem, et peragenda negotia, videlicet ad fodiendam et putandam vineam, non Prior ad gubernendam et disponendam domum. Domum enim ordinis eam agnoscere, eo quod torcular, turris, sepes, caeteraque ad desiderium et consuetum usum non haberet ipse ordo quinquennio distulit, debitis, negotiis et difficultatibus hos circumstantibus orientibus et ortu proximis ut apro de silva, et singulari fero irruentibus posteritus, et quasi jacentem et maculatam in sanguine meo manu licet filiam sordes ejus refugiens Pater

non agnoscebat: sed tandem detersis nubibus sedulitate inquinamentis, evulsisque altoris labore dumis coepit agnosci vinea, coepit puella vitis cognoscere patrem; compositis nimirum quae amplius urgebant negotiis, et placatis fisco, legatariis, creditoribus et petitoribus praecipuis pacem agentem pacis amator ordo blande asperit, et agente potissimum apud R^dum Patrem et matrem Carthusiam Dño Petro Columbo cive Castrensi quem sibi Dñus Guillelmus Balestia hasequutor testamentarius author fuerat adsciverat in collegam, tandem cooptavit in filium, et anno 1367 admisit in Domum, et adjunctum suo corpori membrum, sanctissimae Trinitatis mysterio illum ominans, et nominans B^tae Mariae de Bellovisu Carthusiam, ac proficiens in more caeterarum, auspicium, prudentia, moribus et integritate Priorem qui trigintatrium portium antesignanus sedens in cathedra portissimus occurrit.

Dominus Stephanus de Coderco Prior primus tanquam tenerrimas ligni vermiculus ab ima sede quam in conventu Bossaci adventu ultimus occupabat evocatus est ut sederet ex aequo cum Carthusianis Principibus et Prioralis gloriae solium teneret; videlicet ut quantum decoratur Martyrii chorea antesignano Vo Stephano Protomartyre, tantum gloriari posset nostra recens Carthusia Stephano Proto-Priore suo; et ipse primo ingressu suo gloriosum monasterii statum prosignaret, qui justitiae corona, sui nominis omine, ac vitae merito repositam habebat. Iste (ut brevi sermone magna ejus acta complectar) triennio tantum Prior multa est aggressus; fidei clientariae professionem quamplurimam recepit; Escassensi meditatem acquisitam detis regio Tholosae fisco ducentis octoginta aureis possessione securam fecit; cum Amelio Alberto Dñe Castilioe coharede communia jura convenit, et compensatam diversis in circuitu Castrorum feudis Boscogratii partem mediam quae cum ex divisione contigerat nostrae conjunxit; Castrensis Episcopatus et Capituli quoddam super monasterii solo instus illud, transactione superius inserta fecit mortua; Regum, comitum, Episcoporumque dicti descriptus est, et illos nostrae possessionis apud Bossacum, Boscogratium, et Escassensum assertores, illum vero benevolum Patronum et munificum Moecenatem habuerit, cujus auspiciis et auxiliis templi nostri majoris fundamenta jecit, et dextri majoris muros erigere coepit, sed promovere in longum et altum, utraque, et angustis caulis numerosum gregem habere non potuit; quia exacto triennio annorum 1367, 68, 69 a sede recessit; quam illico implevit.

D. Hugo Amelius; sub cujus brevi anni 1370 sessione non nisi duplicem laboris ejus fructum ex actis elicio: receptam scilicet laudimia; et conquisitam octogintae florenis auri ab Amelio Alberti

Series Priorum.—

[illegible] area castri premulla cum capitulo Sti Benedicti Castrensis indivisa, quae postmodum eidem Capitulo in compensationem sui in solo circa Bossacum juris ab ejus successore sunt attributa, qui fuit,

Dñs Joannes Trolhasius anno 1378 Prioratu insignitus, eoque usque ad annum 1402 annis triginta uno perfunctus functum retulit de suo labore ac patientia in tanto tam diu perendo onere in quo parem successorem nullum habuit, ad minus trigesimum. Is Sti Saturnino Valrensium oriundus virtute bene praeditus; litteris apprime exultus; pietate, prudentiaque conspicuus; qualem decebat esse spiritalem pariter, et materialem nosse de Bossaco domus architectum, et moderatorem assurgentes Ecclesiae parietes in altum exsit, et muris cellis, cellas monachis exornavit; Boriam unam a Petro Sayssa Montispessulani solo nostro consolidavit; Capituli Castrensis tasquas et census in Bossaco omni nostro facta per probos equa si non ampliori compensatione delevit; litem Burlatensis Capituli ob decimas terrorum intra clausuram domus compositi, ac penitus extinxit, deque cimeriis incendii commutationem Ecclesiae Sti Martini de Loderiis quam ipse a Gregorio undecimo Papa obtinuerat cum Prioratu Sti Petri Avitensis quo nobis intimo intime gaudemus ed uxit; Capellam Turgensem cum oblationibus et emolumentis suis ea tempestate bene multis extra decimas et curam adjunxit; hereditates, legata, dona, et largitiones priorum pius ipse cumulate recepit; monasterium reditibus auxit; et talis ex seipso fuit, ut anno 1377 pro Rdo Patre in Romana curia legatione functus fuerit; cum interim eo in remotis constituto proximus Lupaleriae Prior D. Joannes Cachinus Bellovisanas res et personas gubernaret; Anno vero 1378 quo per Dñi Gregorii XIi a sede Pontificia mortalem egressum ac turbulentum Urbani sexti in eam ingressum gravissimi omnium schismatis Ecclesiae universalis statum turbo procellosissimus agitare coepit in Romana curia Procurator Ordinis generalis una cum Prioribus Sti Bartholomaei et Stae Crucis in Jerusalem a capitulo generali electus fuit. Sub ipso ac nutibus ejus res monasterii cum laude egerunt D. Petrus de Cheveraco, D. Petrus Helbrandus et D. Bernardus de Auris Procuratores; quorum iste Priorem suum post tot annorum dignitate ac labore cum simili laude subsequutus est. Interim vero D. Trolhasius laboribus exhaustus et meritis onustus in coelum receptus est, illoque finiente initiatus est

4us D. Dominicus de Podio, qui anno 1383 ex Vicario Bonifacii ad Prioratum domus Bonae fidei promotus fuerat, anno 1402 ad Stam Trolhasii sedem translatus sua quadriennali sessione ipsum

Series Priorum.-

obnestavit, et Conventum Ste Petri Avitensis et Ste Vincentii Grasanensis secus Biterras adita possessione diticeren reddidit: oedificiis ac negotiis per se ac D. Bordanem de Castillione stilb Procuratorem suum promovendis curam non segnem adhibuit, et tandem recessu suo fecit ut accederet et Bossati procederet

5us D. Bernardus de Auris, quem ex tabulis nostris edisco a domo Burbonis ubi triennium Priorem transegerat eductum ab anno 1407, usque ad annum 1426 completum navis nostrae clavum tenuisse eumque annis circiter viginti per syrthes et Carybdes ac promissentes diri schismatis scopulos et saxa latentia, per obscurissimas tempestatis procellas, et iratorum aquilonum agitationes compagnantium, solicet conflictationes sine naufragio circumduxisse; et cum Ecclesia et Regno Gallise a clementis dicti septimi nemoris et successoris ejus Benedicti tertii decimi nuncupati constanter, ut putabat, non tamen secundum sententiam partibus stantem, varie actum et agitatum fuisse, quin et post concilium constantiense huic apud Pennisolam refugo, quod demiror, adhaesisse; ac demum anno 1420 a Martino quinto Pontifice ab omnibus recepto per Austrium suum ad osculum pacis et paternum complexum animi una cum conventu suo post errorum agnitionem proevia absolutione admissum fuisse, Interim vero nihil eorum quae sollicitum decent Praesidentem omittens Prioratus sui exordia Podiolacensis Ecclesiae unione ac possessione decoravit; exinde laboren, labori, et bona bonis addens annonam salariam a Carolo sexto Rege impetravit; quartam ex cassis partem a Dña Georgia de Ste Martino partim gratuita, onerosa partim donatione recepit, et eandem postea per assises ejus appetitam et lite contestatam data pecunia nobis certam fecit; Monasterium aedibus et monachis auxit, Ecclesiam testitudine lateritia lapidibus quadris in transversum cancem armata liberalitate patissimum Rev.mi Dñi Joannis Ing adi Castellionensium Antistitis usus securam et decoram reddidit, et 9.o septembris anni (ita recens conferi) 1425 Domino Jesu Christo vivo sua desponsavit, celebrante spirituales nuptias Dño Joanne Belino Vaurensium Praesule; per se ac Dominos Bordanum de Castillione de quo jam supra et Petrum Macellarium ad istam incudem postea venturum Procuratores meritissimos communem ac laudiciorum jura innumeris actis et professionibus denuo editis ab oblivione vindicavit; et Senescantam Lupatariam ut recentem turrulam a veteri fonte eductum Bellovisandi Domini sui concedente publico Patrum concilio et concessionem suam non negante Rev.mo Dño Gaufredo Carcassonensium Episcopo, ut superius enarratum est inscrivit; ac demum in suo Prioratus laboriose gesti, gestorumque feliciter alto constitutus, vigesimo suae dignitatis anno qui fuit millesimum et quater centesimum vigesimus septimus fuit, elegit abjectus esse in Domo Dei, magis

quam in tabernaculis prelationis habitare. Itaque recepta per generale Capitulum capitis ejus cura, ipse capite census factus est ex Priore procurator et militem egit septennio sub signis regis Dni Vincentii et Dni Marcellarii cujus longo tempore dux extiterat, imo quem, relicta alborelig ionis insignia, et negotiis huc licet caterva ultimum prosecerat; ac tandem annorum laborumque pondere depressus a terrena dispensationis cura ad celestis glorie statum, ubi parvi et magni omnes sunt, et servi a Domino liberi feliciter emigravit. Sub ipso vixit et Vicarium sub vexillo ejus egit Dnus Martialis Passagua anno 1425 in Comitiis Carthusiae Grandis Prior effectus, sed anno sequenti ad Bellum visum revocatus, predictoque Vicariatu ad mortem usque quam anno 1443 exercuit continue perfunctus. D. Vero Bernardus Priorate cedens habuit illico successorem dignitatis sue vivum Carthusiensis propositi cultorem eximium, qui sexto procedens ordine calami mei apicem dissertandus expectat.

6us D. Joannes Vincentius Carthusiae Bone fidei professus a domo Portus Bti Mariae ubi Prioratu fungebatur ad tenendum Bellovisus gubernaculum anno 1427 destinatus fuit; tenuit igitur, sed non diu; nam anno altero a gubernatione ista removit manum, et sine cura reliqui ann. ibidem triennio saltem, ut ex cartulario nostro colligitur sedens solitarius egit; reliquum vite tempus in sua natali Bona fide peregit, et anno 1453 perfecit dormiens ibi cum Patribus suis. Assiduus autem licet tempore contractus, operatione tamen Prior fuit extentus, qui uno quo sedit anno Lugdunense domus unionem schismatis cujus tempore conglutinata fuerat occasione nutantem a Dño Martino quinto in quem totus unanimiter orbis consenserat approbationis calculum sortiri ac denovo edita fecit; Joannis Boerii Carnensis decem omnemarum super Burgundie Matisconensis libram, donationem, munus minime contemnendum quo nunc primum recepit; et a Domino Ludovico Montanerio Castrensi Patritio, et Joanna Marcellaria Domni Petri Marcellarii tunc Procuratoris consanguinea conjugatis quartam Escossensis dominationis, omnimodamque illius juriam, partem pecunia comparavit, eundemque Montanerium dimidia rei mee substitutione Benefactorem excepit. Ille autem a sede ad subsellia descendente de carthusiane congregationis jussione ascendit altistis et ab infimo conventualis sessionis gradu qui altissimo erigi meruerat, de quo grandis nobis est sermo.

7us D. Petrus Marcellarius Dni Bernardi alumnus, Bosse professus, Cane Carthusiarum oriundus, parentibus non adeo genere, sed admodum virtute claris editus, bonis infulis ornatus, scientia excultus, prudentia pollens, sobrietia vigilatus, integre vite scelerisque purus, cujus meritis exhendis calamus meus impar tale sine Digno encomio ejus acta perstringens, illud necrologii Bellovisani representat quo dicitur cum pro ista

Domo et negotiis ejus multum laborasse eundo ad curiam romanam, et ad Curiam Regis: quibus paucis verbis ejus in agendo patientia et solertia diserte satis, meo judicio commendatur; amplius autem ex Capitulo generali anni 1458 preconio illustratur; quo post-exortam mortalitatem Aquitaniæ, visitator, Domorum Caturci, Bellivisus, et Avenionis alias Prior, et Villæfrancæ plantationis primæ fuisse dentia insignitus asseritur, ac monachatus toto ei Ordine assignatur. Quo autem et quanto tempore Caturci præsederit minus satis obscurum est; cum ejus annos viderim, exceptis annis 1430 aliquot mensibus, et quinquennio subsequente integro nostris, et Villæfrancæ ad ultimum negotiis exercendis occupatum fuisse: cum tamen ex Carthæa Capitulari assertum, nefas sit in dubium vertere; superest credendum ex Priore Avenionensi Caturcensem effectum, Prioralis curæ onus illic aliquanto tempore sustentasse, indeque revocatum anno 1436 ad Bellovisensem Carthusiam Capitulari decreto, vel electione canonica (nam reversionis modus incertus est) regressum fuisse, et usque ad 1451 illic in Priorali sollicitudine et dignitate consenuisse; atque ad ultimum emeritis militiæ stipendiis Villæfrancæ coloniam sub signis Rectoratus agendo, pro extremæ functionis præmio percessisse. Dum autem apud extraneos et Ordinem suum existimationis fuerit inde manifestum evadit; quod in Ordine quidem amplissimos honores consequutus fuit; nempe prædictas præcipuarum Aquitaniæ Provinciæ Domorum Prioratus; et in ipso primi apud Bellovisum Prioratus sui limine anno scilicet 1428 visitatoris collegam, subsequente vero principalem visitatorem designatum legimus cum exstitisse; illaque dignitate multis omnis apud nos, imo et (quod mirabilius atque extra hodiernum usum est) in Rectoratu Villæfrancæ usque ad obitum suum refulsisse, indeque monachatus pleni suffragia emeritum fuisse. Apud extraneos autem adeo bonæ opinionis et famæ fulgore coruscavit, ut vitæ suæ merito et apud omnes gratia plurima in conventum istum beneficia et legata suæ privatis personæ ab affinibus, popularibus, et notis assignata pertraxerit; extremas decedentium voluntates effectui suo ad pietatis opus donandas testamentis eorum commendatas habuerit, nominatim vero Rev.mi Dñi Geraldi Mayeti Castrensium Episcopi hujus quondam in regia curia paranymphi exequutorum testamentarius a Rever.mo Dño Manaldo successore destinatus fuerit; et a nobili Dña Catharina Leysa venerandæ Crucis Dominicæ nostri pastum, annuum quinque unciarum denodium contentis ad proprium usum illius legato acceperit, unicique filii ejus rerum et personæ tutor et gubernator, atque ultimæ dispositionis suæ plenipotens actor et director absens licet, et Villæfrancæ agens cum D.o Francisco de Ponte Bellivisus procuratore nominatus fuerit. Hæc prudentia et benitate sua meruit; quid autem labore suo domibus quæ eum habuere Rectorem contulerit, licet in alienis quæ mei non sunt ad dicendum propositi ex illis conjicere, quæ de domo Bellivisus ubi se diutius exercuit ex actis nostris, imo suis laude scitisque ad posteritatem digna scribenti mihi obviam procedunt. Imprimis quidem post redactum in Ordinem D. Jordanum

Series Priorum. -

de Castilhone procuratorem a Domno Bernardo qui eram carthusianae militiae b altheo cinxerat habitumque ac professione donaverat - ipse recumbens in novissimo loco, et adventus posterioris anno 1413 vocatus est ad laborem primum, et quae ab eodem ac successore suo Vo Joanne Vincentio ad annum usque 1428 (1429) laudabiliter gesta recensui ipse in partem vocatus ubique saltem secundariis, ut plerumque autem primariis sibi meritis vendicat -; inde enim dignus est habitus cui diceretur Amice ascende superius, ut mi condelabro superimens ara, positus toti Domui et Patri quoque suo Vo Bernardo quem faciente Deo sortitus est procuratorem, mirandae mutationi, et suspiciendae ad exemplum metamorphosi proluceret.

Anno 1428 (1429) ad Bellovisensem Priorem vocante publico Carthusiae Consilio factus insuper collega visitatoris ascendit -; altero anno primarius visitator extitit, et a Patribus mandatum habuit opus a se in Domo Bellivisus inceptum consummandi, et ad illud sese heroicis vindemiis accingendi: quod opus indefinite positum ego non aliud arbitror quam viridarii majoris et molendini lacum, stupendasque utrinque moras et aggeres secum altum Arnti proflavium erectos; cujus egregii operis D. Macellarius meo judicio fuit author et architectus. Vertit qui fuit anno 1430 (1431) et ens eodem visitatoris gradu Prioratum istum cum Avenionense commutavit, eumque et Caturcensem subinde usque ad annum 1435 tenuit; exinde anno 1436 ad Bellivisus Domum reductus sedem ante quinquennium demissam recuperavit, in eaque quindecim annis totis usque ad illius saeculi quinquagesimum jubilaei annum ut in splendidissima Sol sphaera candidus et candens sydus lucis et aroris radiis praeclarae scilicet vitae meritis et splendoribus Sanctorum Domui suae atque adeo toti ordini resplendit, fulgorisque sui acie omnium reverberavit: donec anno 1451 cum jam pergeret ad occasum Priorate exuto Rectoratus Villafrancae pauperioris pannis praepertotis et obedientiae cultoris exiguis ex ordinis jussione se primum involvit; Ita nihilominus (quo vel uno ejus denotatis meritis mire commendantur) ut a nostris requisitus suam in negotiis eorum commodaret operam, et ipse vicissim ex eo quod nostris abundabat in sua relevaretur inopia. Illud exhibuit nostris, in negotiis momenti majoris cooperans illis: illi justa auxilia talionis vice rependerunt ei exacto Rectoratus Villafranae sinulque visitatore Aquitaniae sexennio absoluto demandata sibi operis penso anno tandem 1457 sededit quietis et suaviter obdormivit in Domino. Opera ejus autem in vinea nostra vitis et Agricola fructiferos palmites, et fructus ex illis jucundissimos nobis protulit; qui feuda Castrensia, Escossensia, St Germerii, Podiodericii, omniaque eorum ubique nostra novis professionis actis, notis, indicibus, et adversariis suis maxime illustravit; eosdem et bona Rossacii et Escossensia pia actorum regio et comitali fisco prostituta possessionis securitate donavit; bona illorum innumera adduxit; diplomata a Rege Carolo septimo, Bullas ab Eugenio quarto Pontifice maximo consequutus est; utraque longo et pertinaci prosequutus labore per seipsum;

Series Priorum.

Et ista quidem Bononiae et Romae quo bis pervenit pro translatos Lupatensi, Capellae Pergensis, et Ecclesiarum nobis per nuncupatos Clementem et Benedictum Pontifices in schismate uniterum approbationis securitate, quanto labore et patientia norunt qui ejusmodi peregrinationes et negotiationes peregerunt obtinuit; illa vero a Regis curia huc, illucque eam cum periculis, fatigatione, ac expensionibus innumeris in itineribus, in hospitiis, inter milites, lixas, colones, turbas et strepitus armorum per crebras castrorum metationes, Regisque ac Consilii ejus domicilii mutationes perferri solitis insequendo, adeptus est; et quocumque expetit proma usus Caroli septimi Regis in Ordinem nostrum benevolentia et secundis impulsus flatibus Dilecti ac fidelis Consiliarii ac Confessarii regii Reverendi Dñi Gerardi Mayeti Castrensis Episcopi pro omnes salis annona et privilegiis impetravit. Et quid dignum dicam meritis ejus! uno verbo bonis omnibus per eum respecti sumus. Sit igitur tanti Patris memoria apud nos in veneratione, apud Deum in benedictione, apud omnes in gloria et honore.

Poro duplici ejus, quam exposui, Prioratus sectioni inserius est, unus itemque bina licet vice ad nostri decus monasterii successor dignissimus, qui etiam illum Prioratus diuturnitate, magistratus dignitate, ac temporis longaevitate superavit.

8us D. Joannes cognomento (secundum Petreum in suis ad Dorlandi chronicum elucidationibus) Rosendal, in nostris tabulis dictus semper de Novomagio (urbe scilicet Geldriae famosa quae ei natalis fuit) Dn Petro Macellario bis Priori bis substitutus, ut suos dignitatis annos, sic labores annis et laboribus illius similis velut arbori similem surculum inseruit; ut unum, velut truncum iisdem frondibus et fructibus fatulum ac decorem ambo effecerint, et totis triginta quinque annis quibus conjunctim ad nostri clavum monasterii consederunt circa feudalia Ecclesiae et Castrorum jura simili labore, fervore, ac fervore desudarunt, nec dignitate sua indignum judicarunt illa in cartulis et infundis disquirere, in adversaria digerere, in libros redigere, libris indices et ad margines notas apponere, et annuas solutionum metas et materias separatas quaternionibus manu propria conscribere, et cum Priori ac Visitatoris sublimibus exercitiis etiam haec humilia procurationum acta conjungere. Quorum quoties authographas mihi ob oculos notas colloco, totiens mihi videor Sanctorum religiae vitae manuque contingere, ac in istis quibus Deo per ordinem praecipiente a multis jam annis occupor insigne incitamentum habere; ut calcem calce in laboribus eorum terens, illorumque vestigiis sic laborando inhaerens, ad gratiam quam apud Deum meruerunt, ipso misericorditer concedente perveniam. Sed de hoc communi amborum labore licet imperitus satis mihi videor dixisse,

nunc ad peculiaria D. Joannis Decomagicensis tempore et acta gradum facio. Is Avenione professus
et Vallis Bone Prior, anno 1431 annos natus quinquagesimo concessus generalis electione ad sedem
Bellovisus D. Petri Marcellarii translationem vacantem, assumptus ibi quinquennio jus dixit, magis
autem exercuit, vir ea sede dignissimus; quippe qui pietate, solertia, benignitate, ac mansuetudine praest-
antissimus Moysem mitissimum moderatorem, et David, omnis mansuetudinis prototypum, perfecti-
sime repraesentaret, et sic grandia perageret officia, ut ipsima pro Dei obsequio et monasterii prosecta
munia non negligeret; sed omnibus rebus et personis omnia factus ut omnia lucrifaceret, non quasi
Dominans in clero, sed gregis sui forma factus ex animo omnium in se affectus attraheret. Labori sui
primitias per novas a Rege Carolo VII.o Jacobo Borbonio Castri arum Comite, ac Joanne Foxi Comite regio
Occitanorum Praefecto litteras Bonas, Bossaci inan., Priorat et Avisati feuda, Iscassensis partem, Ditionis
hanc nostram, et quidquid in Carcassonensi Castrensique Senescallia possessum erat fruitione non mutans
effecit; capitis-servii infeudationem anno 1430 factam regii diplomatis beneplaciti communivit; vine-
arum Robertae duarum centenariatarum emptione ampliavit; Arnaldi Barsalonis terras villae podii Sti
Jacobi conterminas directo nostri juris reddidit, quae postea in utile commearunt. Inde sollicitus
praesentiae juris Labor cum D. Petro Marcellario complicari coepit; et ipse quidem quinquennio nobis
imperans Vallis Benedictionis Domum in Villanovana Avenionis suburbio ad Cittus Rhodani sitam ab
altero interim directam et dimissam ordine in comitiis decernente regendam suscepit, iterumque post
annos quindecim, anno videlicet 1451 illo hinc abscedente et Villamfrancam Ruthenorum concedente
reversus iste iterum et ultimo ad Bellovisus Domum alteriores labores apprehendit et complevit. Castren-
sium et Iscassensium laudimiorum juribus clarificandis cum Domno Francisco Co.i de Ponte procuratore suo
deque proximus nobis erit-sermo annis potissimum 1452, 1460 et aliis operam virilem collocavit; Dnae
Catharinae Loysae partem Iscassensis dominationis medium, illa mediante nobis obventuram, proprio
illius aere acquisivit; eoque erga illam obsequio et alias per se ac praedictos Marcellarium et de Ponte
eidem praestitis sic illius amicitiam demeruit, ut et illius quoque successionem hereditariam, ut jam
expositum est, in conventum derivarit. Dnae Joannis Jacobi monetarum Occitaniae Praefecti hereditat-
atem et splendidum corpus admisit; a Dnae Joannae Boscarella feudo Posaguae, multisque aliis
beneficiis ab aliis bene multis honoratus fuit; Stae Caeciliae, Stique Michaelis de Monte Fenesio posses-
sionem utilem adivit; cum Dno de Altopullo ob Castrum Agassae memori Iscassensi intimum pactum
alibi in similibus juris compensatione jam enarrata convenit; cum Dno de Campanho permutatis invicem
feudis exactoque hoc consulto de cervicibus nostris in locis Capitalii illius jugo convenit; vineam quam

Series Priorum -

de hoc dicimus in Petraso eidem turri conjunctam a Joanne de Ponte Saxensi coemit; Escossensi Dominio, aliisque prius acquisitis et admortisatis bonis nobis perpetuis sanciendis per regias denominandi litteras manens admovit ultimam; Ecclesiam in cacuminae superportam et domus muris in completum absolvit; Capellis tribus et Aquitone communivit; Domum Vauri juxta hortum erexit; claustrum cellis, oedes officinis et cubiculis ampliavit, et alia paratus efficere operarius indefessus licet jam octogenarius non potuit.

Quia anno 1463 obvitae purissimae quae cum angelicum et nominari et esse fecit meritum, ad angelicae scalae fastigium, cujus alto Bellovisus Prior et Aquitanicus visitator propinquabat duplici gradu ascensionem supremam explevit, electus eo anno Avenionensis secundum Prior; et eodem ipso sub finem ejus Generalis in Carthusia majori totius Ordinis Moderator. Cujus honoris onera per novennium in eo gradu tolerato ad innitendam scalae Dominicae proceps huius vitae in statu monastico illustris honoribus et meritis pervenit, atque in ejus gaudium venerabilis senex ad vesperam, dicit jam nonagenarius intravit-, Recedens a Bellovisu visus est illic abducto corpore spiritum reliquisse, cum quem locum summae dilexat, dignae direxerat similiter directurus subiit dilectus filius ejus.

1463 - 1480

Jus D. Franciscus de Ponte Dominarum Macellarii et de Novomagio Avenione alumnus et illic professus, atque in Domo Bellovisus per annos septendecim sub utroque Procurator, sicut sedulus et fidelis talenti abeis sibi commissi negotiator, et ubique laboris eorum socius a primis quibus sub illis agens incumbebat meruerit supra multa constitutus, et illorum a capitulo anni 1463 successor designari. Sedit autem in hac cathedra septendecim annis; et anno scilicet praedicto usque ad annum 1480; quo ultimo Lise consuetudinem pertractus Rachelis desideravit ardenter, precibus instanter, et misericorditer obtinuit a supremo Patrum coetu amplexus: quibus quadriennio confotus anno tandem 1483 evolvendo ad superos reliquit in coemeterio nostro semen proclari et brevi secle digni successoris; in secessu suo exemplum ad imitandum singulare pietatis et demissionis, eligens ad pedes Domini sessionem et manum quam asperendam partem meliorem; in carthis autem nostris monimenta diligentissimi procuratoris, ac prudentissimi Prioris. Nam in utroque navigio solers institor monasterio hinc delonge portavit panem, annis triginta tribus integris inserens tabulis nostris nomen suum et labores; unde fructus quamplurimi et adjuvandum suaves emanarunt. Nam anno 1447 inceptum a D. Macellario Recognitionem Escossensi opus, eidem tunc et deinceps operam sedulem impendendo promovit, et anno 1460 cum Dominus de Novomagio istis et castrensibus totamisse incumberet iste utrisque onera sublevavit, et in omnibus in quibus ipsi laborarunt partem

laboris sustinuit; unde et in eorum encomiis merito sibi partem vendicat; ac preter hec singulares laudem meretur ex his que propria reginimis sui cura nobis providit. Nam D^na Guillelmi de Noguerolis gratiam demeritus contiguas Capelle Largensi terras ex ipsius domo nostris apposuit; cum D^no Iacobo Balato ad regendam D^nae Catharinae Loysae hereditatem et filii unici personam, exsequutor institutus sic se in tutoris et pupilli benevolentiam insinuavit; ut ab illo mille sexta anno 1469, et ab isto mille trecenta anno 1495 apud magnificum D^num Georgii Genuensis officium collocanda, ab ipsis ad vitam fruenda, post mortem vero Conventui nostro mansura receperit, eademque ipse semalis laborii parem Genuam detulerit, loca comparaverit, et in officii cartularii monasterium sum vendit. sulstitui, et inscribi curaverit; Molendinis Escossi repulso invasore Boyssono peremptionem a Rege contignarum Bernardo Bio castaneterum quinquenemoris altocenubis, et a Pontio Guillardo Aquaeductus et irrigui superioris libertatem attulit, eandemque vicissim Escossensibus alibi sub censu dedit; Recognitiones Podocherii anno 1479 recepit; negotia maxima, litemque prosequutiones diversas contra Capitulum D^ti Benedicti Castrensis, ob piscationem impeditam, exhumatum et abstractum a Coemeterio suo D^num Petrum Blancum et contra Iacobum Capellanum Beneficii D^ti Michaelis Syranensis appetitorem tulit fortiter, prosequutus est viriliter, et prospere tum est in manibus ejus res et jura monasterii liberare multoties, obsequente ac juvante D^no Joanne Verdeno procuratore ac successore suo meritissimo qui secundo ab hinc gradu in clinicam istam venit; Domum Bellveritus in augustioris de Valle-benedictionis benedictionem et honorem spiritualem sodalitatem induxit; et alia plurima agressus est et perfecit, ob quae nostris et aliis gratissimus in magna apud omnes existimatione fuit. Quidem ex compluribus quae penes nos sunt Priorum Bonifacius, Avenionis, et Genuae litteris liquido constat; et cum isto tanta illi familiaritas et amicitiae necessitudo intercessit, ut anno 1479 quo gubernaculum nostrum dimisit et in inferiora navis descendit, scribens ille in carthusia Domno Russo succedenti his verbis illius peramanter meminerit; me recommitto sacrificationibus vestris, et filiorum, ac specialiter D^no Francisco praedecessori vestro quam rogo ut dimissum animae nostrae observetis et diligatis. Quando quidem autem acceptus erat Deo necesse fuit ut tentationis et afflictionis camino quasi aurum quod per ignem transit probaretur; ideo in adversorum casuum cautes incidit, et sinistris rerum eventibus ut innumeris procellis et illisis fluctibus valde agitatus fuit; anno protissimum 1474 quo grassante toto Eholosatum et Castrensium districtu morbo epidemiae gravissimo ipsum quoque monasterium Bellveritus defadante innumeros ubique homines pestifera lues absumpsit, Patique nostro filios amantissimos D. Petrum Lavatorii Procuratorem cum tribus aliis monachis, Conversis duos et Donatis

D' Carteusi n° 22 –

unum de compleau abripuit -; quibus in casibus et prudenter se gessit, et patienter iram Domini ad sue virtutis experimentum, et aliene documentum portavit -. Nobilis aquila non imbelles habuit pullos eundem Lavatorio et Joannem Ysarnum procuratores; Hugonem Astorgium, Petrum Consenium, et Matthaeum Sarciandum vicarios; maxime autem D. Verdunum successorem suum, D. Joannem Berandi postea Montis sirii Priorem; D. Blasium Bothasson 1um sacristam suum, exinde Villefranche Rectorem, ac Demum Caturci Priorem, et Aquitanie Visitatorem; et D. Bymericum Canbolassium Bonifacium postea procuratorem. Hos filios enutrivit et educavit; illi autem enixe coluerunt eum, illiusque tegumentis et facte jungi facti ad hec gratiarum augmenta profecerunt; Dignus hic est filiis Patet, et isto monasterio Prior, qui res illius mirifice auxit, studiosissime juribus ejus invigilavit, et dilatavit fines gentis sue: et sicut in bello dux strenuus exhibit; sic in pace qua tandem gavisus est sapiens, et ubique Dño suo fidelis servus et prudens inventus successorem meruit illico habere et videre qualem pro suo erga Bellum visum affectu potuit optare dignum, sedium patris sui, et cujus solium Deus supreme extulit, supraque suum altissima Ordinis dignitate amplificavit; qui minimum est

10us 1480 a 1486. — D. Petrus Ruffus. —

10us D. Petrus Ruffus politiori stylo dignus, nec isto calamo perstringendus cujus optima et honorificentissima quaque Israel fremunt; cujus quod apud Patres, libro secundo capite septimo inter gravissimos Ordinis nostri viros et scriptores lucalenter, suisque consentaneum meritis ab authore dignissimo consequentes elogium, non esset hoc vilis sermone nisi ejus cogeret textura describendum. Illic videre est quibus a Deo dotibus ornatus, quibus pro Ordine laboribus perfunctus, et quibus ad communem bonum actis et scriptis illustris effectus suam posteritati memoriam commendavit; mihi vero quid in suis apud nos primordiis et laboribus nostri cenobii susceptis preconii meruerit cum alibi reperire non sit pro virili enarrandum videtur. Igitur anno 1480 ex Rectore novae Plantationis Villefranche S.ti Francisco magna instantia recessum, sortitus ad Bellivisum Priorem Carthusiano conventui dicatum septem annorum curis et radiantibus stellis aureum caput suum, sol cursus redimivit; cum inimici nostri sempiterni Capituli Castrensis ins anientes fluctus et feros duplici pugna impetus hucusque et numquam portem prodomo Israel opponens retudit; et sinistro quidem cornu intentatam ab illo pro exhumatione D.ni Petri Blanci superiem insertam aciem contrivit, hujusque ossa per evocatum Cholosanum ex atrio a coemeterio V.ti Jacobi Castrensis educta honorificis exequiis et multo comitatu ad priorem suum in Bellovisu tumulum, reduci, ibique denuo recondi fecit; dextro vero cymbas, retia, et omne piscatorium instrumentum, in Acuto a Canonicis intercepta, et piscandi potestatem, totis Castranum fluminibus et aquis

Series Priorum. -

longa et obstinata litis prosequutione infessa, et supremâ Senatûs consulti definitione in gladio salicet eb-
arcen no recuperavit; atque a Vicecomite Lanticensi similia jus in toto sui Vicecomitatûs aquore inflebavit.
Hec minoren, pro servanda nostrarum immunitate terrarum contra castrarum consules et cives edifi-
operans; cum illorum attentatus sue respecti regii edicti latam in prima defensione ordinationem, et nostri
juris et libertatis antemurale opposuit, primique eorum ictus pilum repulit; quanimirum ille Albiensis
subdelegatus Episcopi in occitania vice-regis bona monasterii hujus omnia subsidiorum, lege Castrensium non
teneri, et Castrensibus compendiorum libris conludi non debere sanxit. Quod licet sanctio diuturnam, liten
per annos sexaginta quinque protelatam, excitarit, quae utrosque vehementer excitavit, et exercendo fatigavit
illi tamen aciem landem cedere coacti sunt, et diversis arrestis ut tormentis grandioribus attriti conventa
immani relicto in mea se castra receperunt; cujus tam celebris ac pernobilis victoriae sicut aliis judicibus
trophoea debemus; sic huic tanto duci gratiarum hujus certaminis author fuit, et ita ea bene coepit prin-
-initias ut diximus, pacti acceptas referre debemus. In ipso praesidendi limine fulminantem eum
Abbatissa veteris muri ob limites parsciarum Ste Petri de Rivibus, et Ste Mariae de Frigido-vallis discordiam
excitit arbitrorum gladio dissecuit, eosdemque partis utriusque stemmate insignitos extra tumultum, et
querelam locis opportunis affigi, ut suis cujusque decimariis juribus consultum foret; sicuti materiali fabri-
-dum coronatione sapientis architecti in majori Carthusia proceribus nactus fuerit, hoc ille in hac minori
minime sui modum eminuit; ubi in aedificiis incoeptis ac incipiendis nihil movendum, nihil addendum omisit
quando illi in otio ibi degere concessum fuit; quod equidem non semper obtinuit. Ita enim primo quidem sui
Prioratûs anno collega visitationis Aquitanicae institutus ad frequentes illius officii discursus adactus est;
tertio vero qui supra millesimum, quadringentesimum octogesimum secundus fuit accepit in comitiis
majoribus mandatum Carthusianas Hispaniarum domos omnes cum eligendo a se socio in supremâ potesta-
-te visitandi, quotlibet officiales imponendi ac deponendi, et quotcumque monachos, conversos, redditus et
donatos emittendi, ac verbo, carcere, disciplinis, aliisque consuetis poenis mulctandi exercendo severitatem
justitiae, invocato etiam si necesse foret brachii secularis auxilio. In qua quidem provinciâ sic man-
-tem potens, cum severo judice temperavit; ut non palpando neque blandiendo saltem semper, sed
Capitularibus jussionibus obtemperando, et talis instar urendo sese tic Hispanis desiderabilem reddiderit,
ut illis annuentibus in Vallis-Xtae, ac Montis Liberis domibus Prioratûs per annos aliquot postea
exercuerit; in Sequaniam revocatus de alli Vicariae praesidatûs, totque magnarum conficiendis
supremae in ordinis dignitatis corona aurea signo sanctitatis et honoris expressa in spice Generalatûs
anno 1495 decoratus fuerit. Sexto in apud nos Prioratûs anno Aquitanicae Prosectarum provinciae designatus

Series Priorum.—

a Capitulo primarius visitator cum collega Caturci Priore receptus; septimo a nobis ad Hispanias sub iisdem fascibus evocatus fuit, et avulsione sui monasterio nostro gravissimam plagam inflixit, nisi illine quidem bonum et jucundum ut ipsum sacerdotis vertici suavis et sacræ unctionis oleum fratribus Gallis et Hispanis esset habitare in unum, in unum vivere, ac nunc cujusque habere bonum in commune; hinc vero divisionis illius venenum, et saniem fragrantissimo vitæ aperuerunt balsamo detersisset et sanitatem illico effecisset qui sub illo et ante illum multis annis procurator, illi recedenti continuo subrogatus fuit.

1486 a 1501.— D. Joannes Vendemes.—

112 D. Joannes Vendemes, qui paratis in Bellovisani præsentatoris excitatione annis duodecim, accepto a Deo talento non suffodiens terræ, sed multis multo labore ad auctum lucris representans venit anno 1486 post amotum a candelabro nostro D. Ruffum, eo ceu ut luceret omnibus in luculenta domus conspicuus ipse multa luce nec minori proditus fervore superioni, bienniique post totâ Provinciæ electus a Capitulo convisitator illucere. Quindecim annis Bellovisanæ Priorsta tenui ducis contra hostes Capituli Castrensis monachos ob jura piscationis, et dientes professionem negantes fortiter dimicando partes implevit, et ubique insurgentium ictus retudit, ac segnes ad obsequium, ut in actis Stæ Germeri, Capitis-servii, et Bossensi cernere est sponte eis et vectis per decreta sensatis actis reduxit; multa in ædificiis suo marte composuit, et ab aliis cepta complevit; præsentias Genuæ Colonio in annuam præturam collocatas eo ipse profectus multis numeris coacervavit; litium exortarum se Priorante fluctus in diversis locis ob Ecclesias et fundos intumescentes, Relia quoque Brixiæ turbidæ exurgidæ segnescentes partim pace composuit, partim resistendo confregit; dona allegata quamplurima in monasterii incrementum recepit; et tandem dignitate perfunctus et laboribus, eorumque inclytis effectibus ac reportatis fructibus ab officio pariter et luce exigua solis hujus excessit, et inaccessibilem sanctorum claritatem habitavit 6 augusti anni 1501. Arbor fatua fronde habuit electas bene multas; sed maxime præ cæteris ab ejus meo virentes et vigentes D. Joannes Orguellus huius longo tempore vicarius, a post mortem dignitatis hæres; et D. Guillelmus Marra extremæ sui Prioratus tempestate præcipuus, et post Orguellum successor; interim vero dum impleret inter pubertatis annos maturus ætate paternas subiit curas,

1501 a 1508.— D. Joannes Orguellus.—

113 D. Joannes Orguellus, 18 novembris anni præcedenti 1501 pro morum meritis a Conventu electus Prior concedente professionis meæ apud nos jure et grata consuetudine a Priore vallis clausæ quem ab anno 1491 gerebat Bellovisum vocatus, hujus habenas regiminis cum fascibus Aquitaniæ subconsularibus septennio tenuit, et

Series Priorum.—

28 novembris anni 1508 extrema fatis cessit valet dixit. Cum Nebia de Bris continuo bello conflixit, eo denique ab acie per mortale vulnus abscedente iste quoque brevi postmodum intervallo pace completa gavisus est. Extremum gradu et professione Bellovisum monachum D. Petrum Cammasium magno monasterii emolumento procuratorem fecit et negotiis praefecit, secutus nimirum Apostoli monita edocentis eos ad diligenda temporalia vite fore mittendos qui contemptibiles esse viderentur in Ecclesia. Quorum fructum effecerit testimonium, complures adhuc amplura authographa et publica recognitiones aliarumque rerum gestarum monimenta quibus quam felicissime iste laboret, mihi collocavit sub hoc et proximis ejus duobus Prioribus Castri, Ecossensi Podiocherii, St Germerii, Duretis, Priorice, post ii Avisetii: ubivis locorum in defessus cultor fodit, seminavit et messuit quæ jurium et negotiorum nostrorum situs lentescere nihil permisit. Priori suo ab Ecossensibus propter immunitatem Cayroleti mortis multimoda lacessito fortiter astitit; Ruthenensis plantationis procurationem, et Villefrancæ Prioratus cum laude peregit; et experturis diutinæ inquietudinem, Martha videns requiem quod esset bona elegit sedere ad pedes Domini cum Maria in scabello suo Bellovisano, ubi anno Dñi 1535 obdormivit sepultus in suorum sepulchro Patrum in terra nativitatis, professionis in quam suæ. Hoc Domno Cammasio filio laborans elogium D. Orguellus Patrem miris mihi videor laudibus evehere, qui ut olivæ fructifera in Domo Dei, in Pateribus ejus, et in circuitu mensæ mee prodiit hanc novellam aqua eligavit oleum benedictionis; nec isto contentus ramos eduxit et D. Andream Borguetum Durbonis postea Priorem, et D. Joannem de Calvo filium suum de trunco suo pullulantem quem ultimum tenere diligens et Regi amicum ipse sibi vivens subordinavit Vicariam, et mortuus adhuc septennio meruit habere successorem. Numerosam aluit familiam, et in prosperis gloriatus est filiis, qui ab illo orti sub aliis floruerunt, et dignos propagines electos ramos expandendunt, fructusque egregios in officiis Vicarii, Sacristiæ ac procuratoris, necnon et in vitæ heremiticæ exercitiis effecerunt. Et ipse quidem in gemmis turgentibus vidit, sed emptos et maturitate donatos collegerunt qui sequuntur, et in eorum ordine primus eos degustavit. 1508-1509. ch. D Petrus Cammasius Rector.

1509 ad 15 D. Guillelmus Marre.

134 D. Guillelmus Marre; qui non statim a recessu Dñi Orguelli ad nostros pupillus navis ascendit; sed a tempore quod a 28 novembris anni 1508 et generalem conventum anni 1509 intercessit D. Petrus Cammasius procurator infulatus Rectoratu in eadem consedit, donec ab augusto comitiorum consessu ille Bellovisanæ professus Laurae ante annos quinque Prior institutus Villefrancæ meritam sua probitate dignitatem nostri conventus gratia commutavit, et ad Bellum visum, faustis auspiciis advenientis prædara ibidem suæ solertiæ monimenta eo dem collaborante Cammasio expressit. Prioratu isto et societate

Series Priorum. -

Visitationis primum per septennium; exinde Vallis clarae per biennium, Duronis postea per octennium ac nascus isto necnon et supremae provinciae prospectura per duplex sexennium, et amplius continue functus, in nostro et visitandi officio vigesimum iterum annum, in omnibus vero trium Domorum Prioratibus simul sumptis vigesimum quintum explevit annorum curriculum. Primo suo apud nos Prioratu cum Episcopo Carcassonae pro Basilicae Capitisque servitiis limitibus, cum Syracusensibus pro modo decimandi, cum Dñis Semalensi pro nostri fundi libertate, cum Capitulo Stⁱ Benedicti Castrensis super confinium illi et nobis parochiarum terminis transegit; Ecclesiensium effrenes animos authoritate, verbis potentibus, et judicialibus decretis ita compescuit, ut ad sanam mentem reductos et condocefactos ad transigendum nobiscum, jura nostra et legitima nos solestes adduxerit, solemnemque illam, anni 1515 tribus distinctam articulorum centuriis transactionem, ad cujus amussim agenda Ecclesiensi omnia exigunturve exarari fecerit; quo certe vel uno nomine sui memoriam nullo non cultu et obsequio recolendam reliquit; reliquit, inquam, quia eo confecto negotio quod ei prius omne conficiebat otium a nobis recedens ad alios concessit, peractoque apud illos Vallisclarenses sublicet et Durbonenses decennio quasi resumpto habitu recens viribus nobis redux secundi sui Prioratus exordium, a recognitionibus Ecclesiensique Dñe Communitio superseverant duxit; Castrenses et Aretianas renovavit, arabiles, Melonis torrum, secus Castrum viam et Brassetti lapidicinam, a Francisco Malone coemit; Episcopi Narbonensis contatus indebitas sibi Cavillae atque Ecclesiensi fundi nostri decimas exigentis perspexit; Domum Ecclesiensem nostram adjuncta vicinione ampliavit; cum Episcopo Carcassonae decimalia Podiocherii jura composuit; iratos fluctus Canonicorum Castrensium pro Aculi fluminis trajectione, ac cymbarum jure excelsi animi supercilium motus excepit, et ex parte compegit, ac demum transactione sedavit; jurisdictionem Ecclesiensi et Escayrati a judicis villalongae interceptione vindicavit; Actoris regii proclamationem voce tuba Castris editam, nostrae Directitatis nervos incidentem, a Senescallo Carcassonae improbari et acie retundi fecit; locatas molendinorum Ecclesiensi Albanubis fundum, et prati novi Escayrati a Fonteriveio irrigationem per chiantariae professionis actum securas effecit; immunitatem prati Grelosi ab Episcopo Castrensi decimas illinc exigente concessam resarcivit; limites Cayroleti quâ Ramondenti memori conjungitur cum monachalibus Psalmodiae statuit; Obsetae Audiae nostrae a decimis exemptionem cum Audianis convenit, et alia innumera sedulo peregit, per quae ovibus suis Pastor optimus pascua uberrima providit; indeque 16 Novembris anni 1638 honorarium, a labore missionem ac coronae justitiae remunerationem a Deo, a nobis vero laudis nunquam intermoriendae monimentum meruit. Sub ipso clarescunt et splendescunt radii solis bene multi; sol nimirum splendidus ipse fuit, qui annorum diuturnitate, officii

Series Priorum. -

dignitate, prudentiae celsitudine, ac vitae integritate longe lateque refulsit in ordine suo, in circuitu Aquitanico, in carthusiano coetu, in coelo Dei, in domo Domini: a cujus luce lucem tulerunt et ipsi diem, veluti die eructarunt celebres monachicae vitae cultores inter alios complures Domni Petrus Siguerius, et Petrus Layacus; e quibus ille anno 1515 annorum quinquagenta in ordine obsequium complevit; iste anno 1532 totidem et duorum supra pensalatum similem absolvit tam serius solitudinis, et tam stabilis arrepti propositi cultor, atque ad pedes Domini sui auditor ut toto illo longaevi ministerii tempore a stratione primaria nec latum quidem unguem recesserit, nec pedem removerit, nec professionis hoc domum, nec claustra cellam mutaverit. O insigne firmitatis exemplum, et stupendum sane carthusianae stabilitatis miraculum, non immerito ad laudem viri et exemplum communi in tabulis capitularibus annotatum, in admirationem in quam, non ex illorum numero quae sanctitatem ostendunt, sed quae ipsam efficiunt. Hic isti soli sub illo sole claruerunt radii; imo et illustriores emanarunt inde. D. Joannes de Navas aliquot annis sub ipso primum in tecto solitarius; inde procurator; postea Vallis claree Prior; ultimo proximus a secreta sedis sessor. D. Joannes Bernon itidem sub ipso procurator, ac mox inde Vallis claree et Caturci Prior, Aquitaniaeque consisitator; Domni Paulus Dulsa et Julianus Bonetus procuratores meritissimi; D. Joannes Vignolas in procuratorem Bonifacius a primario Capitulo designatus. D. Petrus Belhiel in Bellovisu primum procurator, postea Villespassus Prior ac Ruthenae ad Dnm fundatoris et aspetitionem Rector; qui sub hoc sydere coeperunt emicare; sicut et Joannes de Claveria Bellovisus primum tyro; inde Vallis Stae Mariae apud Delphinates, ac Portus Bte Mariae in Arvernia Prior; et deinceps tyronem in Bellovisu exercitator. Isti omnes a D. Guillelmo Marre vocati dixerunt ei adsumus, et luxerunt plane, vel saltem illucere coeperunt ei cum jucunditate, maximeque vero et omnium amplissime quem jam nunc decet inducere insertus ei, et conjungens extrema geminati Prioratus sui tempora in eodem bellissimi coeli axe consecavit.

1516 ad 1526. — D. Joannes de Calmo. -

D. Joannes de Calmo, Bellovisanae alumnus Mandrae; in ea sub duobus proxime recensitis Prioribus novennio Vicarius; qui anno 1614 Vallis claree Priorale regimen ordine in comitiis praecipiente adivit, et biennio servavit; sed Domno Marreo a priore suo Bellovisus Prioratu ad alium commigrante ipse interruptum istius officium ut lapis intermedius ab utroque latere connectens novem annis implevit, et Visitatoriam Aquitaniae septennio egit, et utraque postmodum abegit. Neque vero ex levitate animi onus impositum abjecit, sed sarcinae impar ferendae consumptis adversa valetudine viribus, approbante publica Patrum congregatione anni 1526, illi ipsi a quo eam exceperat quam modestissime

reposuit, exactisque in recessu d'australi quatuor circitor mensibus depositio etiam gravi corporis pondere quod sensum meum sublimia meditantem deprimebat, ex omni jam parte liber ad libertatem filiorum Dei, et jucundissimam, nihil amplius habens commune cum terris velociter avolavit. Interim vero cum utinamque officii sui pressus ponderi Bellicensis et Provinciae suae humum calcaret, et hanc prudenter direxit, et in illa eundo flendoque mansit semina; unde postea meritorum manipulos collegit, et ad coeli horrea veniens cum exultatione portavit. Nam quos sibi sedatos suus processor Ecossensis memorata jam transactione dimiserat, cum ad praestandam fidem supplicem exigeret, quam citissime propositi desertores, et ad agnoscendum parendumque discordia de inferis apud eos debacchante rebelles, pactique proevaricatores sensit: sed feliciter, laboriose licet persuasit eorum compescuit, et anno 1523 volentes nolentesque ad suum tandem officium reduxit, atque eum morem aequissimis curiae decretis gerentes, vexatione dans intellectum audit effecit; multasque quibus solvendis non erant in Albergae accretionem commutans, tulit ab eis praesens tributa, quod in os ipsorum retrudens apposuit illis quod continue nunquam minuendo commanducent; quotiesque vero illud tributum nobis reponunt, totiens rebellionis sua per D. Joannem de Calmo Priorem nostrum subactae poenas luunt, et ut ejus pedonibus se suosque consules ad voluntatis nostrae nutum, suaque servitutis debitum circumducent. Nec cum solis Ecossensibus gessit; sed Castrenses quoque conserta castra victrice porrexit, indebitaque vectigalis ipsorum indictionis tela in eorum exitium convertit; cum extremo curiae jussu minus, senatusconsulto per eum e senatoribus ejus effectui demandato omnia penitus a nostris domibus, villis et fundo omni rurali servitutis onera rejici atque a libris ipsorum compendiabilibus deleri fecit. Bellum quoque sed minime bellum, habuit cum Rmo Duo Joanne de Vesco Agathensi Episcopo Stae Benedicti Casinensis Abbate commendatario; quod iste septingenta scuta a patre Petro Joanne Laurani Priore monachoque suo D. Joanni de Calmo numerata in opus ecclesiae sacelli nostri in coemeterio erigendi illo extincto ejus spolia requirens repetoret, tametsi Summus Pontifex ex plenitudine potestatis bulla plumbea legatum confirmasset. Pugnatum est gravi, sed infelici quoad nos Marte. Siquidem Tholosanae curiae arresto anni 1523 destinatae ab anno 1519 pecuniae summam sibi reddiderit ordinario Abbatum jure petitor obtinuit; et conventum non solum destinata, sed et inchoata (cujus adhuc aliqua solo tenus exstant vestigia) fundatione, expositis quoque in prosequenda bulla et lite ducentis peresutis; necnon et defuncti patris animam speratis a Carthusia suffragiis fraudavit. Itaque Praelati petitis illi quidem defuncto et nobis multum obfuit, sibi vero nihil profuit omnino; eo quod profusis in litis petitoriae sumptibus non paucis, nihil rei suae

adjecerit, cum sfundendas a conventu pecunias in Cauensis ædificium Abbatiæ expendi senatus edixerit. Captis Pater cum suis implicatus et congressionibus infelicibus animo semper fuit infractus, et hos quidem ictus elypeo fortitudinis retudit; et nihilominus gladio suo nostra jura in recognitionibus hic possessi, Castri arumque ac in capitis seruitij, Barthoque cum villæ donello modijs pascualibus, ingue Syrani donatis fundis asserendis prostexit; Quæstorisque regij, aliorumque se inferentium conatus perfregit. Quibus in bellis et congressibus ipse quidem fortissimi ducis partes explevit, habens nihilominus sub se milites robustissimos tres procuratores Domnos Petrum Belhuel antedictum, D. Petrum Canmasium jam laudatum, sed nunquam satis collaudatum, et D. Raymundum Deyguà Cholseten, nostrum quondam in curia negotiorum consultorem, et oratorem peritissimum, subisto postmodum Patre militiæ carthusianæ allo inscriptum, et subinde monasterii actorem diligentissimum; vitæque ac doctrinæ suæ merito institutum, postea Ruthenæ Rectorem ac Villafrancæ Priorem. Hresisti fortissimi cum duxeret in præsidio hostilia irruperunt castra desideratamque pacis et victoriæ dulcedinem, de abstrusa perplexarum litium cisterna illi reportarunt. Post hæc omnia exhaustatis in Prioratus et visitationis primariæ laboribus fessus, et incurabili langore pressus utriusque onus et honorem provinciæ D. Guillelmo Morre successori ac successori suo, cujus ipse interrupta tempora intermedio suo regimine agglutinauerat commendauit; iste vero prædictis et ad exitum perductis quæ sibi obuenerant utrobique rerum negotiorumque casibus fato concedens effecit ut qui sub utriusque signis simplici monachus militia spirituali prælio se exercuerat, et postea procurator effectus commeatum prouiderat, ad coronam quoque pastigia super summum perueniret.

1538 ad 1539. — D. Joannes de Navas.

15[38] D. Joannes de Navas ex Bellouisensi monacho annum non nisi unum procurator urgente merito suo Vallis dei æ Prior anno 1536 institutus peracto illic biennio post D. Guillelmi Morre ab hac domo et vita recessum exeunte anno 1538 mense nimirum decembri Prior aut electus, aut a R[do] Patre (nam incertum est) designatus, consummatis in breui explevit tempora multa, citoque raptus est, forte ne casus aliquis sinister nimis inveteret aut mutaret cor ejus; cum sit solenne Domino non sinere tentari justum supra posse, nec nimis diu relinquere virgam peccatorum super sortem justorum, scilicet ne protracti violentius extendant ad iniquitatem manus suas. Oculum igitur et pedem minuit in terram Bellouicum; sed illum subito clausit et istum retraxit 6° februarii sequentis; et quia tarde notus non nisi ut consecratio nobis illuxit merita sua minus nota præterire me cogit, et in locum ejus, et hanc narrationis meæ seriem subintrat

Series Priorum. –

1539 ad 1545 – D. Petrus Coalhacius. –

163 D. Petrus Coalhacius Cathrensis alumnus Lauree de bis procurator; qui nobis praesedit et aliis multis, ac per multiplices in diversis Prioratibus labores ascendit in palmam, quae compressionem exigitur, et apprehendit per severantem patientiam dulcissimos fructus ejus: non enim injustus Deus ut obliviscatur operis sui capti, et dilectionis ostensae in nomine ipsius per tot ministeria charissimi stimuli et charissimi in sacra oeconomia Provisoris. Qui ministrum ab anno 1531 usque ad annum 1550 per annos undecim gientes productos Prioratus in domibus Vallis Lauree, Villefranceae, Castri arenae, Glandereii et Portus fidelis fuit et prudens Domini servus: et in nostro Prioratu qui alioram centum exstitit, ubi pestes convisitatorem sedit in edito ad dexteram primariae dignitatis magis videtur eluxisse, quod ipsum pectus ejus in medium admodum consentaneum reor operire. Sex annis stetit in candelabro mensae nostrae, et ante oculos omnium qui erant in domo luxit et arsit; luxit rebus benegestis, et intensis assistentibus. Lectus istorum est spiritalis splendor quem a lamina sua eduxit, et adduxit domui Bellividensi compacta anno 1539 Prioratus sui apud nos primo cum sua Catarci domo societate, ac communis juris et suffragii post obitum monachalis donata mutuae civitate hoc forti glutino et indissolubili caritate necessitudinis per associationem nexum nos sui, sequaces illos nobis adstrinxit; ut Deo ad quem omnes tendimus sic uniamur, sicuti et nos invicem hoc amore ac bonorum communione unum sumus. Bellum contiguum cum castrarum civibus ob immunitatem fundi nostri habuit, sed anno tandem 1544 hoc dignitatis ultimo illos acie ordinata fudit fugavitque obtento prima decembris a subsidiali Montispessulani Curia Senatus consulto quo omnia ejusdem Senatus ac consilii regii pro nostra libertate quae indubie reperies pronuntiata constabilitarunt; et nostri quidem hostes infirmati sunt, et gravi compacti collisione ceciderunt; nos vero supposita Domini manu fulti surreximus et erecti usque in hodiernum diem manus. Albo die signanda lapillo et vel hoc uno nomine candida splendidi Patris memoria nulla unquam oblivionis nube contegenda, aut tabe obscuranda. Hi isdem insuper fundibus salarium librarum decies centenarium reditum nobis esse certum, atque a Sciani conductore horrei praestandum obtinuit; castrensium recognitiones feudorum, intermorientes revisere fecit; trigintaVillefrancanae domus apud magnificum Mr Georgii Jensensis officium, loca numerato mille librarum pretio, ac centum annales Albergae Burgueriensis libras a nobili Petro de Lentrico Burgueriae Barone assensis bis mille libris anno 1543 comparavit; permultis in negotiis, maxime pro Grossensi, Escayratii et aliis in Senescallia Tholosana versis ab evocationis et subevocationis nobilium, in dictione vicidicandis egit; nec minora in aedificiis, maxime in luculenta quadriforie delineati lapidis quae nos itidem antecessores occupatos habuit clausura, necnon et insignissima prosporibus Ecclesiae capella peregit; multisque aliis

Series Priorum. —

as candens scintillis a se prodeuntibus nos candentes et calentes efficit, non abscondens lucem, nos remittens ardorem, donec ab utroque cessare et anno 1545 ociosere nobis et Glanderio illucescaret necesse habuit. Habuit vero pro vinculos a se prodeuntes stricturas et ignitabos pergeos ut radios suos nobis lucem et calorem adduxit. D. Joannem Brunum procuratorem suum, et Dñum Raymundum Cantelum et Bernardum de Apo qui ab ejus orientes gymnasio domorum alianum et istius postea ipsum magisteria exercuerunt; Domos quoque Guillelmum Maurellum, et Julianum Banetum Vicarios, e quibus iste peractis annis pande quinquaginta sex annis in ordine post acceptam totam annonam stipendia a Bellovisanis castris in collipatiam miles veteranus abscessit, lenisit quoque a sinuoso et produxit nobis D. Balthasarem Chastellum Lugduni natum, et Bossati obstetricante illo renatum, qui nobis ipsa adjutans Capellanus, et Rutenensis Domui cellam, fundans unam, nosque ex esse hoeredes dicens utrorumque facultates auxit, et ambas domos hoc geminas beneficentia dyploïde convestivit. Sed hoc ejus a Ruthenensem planitationem beneficium sic eidem Chastello tribuendum videtur; ut bona ejus patria nos Dñe Calhacio potissimum restituantur: qui anno 1544 illi recenti Domui nostræ ora providit; cum et Chanthum minus fornicatum in quo Bellovisana visuntur ad nostrum deus stemmata de nostro pecunia erexit et quatuor monachorum annonam perpetuam e reditibus nostris assignatam fecit. Quod ejus beneficentiæ licet rebus nostris postea in deteriores commutatis omnes ad unum fuerit, fuerunt tamen illius charitatem simul et charitatem intensissimam ostendit. Visitantem in seminis officii Pastoralis gradibus ad annum usque 1550; e quibus spontaneo motu et instanti post ultra descendens sedit Caturci primum, et postea Bossati ubi vicarium aliquanti per egit, annis sexdecim, quibus imo gradu et infima contentus sorte visit; et anno tandem 1566 decessit? visit. At vero illi a nostro Priorato ad glanderianum, demigrante suffectus est illico, et inde ad nos venit

1545 ad 1550. — D. Joannes de Libra

17us D. Joannes de Libra hujus vitis agricola bino cum labore fodit, stropodit, duplicem quippe in hac domo Prioratum gessit; posteriorem postea nostempore illum revocans de limbo; nunc priorem exsequor quem anno 1545 ingressus est, egressus Glanderio, cum Domno Calhacio commutans manus. Venit ad nos jubente comitiali Patrum coetu, Caturci professus duobus aliis Carthusianis fratribus Joanne et Raymundo de quibus postea sermo satis multus occurret ornatus. Corporis vir magni et majoris animi; omnibus litteris omnique scientia naturali, civili, theologica excultus, pietate præditus, prudentia præstans, numeris absolutis omnibus quinquennio nobis præsedit, et cum primum sedere cœpit necesse illius habuit contra castrorum hostes insurgere, et arma induere. Hoc acriter alacriterque fecit, et lorica fortis defensionis accinctus,

Series Priorum. -

ut gigas illis d magnum Regis consilium, nos ontiemo conatu evocantibus, et contrarietatem in Regiis et subsidialibus arrestis discutiendam, eo d andamque asserentibus audacter restitit, obtentoque a Rege 7° maii anni 1547 decreto quo nihil in rebus judicatis ex eo vocatum aut contrarium esse, illudque ac priora effectum sortiri debere cum expensis pronuntiatum fuit, adeo lethali vulnere illos confodit, ut spem omnem in nostram immunitatem ulteriùs insurgendi penitus amiserint, animoque ac viribus confracti iterato certamine nos in campum vocare deinceps non tentarint. Montis-Serrani fascia, glandes et pignora conquisivit; Albigam Bruguerie a civibus concussam arresto anni 1546 certam reddidit; Parrocie Vte Petri Obstensis limites cum Abbatissa veteris-muri anno 1549 convexit, et denovo fixit; Ecclesiensi terras immunitatis privilegio gaudere ac secundùm a servilibus agris in tabulis publicis disponi debere a Dño de Sala judicium Senatore, et in hac parte commissario audivit; totis viribus in recognitiones Castrarum, Pesaguæ, Vte Gemerii et Capitis servii incubuit, atque in istis enucleandis coram electis (ut alibi dictum est) communi consensu Carcassonæ arbitris quâ polleret ingenii acie, cris facundia, et juris peritia insigniter ostendit; Consules Ecclesienses præcessoris sui vestigiis inhærens ab ineunte consularis potestate repulit, muros nostros lapidibus solidos, et jura acta valida reddidit; exactoque in his laboribus quinquennio anno 1550 a primaria Bellicensi cathedra descendit, et ad domum Ruthenæ quietè victurus in secunda Vicarii sede pernexit, trans actoque ita triennio in Priorem Villefranchæ anno 1554 promotus est; postmodum Glandericum subeadem insula anno 1557 translatus talem se illic præbuit, ut anno 1562 a Conventu generali ad majora visitandas scilicet Italiæ provincias destinatus successori suo Complet bonæ famæ patrimonium reliquerit; hortante Capitulo filium et vicarium suum D. Joannem Arcinelli Priorem sibi substitutum, ut acta et mores decessoris sui imitaretur et in utroque statu domum Glanderii ad illius modum regere studeret.

Non possum non sequi abeuntem nulla non obsequia colendum, ac brevi reducem ad nos futurum patrem, et merita ejus exarando, actorum ejus in provincia ista unum præterire unde præcipuum consequutus est honorem. Dignus eo munere cum ad mandata sui specialis et communium ordinis præceptorum amussim fungeretur, objectas habuit nonnullas quorum tortitudo ad rectitudinis ejus regulam offendebat: qui visitatoris extra ordinem delegati apice fulgentem cum non pati esset conculcare statuerunt cum mendaciorum cuniculis, et famæ illius supplicio evertere. Delatus est a quibusdam Domorum Italiæ falsis, cognidicare, patribus ad Rdos Stæ fidei romanæ Inquisitores tanquam de fide male audiens, et hæreticæ pravitatis suspicione insimulatus: a quibus et a Summo Pontifice Pio quinto sem et iterumque auditus, non solum non visitatione (quod intendebatur) interdictus, sed cum maxima laude dimissus a Vre Dño eloquentiam ejus sufficiente mandatum, accepit ut absoluta

visitatione quam primum in Gallias advenisset acceptum a Deo talentum doctrinæ, pietatis et eloquentiæ suæ in omni prætorio, tribunali, et cathedra christi fidelibus erogaret, et quod in secretis Carthusiæ cubiculis audierat, palam a sublimi suggestu enuntiaret et prædicaret in tectis. Quod equidem, præter morem et institutum vitæ nostræ onus cum non possem abjicere; (quis enim restitit summo Patri et parem habuit?) constanter tulit, et suo tempore postmodum expavit in omni exercitationis studio curseveris dociter et facundè exponens et explicans merces et vias suas: Interim vero quod quæstionis querelarum, et accusationis inter ipsum et conjuratos intercedebat ab inquisitorio tribunali evocatus ad Rever.mum Dñum Ludovicum Simonetti Card.dalem, ordinis Protectorem nostrum devolutum fuit, et ab isto inspectis litigationis tabulis ad capitulum generale, ut judicium fieret, amandatum fuit. Factum est licet pedetentim judicium; et omnibus hinc inde adductis diligenti ventilabro discussis anno tandem 1565 in accusatores et eorum complices pronunciatum fuit. Quo judicio ipse equidem omni hæreticæ pravitatis labe absolutus est, et suspicionis nota vindicatus; accusatores autem ejus insignissima malitiæ ac criminis stigmate inusti huc illuc per ordines dispersi ac pœnis commeritis mulctati evasere. Hæc fuit eorum judicium, quia veniente adeo lucem ipsi cippitudine laborantes caligarunt ad claritatem ejus ac male oculis pariter et mente affecti dilexerunt magis tenebras quam lucem: verumtamen licet exosam suis excipere aciem oculis coarctarunt; cum ipse in clypeo fulgidus assurgit Mediolani super candelabrum poni, celeberrimoque illius in Italiis Carthusianorum cœnobio lucis suæ radios usque ad suum ad nos reditum propagare.

Interim vero cum hæc agerentur; cum in quam illum alienis domibus et extraneis visitationibus occupatum Bellovisana domus et amissum doleret, et a Deo repeteret-floridos habuit quos ille procreaverat dignos sepilios D. Joannem Librarium, juniorem carne fratrem qui vallem duram missus cum anno 1558 Rector administravit, reliquum vero vitæ suæ usque ad annum 1575 producta apud Bellovisum tum vicarius, tum procurator inter multos agones infatigatus exegit; et D. Joannem Arcinollis quem Librarius Pater Flandriæ sortitus est sibi vicarium, et anno 1562 quo in Italiam perrexit in Priorate successorem; quem postea vidit-Vallis clarus ab anno 1566 usque ad annum 1571 infelicissimo licet tempore captionis scilicet et exactionis illius monasterii Priorem. Cum vero adhuc Bossaci Prior onus sustineret-parendi illius auxiliares habuit-sæculares quidem Magistrum Petrum Caulletum Catarcensem in legibus insulatum qui laboriosam longamque inibi navavit operam in perlegendis digerendisque Carthusiæ nostri tabulis; qui singula quoque perlecta sex libris ad sciendum commatice proposuit atque in fasces et sacculos distribuens, numerisque superscribens ita cum libris concinnavit, ut illis

intra locales remanentibus istos illorum indices repertoriales effecerit, et labores laboribus interius et foris permulta disposuerit, donec provisurus etiam domui suae Domno Librano valedixit, et accepta centum scutorum remuneratione, ut constat ex ipsius publica anni 1548 testificatione ad gentiles suos repedavit. Monachos vero primum quidem D. Hugonem Monginon. circiter anno 1545 capitulariter instituum, ac postea procuratorem effectum; exinde procuratores ac postea per annos quatuordecim interrupti sui Prioratus successive in officio regnaces Domnos Arnaldum de Apo et Raymundum Caulectum, sub quibus cum dominarent inimicus homo superseminavit zizania novi dogmatis in medio tritici rectae fidei quae sub istis cultoribus dignoscitur quidem coeperunt, sed in altero Domni Librani Prioratu cum, heu nimis, crevisset haeresis toto Castrensis civitatis et consulatus ambitu apparuerunt, domesticum nostrum imo et agrorum ipsum corruperunt. Hoc digressione narrationis nostrae ordo postulat, denique ipse efficiat ut in hanc Priorales seriem, recedente primum Dno Libr-
-ano ingrediatur.

1550 ad 1559. — D. Arnaldus de Apo. —

18m D. Arnaldus de Apo, Domni Coadhalti proles ab ave bona malum ovum exquo composito quod coalescit crescit in regulum. Veritati servio, et nudam exponens cogor aperire a puritis exordiis et fatalibus incre-
-mentis hominis in hac Priorum et priorum serie reticendi nisi consignanda contrariam se adverse tempora pessimum fuisse. Hat quidem naturae dotibus, et rerum agendarum solertia sic constitutus, ut vix citius ab edita professione, ac suscepti sacerdotii anno altero annos natus non nisi viginti quinque, anno nimirum 1564 negotiis forensibus et domesticis a Priore praefectus manus in illis operam laudabiliter triennio collocarit: unde et majora meruit anno 1567 ex procuratore Bellovi-
-sano destinatus a Capitulo generali Vallis clarae Prior; ei cathedrae quadriennio insedit, indeque postmodum eadem condesse decrescente Bellumvisum gubernaturus anno 1550 recesserit. Hocce guber-
-naculum decennio tenuit, et multa in servandis feudalibus juribus, et agrorum immunitatibus utiliter egit. Jus nimirum opera Fontiani decimatio a detractione maliquarti anno 1550 vindi-
-cata est; Capitis servii, Barthae ac Presenti praedia Dioecesani Carcassonenses in comitibus com-
-prendi rum libris negaguam esse inserenda, sed in concussae immunitatis privilegio silenda annis 1551 et 52 decreverunt; commissarii quoque regii super facto vacantium bicassensi Montem et jura contra regii actoris usucapionem conventu nostro 19 octobris anni 1552 asserunt, Ita Michaelis de Montefenesio Prioratus anno 1553 additus et possessus est; res et feuda Villarsonelli Capitis servii, Barthae, ac Presenti a prima et secunda Dni evocatione ac omnimodo regii ob

Series Priorum. -

eam rem, juris onere relevata, spiritu Lupaterensis monasterii in quo Rever.mus Dnus Franciscus a Fulcone Carcassonensis Episcopus manum injecerat a captivitate sunt reducta, et denuo per officialis ejus sententiam 10 martii anni 1555 Petrum Bellovisui sunt agglutinata. Recognitionibus feudorum innovandis non segniter incubuit, et quae digni ac providi moderatoris sunt munia quam plurima in rebus, juribus, ac aedificiis utiliter implevit. Domini Hugonis procuratoris, Durandi Brivalli Correrii, Raymondi Caulleti, ac senis admodum Coalhaci vicariorum adjutus obsequiis, numeroso conventu decoratus, D. Berterandi de Bellovisu Flandriani ac Bellovisani postmodum Prioris receptione omniatus, concistatoris officio ab anno 1552 usque ad annum 1554 sub D. Petro Sarde Caturcensi Priore ac visitatore primario donatus, illoque tunc ad Rdi nominis sedem advocato usque ad annum 1559 eadem ipsa primaria provinciae Aquitaniae sede ac visitatoria dignitate profusis divitiarum opimarum copiis insignitus; sed hoc infelix operis summa bene ponere totum nescit. O fragilis rerum humanarum conditio baculus arundineus cui nemo prudens fortiter innixus delicat, ne contractus subintret et perforet aliquos suos secamento manum ejus! Port tot et tanta feliciter acta constitutus in Paradiso ut illum et te in illo custodiret incautus in utraque custodia, dum novitatis haereticae ac serpentinis Castrensium jam tunc ex magna parte infectorum susurris ut Syrenarum cantibus aurem adhibuit illectus ad nova dogmata et libertinorum insolentiam, perdidit sapientiam in decore suo, ac vere cecidit de coelo mutatus sensu in virum alterum, et foris quidem exhibens ovium pastorem, sed lupinam intus induens rapacitatem, Ecce tibi obscuratum aurum, homo antea bene meritus, hausto veneno meretricio jam perditus, mens ab altoreligiosae professionis et dignitatis in profunda submersionis per insania vanitatis et lubrica sensitivae voluptatis. Sed quid moror in dicendo? dicendum est; ut et veritatis jussa impleantur, et hoc exemplo admoniti quisque non sibi confidat, non transmigret in montes, et si per Dei gratiam stat, per veritatem magis non cadat.

Cum talis esset, ut et aetate et dignitate venerandus appareret, coepit vellicantibus aurem haereticis ut Dictum est, praebere, illorumque consortiis, fabulis et cantibus delectari; exinde mulierum colloquiis assci; crebroque sub specie pietatis monasticae conditionis usum (quem reticeo nomine, ex monasterii honore) crebro invisere; officii sui ac vitae pristinae taedio duci; carnis voluptatibus abduci. Quae mutatio cum solis hujus oculis pateret, matri Carthusiae decumbenti acta movit patres illic anno 1559 coactos D. adhuc Arnaldum ab occasione peccati abstrahere, atque ab ora praecipitii avocare. Facta est ei quam infelix refugiebat a Priorato Bellovisano misericordia, et in vallis declivium

quem olim exacuerat transmigratio; ut a familiaribus Castrensium et illius mulierculae alloquio abductus sese in se reciperet. Sed datus in reprobum sensum abjecit remedium, et compacto vasa ruptis ingruam vinculis votorum, ac vere candisse (o casus omni lachrymarum fonte deflendus) secularem indutus animum et habitum, a Bellovisu magistratu, aise cum Delila sua simili sibi votipara direptis quantum licuit thesauris excessit; et Gebennam totius haereticae pravitatis sentinam et Desabelis regiam concessit; ubi et dies meos in mentis haurire aerumnam egestate implicitos clausit. Hic igitur exemplo renovato dementatum Salomonem, qui post collectum quasi aurichalcum aurum, et ut plumbum argentum, qui prius habuerat potestatem in corpore suo incubandi auream malesuadis serpentum sibilis, et femora sua mulieribus dedit maculam in gloria sua et profanavit semen suum; lapis sanctuarii eruitur a loco suo et projectus in capite ac luto conspitorum. Sed desino jam mirare; et iste lapillus denigrato colore a nostrorum corona Priorum eruitur est; quia et in duodecim Apostolis a Domino electis unus ab alios defluxit, et in ipsis Diabolus fuit: deinde vero licet ille locum suum dimiserit ut abiret sibi unde; locus tamen diu vacuus non sensit, quem citius implevit,

1559 ad 1563. — D. Raymondus Caulctus. —

193 D. Raymondus Caulctus, terrens solo Caturcensis, spiritali patria Bellovisensis D. Guillelmi Morre charae soboles, magnus Domus hujus incrementum; Villafrancae anno 1540 Rector, et annis 1541, 42, 43 et 1544 Prior; Rossaci vero sub tribus qui dum dignitate processerunt tum Vicarius tum Procurator, utraque Marte stenuus, Deo et patribus gratissimus post excessum Api ab istis ritu solenni electus, atque a Prioribus Glanderii et Caturci per generalem coetum deputatis confirmatus et inauguratus in Priorem desponsatam sibi Domum quadriennio fovit et matrimonii hujus gravia sane onera portavit, annoque 1563 deposito ipse et in offerendo quo nimium premebatur pondere Domum Libranum recipere adjutorem, sed haec postea. Interim vero adversos flectus ab Austro et Aquilone ingruentes magna portitudine repulit, et ab illa parte insolentis Ligerii Iscassensis quam superiori retuli effrenem audaciam confregit, eoque nimio atque vexationi proximum tempus perturbatam conscientiam illius et alionum sibi eo loci similium adquietorem statum reduxit; ab hac vero supra quam credi potest divexatus coactus est Perinam Castrensium hoc haereticae impietatis depravatorum radicem, tum mentis constantia, tum erectis in circuitu monasterii propugnaculis et turribus altis et collocato intus militari praesidio propulsare, et sic quidem irruentes in se flectus per quadriennium irrumpere, postea vero illis servata sua integritate cedere.

Series Priorum. —

Hæc scribens infandum renovo dolorem, et extremam hujus operis partem quæ Bellovisanæ Lauræ casum et ruinam spectat aggredior, casusque tanti mali Castrensis civitatis levitatem refero quæ ab antiquo ad suscipiendas novitates prona præterito sæculo jam mediante capitis correctione a mulierè meretrice quæ tunc Gallias peragrabat et Gebennam inebriaverat populum ebibere, ejusque jus anculum nostribus ad epotandum in domibus privatis convenire. Missus Gebennâ perfidus hæresiarcas Calvinianæ minister cepit anno 1560 regnante Francisco 2° Rege christianissimo convenientibus ad se Castrensibus aliquot rerum novarum cupidis falsi dogmatis venena gustare maximâ propinare nocturque propter metum sacræ Inquisitionis edictorumque regionum pœnas infamis ministerii sui munia exercere: cujus pestiferæ sugillationis primo quidem perpauci, sed subinde procedente anno circa octobrem, aliis alios evocantibus permulti aures sermonibus caveri instar serpentibus admovere ablatumque calicem pellis draconum, et vesanæ assidua longum et latum ex hoc in illud inclinando usque ad fecem haurire; aspernati tandem in fide recta permanentibus magna pars civitatis omnes scilicet peccatores tetrum ab epoto vino toxicato vacillare. A privatis postmodum conventiculis cum impietas per malefactorum accessus vires sumpsisset ventum est audaces ad publicas interdictiones, cum ex diversis partibus Gebennâ maximè auxiliares in id civitatis administri ut torres sæpiùs ab incendio advenirent. Inde ad psalmorum in gallico sermone ac rythmo per compita et fora cantiones; ac postremo ad ecclesiasticos ritus et præceptis, atque totius Religionis contemptum et derisum. Ab his igniculo jam excitatus ignis maximus totam deprope labatur civitatem; cui adjungi cœperunt nova quotidie sacramenta vires magno numero tum plebei tum optimates; in quibus consules, actor regius, et Boffardi, catholicæ Martinorum familiæ oriundi, clausi perterrentur, et molliter in re tanta, et tam præsenti status et capitis sui periculo procedit pudor maximè quorundam qui minimè quidem, malè sed non satis cauti vim non esse vi repellendam, sed homines suis permittendos esse consiliis, deque communibus negotium repetita Gamalielis in Actis Apostolorum opinione censuerunt. Sic autem ergo ire in adventionibus suis homines profligatæ nequitiæ, et maledictis edocentibusque rebellionis administris cantus et ritus ecclesiasticos, monasticas observationes, et Pontificiam dignitatem irrisione, risuque, et convitiis impune prosequuntur, sensim cita Ecclesiæ omnia convellunt, thesauris et mysteriis sacris profanandis et dissipandis inhiant, et circa finem omni sublato e vivis Francisco Rege, factaque sibi pene novi Regis Caroli edictum facultate publicè in suburbiis concionandi novi Evangelici ducti super pacibus cum Albigeois, pœnisque ac exterminio desuper lustricis ma et calvà commenta per diras Ecclesiæ et Summi Pontificis contumelias declamitant; quo accedunt filii perditionis virtutem cantis instar

Series Priorum et principia ruinarum Castrensium.

fluminis civitas fere omnis: Inter quae convicinatos religiosus qui dormientes catholicos a gravi et lethargico somno excitare antea erat, in episcopio capitur, rapitur, et direptantes ac percussus per compita ducente ac malitiosos actus approbante Procuratore regio Joanne Maria Volgario homine corrupto et in exercenda injustitia protecto in carcerem detruditur, et saltem vicem illuditur.

Dum haec in pios perpetrant lupi rabidi non minori furore in Deum et Dei domicilia debacchantur; primusque eorum ictus excipit carthusia quae cum Franciscum Bossardum Dominici filium, Piaci dominum Castrorum optimatem fidei suffragium praestare de his quae in feudo Rosagnae possidebat renuentem lite apud Senescallum Carcassonae ab eo intentata 15 martii anni 1560 dejectum cum expensis habuisset, cum deinceps haereticae rebellionis antesignanum affectum juratumque hostem, et offerat de dictum sibi in nos malitiae authorem. Isti ergo undesibi dum debacchantur porta furiose turbinis instar erumpentes 1° januarii anni 1561 magno coacti numero Virginem Capellam violenter invaserunt, et primo conatu in Christum Dnum nostrum saevientes egregiam ipsius crucifixi effigiem lapidibus, proscribus dedis exstantem (heu quid non mortalia pectora cogis haeresis etha lues!) prostraverunt, et comminutam dispersere; valvas templi vi et furore effregerunt; sacras imagines disturbarunt; vitreas lamminas profregerunt; vasa, ornamenta, omne sacrum instrumentum, et Capellani supellectilem diripuerunt; Campanam majorem quam effere non poterant valide quatientes diffidere; et quidquid malorum instigante daemone agi potuit ausu nefario perpetrarunt. Ubi de necesse fuit postridie approbante Dno Castrensi, episcopo tintinnabula omnia et percussatorem campanae in conventum a nostris efferri, Ecclesiaque lectum et muras quae tolerare superserant Deo et tempori permittit: quae illo quidem anno constanter permanserunt, sed 7° februarii anni 1562 in comitiis Castrensibus erasionis suae cum episcopali casa et aliis in circuitu Dei domibus erasionis suae sententiam acceperunt.

Haec aliaque similibus a pueris anno 1561 facinora Castrensium actorum prolendia; sed praefodiamus parietem; videbimus multo majora, et Castrenses omnes juvenes et virgines, senes cum junioribus aversamente ac dorso contra altare verso. Praesente anno 1562 fit conjuratio civium ac forensium tam ex plebe quam ex nobilibus in Guillelmi Guillotii Terreriensis castro; et mala pestura minime praecaventibus, imo nec praesentiscentibus catholicis mense januario ejusdem anni armatinobiles duce Terrerio cum magna militari manu Castras per noctem adveniunt, et consulibus portas secreto aperientibus tota civitate potiuntur; catholici in vincula conjiciuntur, pecuniis mulctantur, et primum quidem suis domibus sub poena capitis concludentur, postea vero urbe pellentur; monasteria diripiuntur; divinus missarum solemnia et psalmodiae usus tur interdicuntur; sicut omnino divinae laudes, et Calvinianae sectae coeperunt in aede Divae Mariae de

Series Priorum et principia ruinarum Castrensium.

Platea castrensis et concionis,

Die ejusdem Dnae purificatae sacro monachus Ste Trinitatis celebrans ad altari rapidus et miris modis illuditur; impositus siquidem asino versa vestitus sacerdotali ansa manus animalis caudam, altera tenens Breviarium, trahitur ad forum, totis viis lutosa aqua continua aspergitur, et post ludibria varia congestis mercatorum carthis et shamnibus accensa pyra comburitur. Eam insigniter honoratus a duo monachum quem non exprimo nominis hoc commendo poemate; et optem ut sic honoretur quemcunque voluerit Deus honorare, Ultra 6.

De Trinitarii monachi 2e februarii anni 1561 illusi d'ensti Castris

Divae Virginis Mariae querimonia.

Ocyus aligeros gressus hinc pendite mastes;
Collorumque mihi confestim assistite iussis;
Dum queror, et planctus, vestras mihi jungite voces.
Non petitis vobis homines coelum, esse molestos:
At ego quae mundi sedeo Regina, supremi
Et soror, et genitrix, et nata, et sponsa tonantis,
Hac qua pura die lumen terrestribus auris
Aeternum induxi, tolero foeda et spera Castris.
Dum tuus (ingrati Pater alme et conditor orbis
+ Trinune) insignis bicolori stigmate servus
Accensam cerea sanctis deficeus in aris
Sacratae triadi dans asse in sanguine lumen
Altari abreptus, sacraque libamine puso
Atque prophanatis impune altaribus ardis
Aversus impositus tergo nidentis aselli
Ludibrio librum, caudamque tenere coactus,
Lusus ab infida per oenum et compita gente
Serpentis sibilos rabido venientis ab orco
Audit, et foedas voces, blasphemaque vocabula;
Donec a multum, restemque aspersus ab unda,
Ad plateam ductus, tumulto pulsus, et ostro +

Series Priorum et principia ruinarum Castrensium —

Peritus, ac pedibus, pugnisque paraliter actus
Congestis prompta peteis, cartisque sepultus
Sulphureum expectat quo solui debeat ignem.
Macte animo fili, recolens haec sacra dici
Isthaec in bibula, te solvens flamma favilla
Vertet in aeternum te cerasum, syderis ignem. +
Hoc die festum solymas ingressus ad illo
Dux tuus exegit, mortemque incensque subivit
Ut te perpetuo miserans servaret ab igne
Inquoque languentes animas o inclyte miles
Pone, et odoratum Thamiae resonare per ignem.
Ingo caelesti circumstipata cohorte
Certamen benedicto tuum; benedicit et ille
Quem tibi pando hinc, finemque expectat agonis:
Ut te victorem cingat radiante corona,
Detque manibus laurum, tollatque in sydera mentem;
Huge brevi aeternum certamine suscipe nomen,
Officiis istinc quod praeteriit hinc (a) laboris (a) le mot est couvert d'encre on ne voit pas bien de quoi il s'agit
Scito quod aeternis felix gaudebis in oris.

Non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis (ad Rom. 8.) —

Monachi, moniales, Ecclesiastici et laici quotquot supererant catholici verbis, verberibus, fustibusque ad praedicationes mendaces, et pleni dogmatis exsecras ire compellantur; et tandem civitate profligantur. Facti sui juris et tota civitate plenissime potientes haeretici creant consilium, seniores, diaconos, lectores, monitores et praeceptores; uno verbo totam Ecclesiae hierarchiam perverterunt, et veterem nova mutant; Calvinismum ferro statuunt, nihilque conscribunt Ferreriumque sibi ducem constituerunt. Interim vero dum rebellionis crimen indurant, ut simpliciores eludant eliminant ejus juramenta, chorcas et larvas; praecidunt a vestimentis ovium, intus agni sunt lupi rapaces. Bona siquidem catholicorum quos expulerant in praedam vertunt; gravia in horreum publicum congerunt; omnem Ecclesiae supellectilem dilapidant; Christi servatoris et sanctorum imagines dilacerant; et sacramenta conculcant. Vasa sacra omnia ex auro et argento, nominatim vero Sti Martyris Vincentii

ossa lintea cerbasino, et ceruleo serico velo contecta intus capsam, expressimam, laminis argenteis pondo marcharum octogintà decoram, ludibrio habent, dissecant, proiciunt; argentum vero conflant et in monetam, pro stipendiis suorum et Germanorum militum, in Gallias pro suppetiis suis et foederatorum sibi cum a adventantium commutant. Totos autem se ad rebellionem comparantes urbis fossas excavant et dilatant; aggeres et munimenta erigunt; bombardas, sclopos, et alia diversi generis tormenta bellica ex campanis, candelabris, lampadibus, ceterisque id genus Ecclesiasticis ex aere et electro vasis et sacrorum fundunt; pulverem tormentarium conficiunt; ac demum urbem omni apparatu bellico communitam in proxima quaeque loca discurrunt; munitiones, praesidia, castella, urbesque vi, astu, ac deditione circumquaque intercipiunt; omnia igne, ferro et sanguine contaminant, quae singula referre in promptu quidem esset, sed modo non est animus, quia hic non est opus.

Nobis tamen silentio praeterire haud decorum, reformatos scilicet hujus catarum sectas in Rhetorum centuriis sub Duce Gregoriaco Dni Masencalis Proto-praesidis filio, ex odio fidei catholicae perpetratum, hactenus in statutis apud Vrsicinum, quam Certanenses 18 Julii 1561 per noctem improvise aggressi dissipaverunt et pacis in Ecclesiam, ex adversis rebus omnes captos et vinctos colligatos cum peditibus equitibus a tergo castras adduxerunt; et istà quidem operibus fossarum addicti sunt; illi vero in templo Dominicanorum constricti de concilii decreto non ad redemptionem servari, sed in ultionem symmystarum suorum Thalossae nuper in seditione casorum mactari debere dicti sunt. O pacis! absint hodie carnifices et spectantibus Consule, Praetore, ac ministro intra ipsum templum (horresco referens) ad ostium in una ejus aedicula constituti omnes capite plectantur, et in profundum cavi detrudantur; impleturque cadaveribus puteus altus, et ex repletione sanguis immanis aqua mistus foras effunditur, inque amnem usque ad molendina cum horrore dilabitur. Calx vivà puteo injecta non potest operire illum, nec continere flumen ejus undis tam de terra et arena clamantis. In tibi illam quam citissima augusto sequente undis, consumptis cibariis ex praeda catholicorum congestis castrensis militia educitur, et ad rem frumentariam pro praesidiariis elendis versus Rigidam villam emittitur. Procedunt electos juventutis peditesque equitesque, divino judicio in praedam directi; et dum incauti sine ordine incedunt, in Rhetorum duces copias incidunt, fundunturque, fugantur, caedantur, et castras cum plaga magna repellantur, sicque dignas patratae nuper immanitatis poenas luunt.

Nocte anno 1650 effosso puteo, et omni ejus egesta repletione horum (haud dubie) martyrum ossa in quibus 75 fuere capita membranis internis adhuc constantia post annum fere nonagesimum prodierunt, quibus Dum pii hospites sui condignum parant monimentum; ego istud prophetici voticinii Desicae? dodico Epitaphium.

Series Priorum et principia ruinarum Castrensium -

Pro Athletis fidei partibus delicinium --

Putasne vivent ossa ista? ossa arida audite verbum Domini. Ezechielis 37 --

Certos agum fugiles, et clarae gloria gentis
Audite; aetereo clamat ab axe Deus.
Vos furor haereticae pertraxit hinnidis isthuc
In loca, secundo semina missa solo.
Venetis ducens rigide post terga revinctas
Captivos ittâ fecit in urbe meos.
Propter me, propterque meae pia dogmata legis
Occisos alti transit in antra lacu.
Horruit ille nefas, et reddidit ore cruorem,
Indeque purpureus fluxit in amne liquor,
Carcere cum pepulit corpus Libitina profundo,
Exilit aether spiritus astra petens.
Mors illi vitam; feritas dedit ense salutem;
Et labor in superis posse sedere locis.
Dic modo crudelis; dic perfide Martyricida;
Hoc tibi quid facimus, quid dedet iste cruor?
En novies denos jam sol illapsus in orbes
Dat sacra detectos ossa videre dies.
Istane concipient dic arida corpora flatum?
Haec rursum poterunt ossa videre diem?
Dicrego; concipient ossa haec arentia vitam,
Et magis optandos sorte priore dies.
O mea progenies, o chara pignora thoro,
O christi testes, atque propago mei!
Tempus erit quo vos adjurgam, et lumine donem,
Surgat et a puteis gurgite vestra caro.
Interea tumulo mistim requiescite, quo vos
Gens pia, et electae composuere manes.

Series Priorum et principia ruinarum Castrensium -

Pro vicibus, annis, pro sede, loloque profundi;
Et pro præteritis carne parente malis,
Victor ego vester, vestri Dux victor agonis
Et cælis lauros, et diadema fero.
Et pudor et pœnæ jam præteriere priores:
Et mea martyribus præmia semper erunt.

Ecce ego intromittam in vos spiritum, et dabo super vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et vivetis, et scietis quia ego Dominus. Ezechielis 37 -

In quo venerata Ecclesiensium ministrorum sibilla castrensem urbem adduxerunt. In quomodo sanoequandam mentis conditio, et diathetica? status aviti compositio in peralem, et deploratum morbum evaserunt. Pietas, religio et justitia olim habitabant in ea, nunc autem receptis omnis boni hostibus dominantur in illa sacrilegi, apostatæ, homicidæ. Ubi laudes resonabant divinæ nunc expulsis sacerdotibus monachis et orthodoxis omnibus triste sonant ululæ in ædibus et syrenes in delubris voluptatis, et pro veridicis verbis Dei præconibus adsunt frequentes in domibus et compitis dogmata falsa vendentes tenebriones ministri, et votifragi totius impietatis administri.

Quid interhoc proximus his D. Raymondus Cauletus? Ille manu agiens perspiciens paries cum proximus arderet, monasterii sensitati et rerum sacrarum conservationi intentus cum novas subinde minas excuseret, et extrema quæque non immerito timeret, illud quantocyus armis omnis generis et militari præsidio communivit; per gyrum ambitus sui muralis angulos turres altissimas totidem, quas in Ichnographia expressi a fundamentis excitavit, muros ab aquilone erexit; fossis et vallis introrsum liberiorem interclusit; et quidquid ad munimen loci disponi potuit solliciter effecit, nec efficiendum pertentavit. Interim vero præcipua quæque pretii majoris sacræ supellectilis vasa, clinodia, calices, vestes, ornamenta, libros cantus majores, monasterii cartbas, reliqua domestica ac juxta monasterii tabulas illinc exegit, eaque cum monachis ipsis Carcassonæ in domo locata collocavit; et ibidem usque ad pacem redditam provido consilio per biennium aluit. Ipse vero Carcassonæ in cœnobium creberrime adveniens et statim hoc invigilans milites seductitios in officio continebat, diei noctisque vigilias perlustrabat, militarem custodiam disponebat; et signa plerumque Ducum integra pecunia et precibus emendicata, cum Terrenius saxeam obsidione iterata impugnaret, pro servandis ab incursione hostium in conspectu positorum mœniis et statiis evocabat, atque illis securis ipse Deum continue adorans et efflagitans pacem suam in merore, interque in angustia suscipiebat, sicque per biennium vitam ægre trahens ab

armorum strepitu tandem recedere, hacenque abiit tolera deliberavit, et utrumque tandem obtinuit.

Anno siquidem 1563 mense maio pax inter Carolum Regem et eorundem Principem rebellionis ducem sanata promulgata Carcassonae fuit; sed virulenti castrenses illius effecti certiores novis sceleribus ejus adventum praevenerunt, et illico instigante caedaemone quidquid malitiae in divina templa meditati fuerant perfecerunt: casamque episcopalem, Pargensem Capellam, et angelum Dominicanorum coenobium admotis arietibus et injecto pulvere tormentario everterunt; et istius ruinis putrem in quem foede truncatos et lacerates congesserant atrocissimi sceleris sui arcanum opplerent, et direptis ad satietatem rerum cupiditatis omnibus, rapinisque usque ad os confarcitis tum demum et ipsi pacem publicarunt. Cum vero perfidis et vulpinae mentis hostibus pacem, pacem jam clamitantibus D. Candelus non confideret; quinimo super custodiam suam sollicitius etiam solito staret, exulcerumque die ac nocte ordines non intermitteret Praetor civilis et Procurator regius Castrenses 18 julii ad coenobium Bellevisus perrexerunt, et alta voce ab ora latae portae quae aggressum secabat Regis dictum, et per illud pacem terris redditam Priori nuntiarunt; utque eam susciperet, ac militibus praesidiarios missos pateret ex parte Regis edixerunt. Annuit pacis cupidissimus Pater, et gratias Deo observatam tot inter pericula domum suam reddibis stipendiatas militibus emisit, fratresque suos biennio jam exules ad domicilia et officia pristina reduxit: tactusque dolore cordis intrinseci ob mala quae viderat et toleraverat, statuit in corde suo firmum: Ista deinceps, istos moerores, curas istas non incurrere; melius existimans sibi longe recedere, quam secundo experiri et videre quae praeterita exceperat, et futura procavebat mala gentis hujus et sanctorum. Jubilat igitur fervide et accepit quod optabat plenum cordis gaudium sui, suum a Bellevisana domo recessum, et ad domum Montis hilarii in Hispania recessum. Recessit-ergo velociter, et monasterium relinquens accubitum inclinato jam anno non habuit illico suae sedis successorem, sed interim, absente R.do Patre Carthusiae rem familiarem D. Joanni Vigerio procuratori, curis vero negotiorumque forensium curas, ac totius monasterii in utroque statu regimen D.o Joanni de Libra juniori Rectori instituto dimisit, hilaritasque ad hilarem montem abiit, ibique pacifice dies reliquos exegit, et anno 1578 peregit, missae de Domina per ordinem universum privilegio decoratus. Vocatur ergo filius Dei quia et bello et pace vel desiderio vel facto semper et ubique pacificus fuit.

At vero de duobus proxime insertis quia dicenti occurrunt, ut meum cuique reddatur nullusque operarius in hac vinea mihi indonatus abeat, dicendum est Dnum quidem Vigerium pacifici Patris pacificum filium paterno exemplo permotum, rerum externarum curâ D.o Antonio Talhario comprofesso dimissâ, in solitudine peramata habitasse sequum usque ad Bellevisus excidium, exinde Glandericum demigrasse, ac jure professionis ibi donatum gravi senio exemplisque ad imitandum obsequio perfunctum

usque ad annum 1605 dies suos produxisse, eoque tandem concluisse

D. vero Joannes de Libra junior isto calamo per infelicissima tempora deflexurus fratrisue sectori cum 1° Priorem ageret illius instigatus exemplo et desiderio in auxilium venit; ut a fratre portior adjutus fieret hoc fortitudinis additamento civitas merita, et haberent ambo conjuncti completius emolumentum societatis et fraternitatis suæ. Altero anno fraternæ dignitatis qui fuit 13 reperitur apud Bossacum in infimis subsellijs inter monachos a Caturcensi Carthusia ubi se primo devenerat evocatus ad Bellovisenam; subjectis sui signis ibi digne militavit, et Apo regnante Vallensi Daran missus, illius anno 1558 Rectoratum suscepit, quem anno 1559 instantibus deprecans divisit, cum videlicet idem Apus eò per Capitulum generale mitteretur (licet infelix cum honore ?ius ... exemisset, et ad Gebennenses, et dictum est, aufugerit) atque ad optatam Bellicinis domum et cellam suam reversus illic primum mandante Capitulo procuratorem egit, ac deinde quod reliquum habuit vitæ partim Vicarius partim procurator cum et togâ et consilio strenuus apparet insumpsit, laboribusque permultis supra quam credi aut æstimari potest in Conventu et Ecclesiis prioratibus rebusque monasterii et hæreticorum rapacitate servandis exhaustis anno 1576 extremum laborem complevit in itinere Tholosano ab hæreticis velociter ad capiendum illum insequentibus pressus, ipse quidem velocior equi ad salutem non fallacis ereptus et Basiliam portatus. Sed cum obesus esset corpore per inconsuetam agitationem corde minimum dilatato et interno viscerum statu dissoluto extremum interclusâ antheliticis spiritum eo (ni fallor) nomine martyr exalavit, et ab annis sequentis Capitulo (ut non scriptis qualis apud Ordinem commendationis extiterit) plenis cum his alteris monachatus et missæ de Beata Maria monimentis insignitus fuit. Minimum de ista domo bene meritus et cum duobus secundum carnem fratribus et Prioribus suis Joanne et Raymondo illius habenas sellâ licet inferiori rexerit cum videlicet illi Tholosæ inferarum iste Ecclesiæ omnia solus peragerent; et apud Bellum visum cum stares Procurator et vicarius; et anno 1563 D. Caudeto Rectoris nomine successor usque ad annum 1564 generale Capitulum exstiterit.

Quem quidem Rectoratum licet pace constituta hostilibus ætate liber secure administraverit, non potuit tamen cum sua sollicitudine agere, qui bello cessante statim a flagello pestilentiæ seu quo habuit avertere. Facile hoc tam studiosè ac providè et licet de latitijs permultos et de promiscua multitudine usque ad quatuor millia in Castrensi urbe et circumjacenti regione luces sæcissima depopulata sit, ipse suos fecit tuto degere apud se, et sanitatis integræ compotes cum lætis sui animum jucunde ducere. Unde contigit ut cum regio pacis edicto cautum esset in urbibus Religionariorum proscidia ac Catholicis collocari, Occitaniæ Rex Dux Ampuillanus Annæ Montmorantii magni Galliarum Connestabili filius Castras

D'Cantieni n° 24-

abbatis catholicæ custodiâ munitorum cum magna militari manu adveniss[et], ingressu ob[sidionis] periculum abstinens, urbe circuita, consalutatis consulibus, et clavibus solummodo circumspectis post admonitos ut in officio se continerent, regique obtemperarent civesque ad castitatem cum toto comitatu suo se recepit. Ibi ergo 16[to] octobris egit et eodem die privatas bellorum injurias suo Ill[mo] Vincentii apud Biterras beneficio Bellovisenses in integrum restitui suo diplomate sanxit, postraque die spectatæ virtutis virum D[ñum] Ambrosium Castranum gubernatorem instituit, et in occitaniam recessit. Quo cum iste pergeret, ille ad regendam urbem cum Episcopo, clero, monachis et plebe catholicâ numerosa sancto progressus solenni processione præcedente crucem adveniens ad portam urbis novam ante extantem crucis stipe latentem flexogenu hymno dicto et gratiis Deo actis urbem intravit, sacraque mysteria super prostrati recens monasterii peragi curavit, et hâc pietatis opere suum regimen inauguratus aperatum sibi domicilium recessit. Igitur ab illo die restitutis in suæ catholicis, et civitate per stationem catholicam toto quadriennio secura licuit unicuique sub vite ac ficu sua tuto quiescere, ac proinde monasterio Bellovisano meliori fortunâ gaudere, quæ etiam, rutilantibus colpis emicare, cum anno sequenti postulatus a monachis ad capessendas iterum Bossaci habenas post annos tredecim dimissus rediit

1564 ad 1571. — L[e] D. Joannes de Libra. —

20[us] D. Joannes de Libra senior Mediolanensis tum Prior e capitulo comitiali anni 1564 Bellovisus secundum Prior et Aquitaniæ Visitator institutus Priorum Bellovisanorum ultimus, et Bolosanorum primus, lapis angularis binum parietum domus atrisque in se connectens et pariens utraque unum, qui D[ominorum] Caroli et Librani fratris sui curas in hoc cœnobio excepit; istum sibi Vicarium ordinavit, et negotiis gerendis D. Bertrandum de Bel-vieu monachum suum præfecit; quem quia non nisi biennio servare potuit, illi ad Glanderii Prioratus evecto D. Antonium Palherium subrogavit. Sed cum istum spiritalibus magis adversissi ad dictum, prædictum vero fratrem suum in Martha ac Mariæ officiis ambidextrum, commutans manus ambos transposuit, et istum ex Vicario procuratorem, illum ex procuratore vicarium effecit, et utrisque D[ñum] Joannem de Casalibus sub Correrii nomine in auxilium evocavit.

De D[o] Palherio nihil aliud dicendum reperitur quam quod usque ad captum eversumque monasterium Vicarium ibidem egit; exinde usque ad annum obitus sui 1590[um] privatus vixit. D[ñus] vero de Casalibus anno 1566 quo Correrii titulo affectus est, sequentis dimidium non regnit in recognitionibus Castranum per Magistrum Guillelmum Fabri Notarium innovandis insumsit: annoque 1567 mediante ad Prioratus evocatus villæ franchæ istum et sequentes annos usque ad 1574[um] in illic primum Prior, postea Bolosæ Correrius, ad extremum apud Castellum Caranum Prior multa ubique laudabiliter egit, et in ista Dei extremum clausit.

Series Priorum. — Ruina Carthusiae Castrensis —

Iste fuere D. Libiani Prioris rerum gerendarum adjutores; res autem ejus gestae ab anno 1564 usque ad infelicem 1567 extremae calamitatis annum in recuperandis magis quam augendis juribus fuerunt: ac licet regnante Carolo nono christianissimo, et infensissimo haereticorum Rege pax in regno floresceret, cum sagaces oculi florem istum mane florentem cito transiturum cernerent, haereticis scilicet intus fremantibus et maligna meditantibus, ad perficienda murorum turrium quae munimina, et arma conflanda se convertit, in quae rem multum laborem, hecatombasque vini multas collocavit. Cum scilicet hinc quidem multi pacifici nostri consultores id maderent, illinc vero capitalium generale ad hoc perurgeret; a quo nimirum anno 1567 exiit edictum, ut Prior Castrensis fortificandae contra temporis illius malitiam, domui diligenter invigilaret, et ea fieri faceret quae pro tuitione domus faciendae perviderat. Testatur quantum potuit, sed quae maxime faciendum fuit, illi facere non licuit; cum eodem tempore ad visitandas ex ordinis prascripto Franciae domos a Conventu generali deputatus cum aliis sua visitatione fulciendis incumberet, suae ruinae exp- -ertus est: absente nimirum Pastore lupus ingressus in ovile oves quidem rapuit et dispersit; ovile vero conculcavit, diripuit, dissipavit. Quo tempore, qua ratione? ergone dicendum est? Oportuit Christum (sic Christus ipse) pati, crucifigi, mori, et ita intrare in gloriam suam: et eadem ratione oportuit domum istam cadere suffodi, sepeliri, atque ab oculis penitus abire et resurgere, revirescere, et gloriosior apparere. Resurrecti- -onem alteri scripto reservamus, dicamus isto sepultam.

Anno 1361 in lucem edita anno 1567 coniit in terram Carthusia quondam Bellivisus; quo nimirum perduelles haeretici portos, pacis duce, ac Domino Principe, et oligarchia magno Galliae Archithalasso in regem conspirantes ad arma capienda vigesimam nonam septembris diem dixerunt. Ipsa igitur die conjurati Castrenses ad rebellionem secreto se comparaverunt et Guillotus de Ferreriis qui antea castras sub specie concionis audiendi frequentabat, facta dum conjuratione conscripsit milites, et praedicta die quae sto Michaeli Archangelo festiva est sub vesperum, Catholicis nihil tale suspicantibus ad urbem cum copiis adve- -nientes, pactis per conscios Consulem portis per dispertitos duces primo forum, inde plateas omnes, ad extre- -mum portas et muros civitatis invasit, et urbe potitus Episcopum, Canonicos, regulares, et cives utriusque sexus? catholicae religionis carceribus mancipavit, et permissa militibus urbe omnia impietatis acta in Eccle- -sias, Dei et Sanctorum imagines, et res sacras omnes passe usque perfecerunt. Catholicos omnes quos in- -habitabiles reperierunt pretio redemptos urbe propulsarunt: de misera plebecula plurimi vel pestifera persuasione vel metu corrupti ab orthodoxa sensa defecerunt et defectis lucis in angelos lucis mutati sunt. Illico consilium creant politicum et militare; arma conflant; militiam cogunt; et primo Monte Carthusiam cradere cogitant.

Ruina Carthusiæ Castrensis.

5° octobris anni ejusdem 1567. Guillelmus Guillotus Terrerii dominus castrensium rebellium d'ex cons ciſta manu sexcentorum peditum et trecentorum equitum nocte Dominicæ diei quæ pervigilium erat Stⁱ Petri nobi Brunonis Castri progressus ante lucem ad monasterium pervenit et circa illud milites disposuit; qui scalis admotis post aliquos insultus tandem illucescente die muris ab aquilone potiti sunt: qui in custo- dia erant aliquantisper restiterunt, sed rusticis qui se intro admiserunt quorum tuitionem receperant timore correptis, et fugæ sibi salutem per navicellas trajecto amne quærentibus milites pauci numero hostibus cesserunt, et Terrerius cum suis hostiliter clangentibus tubis et vociferante milite ingressus est. Nabelat autem, sub signis suis duces quorum ista sunt nomina. De Montelegerio, de Senegatio, de Motâ Braconarii, Sobirani de Brassaco, Baro de Paulino, Joannes de Doucet Messagellii Dñus, Dñus de l'Hyarixo. Castrensium vero antesignanus erat Dominicus Boffard Jarrigiæ Dñus, Joannes Verderius, Rollandus, Bonafossius aliique magno numero.

Hi omnes primum portam primariam malleis et securibus discidunt, inde claustri, cellarum, omni- umque officinarum et cubiculorum ostia, arcas, scrinia, lectos, mensas ingenti strepitu diruperunt, omnia furisse percurrunt, et postea expilarunt. Terrerius patefacto aditu equites circum se ordinatos insonante buccina intro usque ad Ecclesiæ valvas induxit. Monachi cum Vicario ac procuratore (cum Prior in Franciâ visitans ageret) in Ecclesiam sese receperunt, et occlusis ac retro munitis januis illic azylum sibi constitu- erunt. Unus ex illis, Joannes Luci, cum insilientibus resistere tentasset gladio plumbeo trajectus occum- buit; alter Joannes de Sarrio hispanus senio gravis cum serus ad Ecclesiam advenisset occlusis citius foribus interceptus multis illic confossus vulneribus concidit. Joannes Olieu dispensator puteo mersus, et Joannes de Ponto janitor, juxta portam, cæsus hostilem furorem excepere.

Hostes januis citius adoriuntur et Ecclesiam et januam quidem, priorem, secus et ascia dejiciunt, sequentes subjecto igne in favillam redigunt. Quibus visis monachi extremum jam supplicium expectantes in turrim ad quam per lapideæ cochleæ gradus juxta sacristiam et fornicem Ecclesiæ ascensus erat extre- mum salutis suæ remedium confugerunt. Habebant in comitatu suo domesticos suæ familiæ partem cum reliqua vel muris sese superatis vel trajecto amne saluti suæ fugiendo prospexisset; amicorum vero nullus aderat excepto Rectore Ecclesiæ Stⁱ Petri Avitensis, et Magistro Fabri notario Castrensi qui Religionem in Deum et in monasterium fidelitatem usque ad aras amici observarunt. At vero omni præsidio, victuque destituti cum furiosos circa se toto monasterio versantes, spoliis onustos, ac vitæ suæ insidiantes ex omni parte milites cernerent, consilio inter se inito ex alto turris vitam et salutem ex omnibus clamore miserabili verbisque ad deprecandum quam humillima compositis a ferreo et feroci Terrerio petere cœperunt.

Ruina Carthusiæ Cartusiæ - -

Illeque dum sic ibi cum interim satellites atrocissimi insontium cruorem sitientes hæc indebitæ, opprobria et minas alta voce in supplices proferent: Exite perfidi, descendite polluti, deste leprosi cum vestris quem primum militibus; omnes enim simul peribitis. Nostri bona pro malis respondent et gemebunda voce soleq requirendo salutem, ab impiis pietatem quærunt: Illi contra exite citius ad Paganum et mortem, quam commeruistis o Babylonii cantarent, et alia complura contumeliosa dicitabant et minantur. Hæc spectaculum auditu et visu miserabile cum illi ex alto humilitatem in verbis pro animæ sua proferent, isti venenatæ linguæ verba, convitia, et minas velut spicula ad terrendos et configendos contine miseros ab imo jaculabantur.

Indem vero Terrenius et Bracanacius agnita voce D. Joannis Librani proavitoris illi securitatem vitæ suæ ac eorum qui cum ipso erant dummodo nihil hostiliter agerent aut resisterent fide interposita sponderunt.

Interim autem dum illi de vita pacis conditionem effrenati milites j amuis Ecclesiæ in cineres redactis et patefactis ditis in eam irruunt, Dei sanctorumque imagines et altaria evertunt, hæc ipsa altaris tabulatum, pretiosissimum comminuunt: sacros sanctæ Eucharistiæ thecam argenteam intus et foris inauratam centum quinquaginta scutis emptam effringunt, adorandumque Dominici corpus (o sacrilegi) in terram dejectum conculcant. Postmodum chori utriusque monachorum, scilicet ac laicorum, sedes ex quercu affabre elaboratas, sulpitia, libros cantus insigni ante conscriptos et luculento imaginum, diversoque picturæ auro et argento illustratos ac vermiculatos ornatu insignitos, sermonum quoque volumina, psalteria, aliaque id genus elegantia mobilia in cumulum congesta in media Ecclesia flammis consumpserunt, similemque furorem in omnia oedicularum, capitoli ac domus monachorum sedilia et scrinia elegantis operis exercuerunt, brevique tempore quidquid egregii ad videndum operis erat in cinerem redegerunt.

Priusquam tamen hæc fierent monachi promissione ducis preti agyllo prodeuntes in imis gradibus advoluti genibus Terrenii ferocissimi simul et avaritissimi hominis deum pro vita sua morumque preces fundunt, ferocitatemque ejus verbis ac gestu ad commiserationem excitandam apparatis mollient, sollicitus securitatem vitæ, et pollicitationis suæ fide sollicitus omnes in capitulum se recipere, illeque per militarem custodiam asservari jubet. Hæc officinam pietatis in carcerem commutatam, ubi illæ sacra colucrunt, illic monachi nostri immunera in calitum et morem suum, opprobria, blasphemias in Deum et sanctos ejus, minas in catholicos omnes, multa de rege regnoque mendacia a militibus audiunt, cum illi terrorem verbis et arte moliuntur, ut electos Patres a fidei, pietatis ac religionis proposito abducere pertentant; cum omnem Ecclesiæ cultum, quem idololatriam dicitabant,

Ruina carthusiae Castrensis. —

monachismum quoque ac sacerdotium in Gallia regno quantocyus exterminatum iri asserebant.

Terrenius autem auri et Ecclesiae opem cupidus cum ceteros abduci jussisset Libranum procuratorem retinuit, et effracto sacristiae aditu verbis et armis minatur mortem, ni protinus pretiosa quaeque scrinia et gazophylacia ubi pecuniae asservabantur indicaret. Ille metu mortis obtemperat, et repositos uno scrinio calices argenteos inauratos octo primum, prodit, quos cum capsa argentea quae divi Brunonis reliquias partem scilicet capitis ejus continebat in praedam sacrilegus vertit. Illectus quae eo progustamento ad ampliorem avaritiae suae satietatem urget captivum, ut reliqua perquirat scrinia resignet et gazas omnes quam citissime suis oculis exponat; ni faciat, vincula verbera, plagas mortemque per se ac satellites suos intentat: ille metuens sibi ac suis aliud scrinium indicat, quod dicto citius effractum pretiosam simul et sacram Ecclesiae patrum Dominicanorum supellectilem, argenteam illic clancularie asportatam, ac velut tutiori loco repositam exhibet. Illic B^ti Vincentii martyris imago argento conflata tres palmos alta; calices luculenti duo; thuribulum insigne cum catenulis et navi; augustissimi sacramenti theca a duobus angelis gestata major quaedam Reliquiarum capsa in crucis modum effigiata pretiosis per circuitum lapillis distincta; crux argentea similis operis, et alia quamplurima quae in eam Ecclesiam singularis piorum
1 quondam Castrensium devotio per feliciora tempora congesserat quae sigillatim exprimere longum esset. Non sunt tamen omittenda duo quae sequuntur; velum calicis unum, oloserico, auro ductili ac pretiosis circumquaque gemmis opere plumario distinctum; et corporale unum, filis in diversa ductis acu artificiosa elaboratum; quae duo Terrenius et Braconacius ex templo in prophanos usus convertent, illisque in contemptum faciem tergunt et cum risu sibi nares emungunt. Supradicta vero omnia in solidum valde projecta pedibus conculcant et dirumpunt; sanctorum reliquias (proh dolor) velut dolathyta sese passim dispergunt, et frustra iterum collecta postmodum inter duces dividenda saccis includunt, lectum quoque scrinium quod Magistri Jacobi Martini Castrensis canonici singularis amici nostri pecunias et gazas pretiosiores, depositi loco continebat effodiunt, scrutantur, dirumpunt.

At vero Braconacius et Senegasius per cochleam in superius conclave quod sacristiae incumbebat, ubi
1 monasterii carthophylacium erat auri sitim explere cupientes ascenderunt; et praedecessoris sui communis monasterii pecuniarum arcam sera triplici juxta carthusiani moremordinis munitam reperiunt. Braconacius in eam validis a Cyrene ictibus insilit, et superiorem assem, in varia sacramenta hinc illucque volitantia brevi tempore intervallo dividit, totasque sinuosi sui meatus recipit inventis illic diversae aureae argenteaeque monetae ad decem millia librarum in saccis, quos uterque praedo cum Terrenio Duce protinus inter se dividunt. Per ambitum vero conclavis arcae majores erant

Ruina Carthusiol Castrensis. –

per ordines distincte; unde a sacrilegis cuncta sunt pretiosissimos septem candelabra, cum diversis altarium operimentis; omnia obserica erant operis polimyti auro et picturis arte plumaria elegantis varietate distincta; lanicea sacerdotales lineae, tapetia, mappae, manutergia, corporalium et calicum theca, tersoria, cortinae, candelabra majora quidem unciss cadauni in altitudine quatuor, minora vero complura, lampades, urcei omnia magno numero et opere luculento viginti circiter millium librarum valore, nec tamen tantae quae potuerit rabidam luporum istorum famem exsatiare.

Interea ducibus circa praetiosiorem Ecclesiae procedam occupatis militibus tum solita castra sequentium, malignitate, tum propria Castrensium invidia, atque haereticae impietatis face accensi totum monasterio debacchantes omnes omnium cenaculorum, et cellarum fores, fenestras, scrinia, mensas et lectos everterunt, et nihil omnino integrum reliquerunt, rabidos canes vel tygrides diceris post luctuosam famem in proedam insilientes, quidum quisque quod sibi obviam fit rapere studet, omnem omnino supellectilem laneam, lineam, lignean, aeream, ferream, plumbeam, stanneam, libros vestes, vasa ex cellis, triclinijs et cubinis efferunt, ac brevissimo tempore confertissimam omnibus ejusmodi rebus domum penitus vacuam et exinanitam efficiunt.

Supradicta omnia ut vigillatim recenseri nec aestimari certo non possunt; cum omnes omnium divitiae, omnis instrumenti familiaris copia, longo annorum decursu collecta uno die effusa sit: sed haec omnia lugemus S. Librani Patris viri doctissimi bibliothecam sacris doctorum, Ecclesiasticorum, veterum recentiorumque libris, et propriis inscripturam divinam, et res sacras commentariis usque ad octo majora volumina exornatam; diversos quoque cellarum, et auctoris libros et scripta varia; recognitionum quoque levarumque feudalium codices, debitorum schedulas, chirographa, et rerum judicatarum cartulas, coteraque hujusmodi supranumerum, et aestimationem quae procuratoris et Cancellarii negotiis praecrant cellis et Cartophylacio communi continebantur vel exportata vel flammis absumpta. Ols quoque ablatum multum nimis, tintinnabula scilicet Ecclesiae Parisiensis ac monasterii majora et minora numero viginti; horologium majus, excitatoria plura, aes, plumbum, ferrum, partim in massa partim in opere supra centum quintalia; lombardae, catapultae, enses, hastae, aliaque diversi generis arma, glandes plumbeae, pulveris tormentarii copia, et alia magno pretio coempta ad munimen loci. Horrea ducta sunt frumenti, secalis leguminum, ac farinae bis mille centaria, omnisque commeatus et annona pro alendis monachis aut famulis plus quam centum, hospitibus quoque illuc crebro advenientibus, peregrinis, egenisque ad stipem quotidianam confluentibus. Cellas vinarias peractatum vindemia apprime instructas

Ruina Carthusiæ Castrensis. -

perscrutati omnes effuso ducentorum fere doliorum vino compleverunt tantâ copiâ ut cum fontes eas influit effluens totum omnem longo satis decursu rubore suo tinctum redderet. Quis enumeret quæ diversæ magnitudinis dolia cum lorcularibus suppis, mactris, aliisque vindemiarum vasis iste fures extraxerint, qui ad nihil aliud advenisse dicendi sunt, nisi ut perirent, mactent et perdant? Quis pretium tantæ tamque numerosæ supellectilis partim castras asportatæ partim ignibus consumptæ satis æstimet! Quis salis, olei, piscium, carnium, adipum, aliarumque victualium copiam inde translatam explicet?

At vero Terrerius suis profectibus attentus duos præstantes ad sellam equos et ad currum quinque a stabulis abripuit; cæteri duces cursus diversos magno numero quadrigatas sexaginta, palearum ducentas, ligni centum, mensas sedilia, tabulas, funes, seras, vectes in magnisque domicilia villæque asportarunt. Castrenses vero coactis tota regione curribus quidquid avarorum ducum et militum effugerat eodem tempore simul et supra descriptæ prædæ bonam partem, et quæcumque ex cubiculis parietibus et tabulatis avelli impromptu potuerunt constatim, tum in publicam domum, tum in suos quisque ædes induxerunt.

Hæc omnia in oculis monachorum posita mœstis eorum cordibus, vel solius suæ captivitatis contemplatione desolatis dolorem efficiebant silentio melius quam verbis explicandum; crudelem vero super omnia novo fœdoque scelere plagam perceperunt cum Mass aquellus prædæ jam sator concitato equo Castras advenientis post recondita quæ rapuerat consortem pravitatis ac sceleris, suam Delam conjugem suam, marito pejorem si monasterium, cum numerosa fœminarum caterva induxit. Quæ (dicta fœdum) putridâ sui corporis fœce in derisum Ecclesiam et altare pollivit, et alias ut se simili scelere contaminarent fœminas exemplo suo provocavit.

Jam vero cum nihil amplius ex præcipuis gazis rapiendum superaresset, satis opulenti rapaces in monachos se convertunt, qui longo martyrio et in dies semianimes inclinata jam die non nisi extrema exspectabant; quos et conceptivos famulos sub vesperum ex Capitulo ductos offendebant, minis et impulsione prosequentes, lachrymis ac genitibus eorum nihil moti præcipiente Terrerio foras educunt et expellunt. Deducentibus eos Saxii consulibus, quos Dux data securitate in eum finem advenire jusserat. Illi solâ salute salva Saxium proximo, indeque Iscassensum venerunt, paucisque diebus illic moratis Carcassonam sese receperunt; ubi in magna penuria omni supellectile rebusque necessariis destituti, vestibus detriti et laceri unam et amplius annum egerunt interim apud Franciscanos, noctu in elocata domo commorantes, donec agente D. Librano Priore nec ac Visitatore, sacrique verbi apud Archiepiscopalem Ste Mariæ ædem, ex præcepto Apostolico concionatore Cholosan,

Ruina Carthusiae Castrensis.—

commigrarunt, anno scilicet 1569 eodem ipso quo et Castrenses monachi nostri post captionem et expilationem sui monasterii eodem se transtulerunt. Sed excurro; ad plagas Bellovisus si non sanandas saltem inspiciendas revertendum.

Octo quindecim diebus Castrenses expulsis monachis in direptione versati peracta tandem omni expilatione toto monasterio ignem excitarunt; et ecce uno momento spectabilem domum tot annorum labore concinnatam, rorax ab omni parte flamma populatur, et opera prophetarum in sibillam a filiis Babylonis dicentibus exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea redigunter. Non satis est; duce et auctore Terrerio Castrenses inveterati sui odium magis magisque exprimere contendunt, et villas monasterii quatuor invadunt, diripiunt, devastant; ex illisque pecora, pabulas, boves, oves, jumenta, aratoria, instrumenta, et omne illarum peculium exhauriunt; sylvas incultas et compestres arbores annosas diversigeneris excisas solotenus, oddium quoque destructarum materiam in urbem suam ad publicos privatosque usus comportant. Illud ipsum in arboribus terrarum Targensium agente potissimum Sebastiano Meloris Castrensis comitatus et urbis subjudice vicino possessore actitant, et in muris ecclesiae illius jam dejectae pectinibus subvertendis, lapidibusque transferendis, omnigenam alterum actu perpetrando nil intactum relinquunt. In domos duas quas Castris conventus possidebat ab antiquo simili furore procedunt, et eversis earum parietibus ligna, lapides, et supellectilem omnem pro unoquisque arbitrio abripiit, et solum ipsum in communes domesticarum sordium et totius spurcitiei receptaculum cedit; cella quoque vinaria duae concamerata humo, limo et cadaveribus opplentur, et nihil carthusiense saltem unicum per administras mos in alienas plagas non exportatur.

Quae omnia non statim quidem ex integro peragi potuerunt, eoquod Dei saepe saepius emicans eorum molimina interrumperet, sed citius abrupta, et fulgetri instar evanescens efferationes per coactam cessationem effectos admala capta et majora denuo concitaret. Anno siquidem 1568 rupta pace hostes viribus et audacia crescentes Vivario capto et Bruguerio obsessa Iscassensum usque ac Escayratum excurrentes junctis sibi Mazametanis Cayroletti Montis praedia, superiores et inferiores villas pecuniariis exactionibus, et extrema direptione devastarunt, raptis inde armentis et pecoribus pecori, palearumque aggeribus. Anno sequenti 1569 quae priores furores intra monasterium vel ex toto effugerant, vel non horride omnino exceperant, Claustrum scilicet minus, horrea, furna et pistrina ipsa memoribus quoque ac villis Bossaci quidquid integrum superierat, totum jubente Terrerio Castrarum gubernatore exsecutum, eversum ac direptum fuit; segetes ac vindemiae integrae Castras asportatae boves centum, jumenta quinquaginta oves ter mille, mes ducentae abductae, villici partim caesi? casim

Ruina Carthusiae Castrensis.

partim in captivitatem ducti. Illud ipsum anno 1570 in istis et aliis ubique villis actitatum fuit: unde contigit ut denudati aratris et animalibus villis villis abscesserint, terraeque sitis et squallore marcescentes cessante cultore sabbatha diuturna celebraverint. Licet enim hujusmodi morbus sopitus depressa iterum erumperet, subito tamen pristinis statis restitui villae non poterant. Eodem ipso anno mense maio Ferrerius missam annam militarem cum latomis et fabris ad muros et aedificia, ac speciem ejus dejici et suffodi curavit. Anno 1571 pace per edictum pacificationis reddita de capitulis nostri generalis mandato D. Librani procuratoris ad instaurandum monasterium se fervide comparavit, et mense augusto instaurationis opus aggressus est. Atque intra breve tempus nulli labori ac sumptibus parcens 1° vestibulum domus et alii muros, deinde capitulum, dormitoria minoris portae, cellas officialium et famulorum, stabula, horrea, cellas vinarias et torcularia vel destructa reparavit, vel de novo struxit et ibidem messem et vindemiam egit et condidit. Qui labor cum maxime prodesse videretur quam citissime evenit, cum perduelles haeretici pacis inimici denuo arma assumpserunt, eodemque tempore hoc et sui Ferrerii in hac restaurata quae in priora aedificia exarserunt. Et domum quidem vicecastri iterum solo aequarunt, frumenti vero mille cestaria illic collecta diripuerunt, omniaque igne, ferro et sanguine desaeviverunt: quae ultima ruina monasterio extremae desolationis et derelictionis causa fuit; siquidem ab illo tempore nihil restaurationis ab ordine cartusiensi tentatum fuit, cum nihil tutum eo loci neque nobis neque villicis nostris deinceps unquam fuerit. Cum hostes et in his Joannes Boffardus Grangiae Dominus Burlatii impetrans multa damna villis et villicis nostris inferret, et capta anno 1574 per nocturnam invasionem civitate Castrensi Ferrerius hostis noster et Catholicorum omnium juratus gubernator iterum effectus rebus nostris continue inhiaret, et eo sublato Vicecomes de Paulino in fastibus Praefecturae in urbe Castrensi ac toto Albigesio sub Regis Navarraei auspiciis agens omnes conventus nostri ac decimales Vis Petri Auriensis fructus subhastari quotannis ac pretiosis voce plus offerenti tradi jubebat, villicosque modis omnibus offerimerent, atque ad subsidia belli a se indicta cogerat, bonisque ac fortunis omnibus Patres tunc Cholasiae agentes spoliarat.

Anno 1575 flagellum Domini Ferrerius jam siccam, jam usu maligno tristem ignibus, ruinis, traditus fuit; quandoquidem perseverans in malignitate ac haeresi tunc obiit et castris suis ejectus fuit: cui quia sine honore jacet, et nos ei tot et tanta superius enarrata deo disponente accepta referimus, ut aequissimum mihi videtur et aliqua in actis nostris ejus memoria relinquatur, aliquod pignoribus ejus monimentum ut qualis fuerit, et quid egerit posteris notum sit erigere. Justitia exigit, veritas cogit, et calamus me reluctante placuit.

Ferrerii elogium. -

Ad ferream Guillelmi Guillotè Ferrerii memoriam Lemma. -

1562 Cum ter quingentos sex denos atque bis annos
Sol celer in celsâ volveret arce poli,
Aurea Ferrerius pertæsus sæcula ferreos
Castrarum populis intulit anse dies.
Octivagas tetras cum protervitone catervas
Intrudens, claros depulit inde viros,
Jus, amor, et pietas, cum Religione manebant;
Quas ferus exosas misit in exilium.
Turbas, vincla, neces, incendia, stupra, rapinas
Ad civile suæ præstulit exitium.
Auri sacra fames, cæcus furor, alta libido
Lis Sphaneque feras igne dedere faces.
Ille fugax fidei, patriæ, legumque, Deique
In Regem, fremitu, templa, nefasque movet.
Regi urbem, cives urbi, tibi sæpe, Deoque
Obtrivit altaris munia, dona, preces.
Sacrificus sanctis tractus violenter ab aris
Luditur, ac probris mersus et igne perit.
Lectos ages condit luteus sine crimine cœtus,
Indeque sanguineis manet Acutus aquis.
Hæc dum Ferrario fiunt authore feralem
Ferrerii faciunt nominis esse notam.
Bella ciet cunctis, sed oborta face repressus
Condere secreto cogitur arma dolo.
29 sept. 1567 At lustro resilit sex denus septimus annus
Dum fluit, Autumno jam Breviante dies
Exacuens rabidos iterum pro bella dentes,
Spumat, et innocui sanguinis igne nitet.
Rursumque horriferas infundens nocte cohortes

Ferrerii elogium. -

Syderibus clausis exerit urbe Diem.
Castras, carthusiam, villas, ædesque piorum
Cuncta ferox avide diripiendo terit.
Pontificem, clerum, monachos, et vulgus utrumque
Carcerat, et crucians ora, fidemque trahat.
Insontes perimit, domata, et sacraria Divûm
Tollheit, ore manens ferreus, atque manu.
Proh scelus! a sacris altaribus, atque puellis
Virgineum florem, floridaque vela rapit.
Sacra Dei temerat, pia convitit ora precorum
Cogit et ad falsi dogmatis ire domum.
Ferreriumque refert Gallis ædibile sacrorum
Ferrerium, sacro se facit ore sacrum.
Antichristum credas, vel verius Anti-Christum
Sacrilegis cœlo fingere bella modis.
Ferrea sed nobis quem quondam secula dederunt,
Nunc fera concludat Carthara Ferrerium.
His Deus experiens virgis sua pignora, tandem
Ferrerii in flammas trita flagella dedit.

Dirae in Ferrerium

Ferrerie dormis jam soporem ferreum, qui sedula nobis intulisti ferrea. cum tibi ferocis congruat nomen ferum, tibi ferreus erit cera, non ferrum sibi. Agedum, at fare sodes o Guillote sceleratissime. Quid tibi nunc prosunt rapinæ tuæ? Quid stolatii amictus tibi conferunt opes a sacris locis et personis per scelus congestæ? Quæ apud Lares tuos nunc visuntur prophanata sacrorum spolia continua sunt tuæ apostasis testimonia, et tormentorum apud inferos quantum conficere est incendia. Nil nobis nocuisti, sed ipse tibi damnum intulisti, qui thesaurus rapiens æternas nobis opes quid eum coacervasti cujus est aurum et argentum, orbis terræ et plenitudo ejus; tu vero in interitu tuo non sumpsisti ista, nec descendit cum rapina tua; tu perpetua paupertate stigmate nunc laboras, et insuper a vita, resurrectionem desperas. Vos vero Catharenses qui nunc stolatis progenies vetustior pravis parentibus ab avis nequissimis nihil egistis; vestræque et illorum conatus evanescit, qui Carthu-
-sianum

Translatio Conventus. —

tunc et deinceps ad hoc usque tempora operoso nimium labore in terram dejecistis, et dejectam dispersi-
-tis ut periret: Irascimini peccatores fremite dentibus et tabescite; qui non solum non eam absti-listis;
quin potius ista sationem renovatam et duplicatam fecistis. In semen sanctum, quod terra per vos mandatum
a putrefactione, quae fuit operis vestri in germen gloriosum Tholosanae filiae Deo benedicente erupit! In sem-
-ternum quod renascens duplici culmo ab una stirpe etiam matrem Carthusiam instaurare incipit! o Judicia Domini
in vos! o Benignitas ejus in Domum suam! ohe jam video cecidit putreitque sepulta, et duplex uno
Carthusia semine surgat.

In praedictis exposui dissipatam et conculcatam vineam Domini quam consequenter exterminare feros
aper et singularis ferus depasci ab illa ad istam diem non cessavit. Subjacet jam oculis nostris lugubre
spectaculum, sentes in vinea quondam electa; erata in atrio et solo templi Domini virgulta; muros Jerusalem
in circuitu destructos; et conversa in nidos ululorum et passerum, aedes et altaria tua Domine visitatum rex
meus et Deus meus: cui dixisti sedem in pulvere, tace, quiesce, dum recedo ate; dies multos expectabis me, et
non eris vir; dies enim multos sedebis sine principe, sine sacrificio, sine Ephod, et sine Teraphim; post haec
reverteris ad me, et rursus ornaberis ornamento tuo, et sociaberis viro tuo. Haec videamus, et videndo mige-
-missimus; ab anno 1567 ad hoc usque tempus jacet ante oculos prostrata, diruta, et dejecta in circuitu
et intus Carthusia quondam celeberrima; nunc seges est ubi Laura fuit; ubi pro monachis illustribus solum
videatur fagi, virgulta, scirpi, carduus et spinis surgens paliurus acutis: Ut non est in tempore hoc Princeps
et Dux, et Propheta, neque holocaustum, neque oblatio, neque incensum, quia et Priores ibi esse, et Conventus
ibi demorari ex tunc cessarunt. Migravit inquam, inde confestim Conventus propter afflictionem et multi-
-tudinem servitutis habitavit aliquantum Carcassonae, nec invenit requiem: Spiritus oris ejus, Christus
ejus Prior quem dixi Libranus aversa ad eam dorso Tholosam recessit, et filios ejus ad se adductos ibi inseruit;
ipse a vero nunc usque facta est extera seminis sui, et gloriosa quondam in confidentia dicens Ego sum, facta
est tricii locus, et desertum cubile bestiae. Nati autem ejus prostea quam reliquerunt eam, Tholosae complantati
per annos triginta quinque miserunt radices altas, et anno tandem 1602 in frondes folia, fructus que coperu-
-erumpere, atque arborem constituere sub cujus patulis jam ramis recubantes quamplurimi nocte ac die
devotam teneri musam modulantur avena, demulcentes coelum et terram, modulatissimo cantu, et
suavissimo sono gutturis sui. Quod quomodo et quibus Priorum tredecim laboribus ibi actum sit, quia
separato voluimine pertractavi, hoc ne repetendum loco non existimavi: Quid vero hoc est in hujus jacentis
Carthusiae rem, ne penitus extingueretur egerint, hoc mihi operepretium videtur ad hujus complementum

Translatio conventus. —

operis operire; quos que Tholosæ sedentes in opere Tholosano recensui, eosdem nominibus et actis quatenus Bellovisum, tangunt hujus Priorum Castrensium, ordo accensere, ac simul sinistros sub illorum regimine casus qui hinc vi duo acciderunt — in modum, qui sequitur placet explicare.

Pulsus Castris, ut jam dixi, conventus Carcassonæ sese studuit transplantare in civitate nimirum frequentissima et opulentissima; in loco uberi, filio olei, a Bellovisu non nimis remoto, et rerum suarum velut centro. Et scilicet quidem, ibi possederunt — impatientia sua, sed loca, ubi requiescerent invenire aversis syderibus et factis alio vocantibus nullatenus valuere. Cives nimirum dum negotiationi suæ susceptis et collocatis apud se Patribus nostris male consultum fore sibi persuaserunt, postulata repulerunt, et repulsam passi post sesquiannum apud se peractum Tholosanum profugos ire compulerunt. Ibi titius senatum, et cives demeriti loco divinitus præparato ac hos Capitolinos, et Rever.mi D.ni Tholosanensis Archiepiscopi placitum, permisso de pecuniis ex alieno delicto emanatis emptis consederunt, et coloniam suam, cum utriusque potestatis laica et Ecclesiastica applausu erexerunt. At vero quibus modis et quibus auxiliis Dominus Libranus Prior ad tantæ molis opus peragendum usus fuerit, et Pchemythicæ Carthusianæ gymnasium, loquens et eloquens via prorsus contraria, obliquæ Deo cui nihil est non possibile pervia constituerit quia in rebus Tholosanis quantum necesse fuit exposui, et ad res castrenses non attinet, in istarum serie retexendum non putavi.

Interim vero D. Libranus lapis quem reprobaverant Castrenses et Carcassonenses requisitus a Tholosanensibus factus in caput anguli, et duplicis apex lancis Aquitaniæque visitator sic Tholosanum semen studuit absolvere ac complere ut Bellovisanam, nihilominus stirpem, ab eradicatione ac sterilitate preservaret. Sed cum nemo duobus possit ad plenum, intendere, ipse Tholosanum germen Tholosæ degens ac concionibus publicis ex Apostolico, ut jam exposui, præcepto addictus suis manibus excoluit: Castrénsia vero negotia D. Joannes Libranus frater et procurator suus Escassensi degens, illinque non recedens pertractabat. Ubi velut aquila in summis silicibus spectans res Castrenses speculabatur, ac quotiescumque pacis inita solvi, et sæpius irrita pacta fœdera licebat ad collectam, pugnis et vindemiæ non impigre adesset, collectaque in suæ pramiæ petræ domo scilicet nostra Escassensica recondebat. Utque ea securius ibidem asservaret, primo labore suo prosidium Escassense in edito colle constitutum, studuit vigili frigida militum custodia stipendiis publicis coacta et collocata, multiplicique armorum genere et copertæ armamentario communire: quod anno 1567 inceptum, anno 1568 per sentinas promovit, cum et lacu fossas ampliavit; turrim in porta extruxit, antemuralem aream, muro convestitam, disposuit; et ut obsessis ibi (quod non sine causa verebatur) securitas a siti esset puteum altissimum effodit, quadrique lapidis muro ab intus et ab imo ad supremum circumdedit, et foras exercit, in

Translatio conventus. -

---

eamque sub spe ac promissione (postea inani) ad aerarium publicum recuperandi pecunias complures collocavit; cum interim Tholosae Priorem suum, et Carcassonae decem monachorum conventum, quorum istanomina hunt, enutriret. D. Guillelmus Martinus Vicarius, D. Hugo Monginon, D. Bernardus Pelonga Cetarcensis, D. Joannes Vigerius, D. Ursandus Domerc, D. Joannes de Sarris Hispanus qui multis in invasione monasterii vulneribus acceptis mortem nihilominus evaserat, D. Bartholomaeus Boisseson, D. Petrus de Monte, D. Raymundus de Libra et D. Bertrandus de Bel-ricu. Omnes isti a monasterio capto profugerunt reservato D.o Joanne de Libra in narratione sua. In ultimo tamen (Bertrando de Belvicu) est lapis offensionis, quia in tabulis capitularibus referitur anno 1566 institutus et anno 1576 destitutus Prior Glanderii. Quomodo ergo anno 1567 in captura Bellivisus ultimo loco recenseatur? ex interrupto forte illo Priorato suo, aut adventu fortuito ad Bellivisum, et hospitali tunc temporis mansione, aut alia quacumque fugitiva causa et ratione. Ii omnes extremo monasterii casu exules effecti D.o Joanni Lurci ibi reso et sacro sepulto superstites Carcassonae Bellovisensem Conventum representantes, ibi per octodecim aut circiter menses commorati, a se invicem postea divisi sunt, ex illis quinque in diversa relegatis ceteri Tholosam, decernente Capitulo generali, se se recepserunt. Hos ultimi omnium fuere potissimi, ac rebus castrensibus post seniorem Libranum per Priorale officium potiti, ceteri privatam egerevitam Tholosae; ubi et per diversas Capitulorum generalium sanctiones annis 1569, 70 et 71 fuere confirmati in summa quidem pensura constituta, et nihilominus illis ipsis annis ad solvendam Ruthenae constitutam olim ducentarum librarum pensionem praesentem et retrolapsam rigidis sane ordinationibus adacti; cum nihil illis praesens quo premebantur inopia exportandarum fere omnium facturae proficeret, et semel susceptum omnes minime deponi posse nisi per Ruthenensium consensionem concessus generalis pronuntiaret.

Anno 1570 D. Librarus junior Biscassens. degens multas ibi sustinuit aerumnas haereticis Magametis, Soriciano et Fodio Laurentio ut feris a lustris suis prodeuntibus et in villis Cayroleti ac Boscayratii quotidianas fere incursiones et praedas improvise erumpendo agentibus, cum Castrenses interim in ruinas monasterii debaccharentur et Ecclesiae aliorumque aedificiorum materias in privatos et publicos usus asportarent. Anno vero sequenti viribus et animo penitus confractus fuit; cum post restitutam magno labore ac sumptu monasterii partem aliquam et collocatam ibi piscis beneficio collectam totius laboris sui jactaram proxime expressam expertus fuit, et eodem ipso tempore iidem Castrenses pace iterum sancita licet Castris nondum promulgata in memoraque manus cum effugerant offensius insiderent, extremaque caesione cuncta vastantes dejecta ligna in urbem comportarent

D. Raymondus de Libra 1us Prior Cholas.-Castrensis.-

Eodem anno 1571 Priore Caturci in comitiis Carthusiae capite censo, paturique electione Conventui Deum adhibita electus est in Priorem, jure professionis evocatus D. Joannes Libranus senior eorum licet Cholasae Prior, Visitator, sacrisque verbi divini sinceris, verus et catholicus praedicator. Qui protinus vocanti Conventui aurem accommodans quocumque Cholasae habebat, honorem scilicet et applausum parvipendens et omnia propter Christum, et obedientiam, detrimentum faciens Caturcum, secessit ubi quinquennium Visitator et decennium Prior implevit, et gravis aevo, caritate, ac laboribus a Conventu Carthusiae misericordiam magna petitam, prece accepit, successorem sibi digno D. Amantio Fabri commendatus et eum consolaretur, eique reverentiam tanto Patre dignam exhiberet; tandemque anno vix uno in secessione peracto carnis exsolutae vinculis liber avolavit, et matutinae debitum solvit anno 1582. Recedenti autem ei a recens et a se plantata Cholasana Domo prolixus et primus omnium succenturiatus est

1571 ad 1578.- D. Raymondus de Libra.-

1us Prior Cholasae visitatus

D. Raymondus de Libra, senioris praetermissa minimus, et a Domo Vernae cui tunc praerat ad istam Cholasae coloniam anno 1571 evocatus, ejus clavum usque ad annum 1578 annis septem per infelicissima tempora tenuit, cum Castrenses pace rupta quae diruta iste reaedificaverat, et quas sepes primum sui Prioratus anno per D. Joannem Patrem et Procuratorem Ecclesiae suum intra monasterii Bellovisani septa plantaverat diurnis nocturnisque accessionibus dissiparent; Joannes Boffardus Grangiae Dñus Burlatiani praesidii sub Vicecomitis Paulinianis auspiciis dux, aliique aliarum ejusmodi haereticae rebellionis Stationum Praepositi villicos monasterii in dictione numeraria praedia mansionis et culturae suae necessitate etiam cum pax esset, et civitas ipsa Montmorantio foederata pro Rege gradi starent continue divexarent,

Anno vero 1574 cum Dñus de Vte Police cum caterva sua et tribus Italicis centuriis Castras gubernaret Joannes Boffardus adjunctis sibi profligatis conjuribus suis post tres civitatis aggressiones per Portanellam, Miradones, et eruptionis aquariae Molendini foramen frustra tentatas et repulsas, semper suam, quotidianis coepit circa urbem excursationibus praedas agere, obvios quosque in vincula conjicere, villanos omnes et paganos opprimere, modisque omnibus Catholicos omnes exercere, ac novae quotidie invadendae civitatis consilia meditari. Promittitur ei suisque Arifeti vicini Castri receptaculum, sed detecto consilio conatus evanescit, et castrum a Catholicis captum, post direptionem vorax flamma consumit. Ecclesiae ille pristinis iterum celebrationibus Catholicas vices exagitat; iterumque quaeto jam repulsa consilia intercipiendi Castras aperte aggeris Molendinarii volutat, ac per summam Catholicorum

D. Raymondus de Libra 1us Prior Ulosa-Castrensis.

---

insolicitatem et Dacis socordiam adimplet. Igitur 23 augusti Joannes et Dominicus Bossardi, fratres Castrarum praesidem, propter haeresim refugi praesidiariis Burlatii stipati, auxiliariisque inde advocatis adjuti sub crepusculum diurnum scalas ad molendinum Villae-Godonis applicant, aggerem conscendunt, inde super tectum volitant, et ad planiora villae se intrudunt, indeque in totam, periculose licet audacter tamen civitatem se infundunt; vicos omnes excurrunt, et sanguine imbuunt, dum catholicos evigilantes, et incaute accurrentes fugientesque gladiis et hastis configunt, resistentes fundunt, fugientesque persequuntur, et Gubernatore cum quingentorum hominum armatorum (exigua ejus) cohorte per portam novam fugae sibi salutem quaerente Catholicis omnibus et tota urbe intra horae unius spatium potiuntur. Ceciderunt quidem ex aggressoribus aliquammulti, sed Catholicorum strages magna edita est, cum in aggressione quidem ducenti ceciderunt, alii victoribus insultantes ceciderunt. Tota die in catholicos obvios aut saltu a muris desilientes, aut in latibulis repertos debacchantur, domos irruunt, et expilant, eosque omnes exceptis aggrediantium affinibus captivos efficiunt, et redemptioni subdunt, compita et fora cadaveribus cruentis oppletur et sanguine diffluunt. Duodecim diebus integris Catholicos persecutati eos et maxime recenter initiatos fide recta crudeliter excipiunt et perimunt; atque inter ceteras Magistrum Jacobum Martini juris doctorem, monasteriique nostri consultorem, et alterum peritissimum, simul ac fidelissimum zelo fidei orthodoxae praereligiis incensum, idemque hostibus fidei maxime infensum, qui in manus Dominorum de Podio-calvello incidérat et trecentorum ducatorum pretio vitam redimerat, contra pactum post redemptionem solutione sanciam violenta manu rapientes ad St Benedicti coemeterium protraxerunt, inque fossam extemplo excavatam multis fugionum ictibus confossum praecipitarunt, et mox ut prius erat vestibus operturn et adhuc spirantem humo contexerunt. Postmodum, redacta in potestatem urbe, ac Terrerio primum cum decibus praesidiariorum centuriis commendata, omnem circumquaque regionem, in eaque villas omnes nostras in suam rebelles ditionem quam citissimè redegerunt.

Anno 1577 Vicecomes de Paulino haereticae factionis nota insignis et antesignanus in fascibus agens Praefecturae in urbe Castrensi ac tota Albigesio sub auspiciis Regis Navarraei eadem tunc temporis impietate corruptâ omnes monasterii nostri necnon et Aritensis Prioratus totius fructus publicari, et sub proclamatis voce auctionis subjici fecit, villicos vi multa et multitis multis afflixit, atque ad subsidia belli a se indicta pro sua parte solvenda adegit, omnibusque fortunis consectatum Ulosae agentem spoliavit.

Inter haec aliaque hujusmodi quae longiori sermone producenda non sunt maxime tunc adegit Raymondus Patrem nostrum Dn Joannis Librani praedilecti fratris sui superius recensita mors quae ei haereticis

persequentes fugiendi 16 maii anni 1575 contigit: cui quidem quantocyus D.nus Franciscus Boutges Escassensis ortum et castrensem professum subrogavit; quem postea addito ei D.no Joanne Perges sub nomine Coreerii ad portus agendum provocavit, illisque Escassensi bellica onera deferentibus, regue monasterii maximes inter angustias, et periculа gravissima a pertractantibus ipse Tholosanum conventum ab eo nunquam recedens moderabatur. Ubi vehementer quidem afflictus est quia in diebus ejus Tholosa irruerit Haeresis quinta noverat Joseph, novus scilicet in spice Proceres, et novi Capitolini, aliique de consilio aedilitio Consules et cives qui paternarum consolationum et adhortationum immemores novam hanc plantationem quam a se ac suis infixam rigare deberant gravi municipalis impositionis compressione exsugebant, et vilissimis plebis oneribus subjiciebant; donec miserata Dominus laboris et patientiae ejus ultima cum missione consolatus est revocans eum ad se ut ductum laboris commeritum fructum mercede conferta reciperet. Abiit igitur advocantem se et obiit anno 1577, illoque exeunte vocatus est a consessu generali ut ascenderet cathedram ejus,

1578 . . D. Bertrandus de Bel-rieu

D. Bertrandus a Pulchro-rivo, vulgo de Bel-rieu Bellovisani monasterii professus, et biennio procurator, postea Flandrii Prior; unde ad Tholosanum regimen decente Capitulo generali anni 1578 vocatus est, eo animo (aiunt tabulae) ut malum, occulatum de nostris opinionem, studeret amovere diligenter, et tam graviter ac honeste se gereret, ut populus Tholosanus videns ejus maturitatem et diligentiam administrationis magis ac magis aedificetur. Nactus debere Patres censuerunt; et ut animos ei adderent, aliena ei auxilia adjunxerunt; nimirum Prioratus Montegii a domo caturci dependentis per annos quatuor pensionem, et centum librarum turonensium a domo Vallis clarae per id temporis annuam pensionationem, data insuper facultate vendendae domus quam Castrenses nostri in civitate Tholosana vico dels coffres possidebant. Studuit quidem benignus et maturus Pater Tholosanum sibi gratiam conciliare, et omnibus modis eorum animos ad se mosque convertere; sed cum nihil efficeret, et molestiores in dies eos experiretur Tholosa dimissa Escassensum recessit; ibique laborem suum in renovandis loci recognitionibus per Magistrum Joannem Longuetum, loci Notarium postea judicem, collocavit. Cui operi, ac totius rei familiaris et negotiorum Bellovisani oeconomiae D. Joannem Perges antea Coreerium profecit, et procuratorem ordinavit; haec dum post vires et vita defecit, eodem ipso fere ad Prioratum hunc vocationis anno ad hoc ejus vitae laboribus ad superna quietem et jucunditatem abscedens. In Escassensi S.ti Saturnini Ecclesia justa summi reddita, ad quam corpus ejus honesto funere delatum praecipuo loco ad majoris altaris gradum recondituum fuit, et post aliquanti temporis vacationem a Patribus in Carthusiano Conventu coactis ad implendam sedem vocatus est

D. Petrus de Montet. —

Priores Tholosa-Castrenses. -

1579 ad 1583. - D. Petrus de Monte. -

3us D. Petrus de Monte, olim Franciscanus, ac postea in Genuensi domo Carthusianus, D. Joanni de Libra cum in Italia Priorate Mediolanensi ac Visitatoria Prosectura succedens, ut illo annos anno 1564 revocato iste adhoc sit ei, et post conflagrationem Bellovisus fidissimus ei Tholosæ comes astiterit, et consolatorii cæcus baculus, oculus et Magnastes exstiterit. Illoversa per Castrenses suos nobis erepto ipse similiter a Genuensibus suis in Priorem electus annis circiter octo illis profuit, eosque anno 1579 nostra causa iterum dimisit, et præcipiente Consessu generali enavigato mari Tholosanæ navicula clavum arripuit, quadriennioque tenuit sub Visitatore Portes Priore ipse Convisitator Aquitaniæ; et adversos quidem Tholosæ fluctus studuit componere, sed vires in ventum effudit, eaque propter anno 1582 ad Bellovisanæ Carthusiæ littora direxit vela, jubentibus in Carthusia Patribus ut nisi mitiores haberet Tholosates ipsese cum suis Ecossensum recipere ut bona Castrensia prosens melius conservaret. Igitur cum nulla serenia a Tholosanis ipse appareret, quia magis magisque iratum mare ibat et intumescebat, fluctibus quos ferrum-pere non potuit ad tempus cedens in destinatam sibi Ecossensis sinus stationem recessit, ubi quinque mensibus exactis dimisso hujus mundi æquore ac littore in altum velificavit, et lætiora lætioraque sese expandit carbasa mœsti revocata ab hoc fundo anchora, et complicato sui corporis fune novembris anni 1582 die prima; cum prius cum charissimis sibi filiis et Domno Pergeso valedicens de ossibus suis in cœmeterio Bellovisano suorum, scilicet majorum, sepulchro mandasset, et de requirendo ad Cartusiæ Domno Anthonio a Sto Paulo edixisset. Factum est in omnibus ut voluit; et ipse per se Pergesus longo itinere D. Anthonium requisivit, obtinuit, et adduxit. Defuncti vero Patris priusquam proficisceretur corpus exanime religioso curatum obsequio Ecossensem Bellovisum, pace tum vigente quam potuit honorifi-centissime detulit, assectantibus Castrensis Capituli Canonicis qui Castris expulsi Ecossensium tum degebant, cæterisque quoque optimatibus, ac plebeiis numerosa multitudine accurrentibus et obviam prodeuntibus Sti Affricani, Vivarii, Taxiique sacerdotibus et incolis, omnibusque tota trium milliarium via confertis, cereis, lacrymis, precibusque funus concrepandum prosequentibus: a quibus demum in minoso Bellovisus delatum cadaver, in capitulo ad altaris ex tempore præparati gradum, missa precibusque pio more decantatis, in loculo reposito humoque cooperto fuit; ostium, et fenestræ lapidibus occlusæ ne tumulus a bestiis effodi aut corrumpi posset; et exinde in sua quisque regressum habuit. Hoc quidem pietas effecit, quod continuo impietas infecit. Heu quanta est hæreticæ malitiæ feritas, quanta impietas! Paucis a sepulto Patre diebus a Castrensium numero quidam aut avaritiæ aestro percitus, aut invidiæ labe tabescentes leviter coagmentatas clausuræ materias exeruerunt, sepulchroque contra jus humanum violato, et effracto

sarcophago ductum corpus permultis (ou plus) lugionum ictibus persoderunt, et cui doloris sensum inferre non poterant, saltem concisionis illius et nuditatis sub Dio jacentis pro crudelitatis et vesaniæ suæ satietate pœnam inflixerunt. Auditum est ocyus scelus in auditum, et filiorum diligentia a Patris cadaver non putridum non vermibus scatens, non pastore legendum, sed Deum cui omnia vivunt pio vultu quasi recens mortuum aut semivivum odoremque suavem effante velut deprecans, et tantum non dicens Pater dimitte illis quia quid faciant nesciunt, iterata sepultura pristinoque obsequio et loco ubi cæteorum jacet reposuerunt. Et post trium circiter mensium decursum designatus ab eo et requisitus a Pergeso successor adfuit.

1583. – D. Anthonius a Ste Paulo. –

4us D. Anthonius a Ste Paulo antiquæ et electæ Tholosanorum propaginis, et familiæ insulatæ alumnus, regius in sæculo consiliarius, in major Carthusia post ditum ante annos aliquot professionem officiarius; in quo libentissime per Rdum Patrem concesso tolies cum Tholosatibus discordiæ conciliatio, et Carthusiæ in celeberrima urbe fundatio sperabatur; totum denique tolies rei nostræ afflictæ remedium pro communi omnium opinione parabatur. Parabatur autem, quia præpotentis apud Tholosates familiæ frater et cognati ejus id in votis præcipue habentes adrem valuti factam eum hortabantur; sperabatur vero quia natus ad fortia genius ejus in operis pollicebatur, et Rdus Pater D. Hieronimus Marchant cum Carthusiæ vicariatu fungeretur ei ad eam adventanti inter amplexus et oscula illud prædixerat eventurum. Cæterum cum octoe ac professione neophytus appareret accensitus est ei præjuvamini Vicarius D. Guillelmus Loganus de quo termo nobis erit proximus. Venit ergo et mense januario jam vertente anni 1583 pervenit Tholosam D. Anthonius: sed sive quod se tam cito a portu tranquillo in actus et procellas negotiorum adduci ægre pateretur, sive quod Tholosæ agens, ac bene cognitos Tholosanorum mores et humores ipse Tholosanus habens nondum in opus redigendi quod desiderabatur tempus advenisse cognosceret, quam cito advenit, tam cito deregrediendo cogitavit. Solo autem in ate (lector) cervitati attribuit quod prudenter cogitatum, seriogue libratum, Rdus Ordinis Pater approbatum habuit, et missionem petenti moremgessit; erectionem Tholosanam divinæ dispositioni in aliud tempus ut interim maturesceret dimittendum ratus. Accepit ergo eum in ulnas suas, et benedicens Deum ait ut dimissus in pace cum eo non ita prudens D. Loganus vir illustris esset Tholosæ Domini Anthonii loco lumen ad revelationem civium et gloriam Carthusianæ Religionis.

1583 ad 1585. – D. Guillelmus Loganus. –

5us D. igitur Guillelmus Loganus hybernus olim Dominicanus, et fidei catholicæ causâ a natalis solo profugus; qui magnæ Carthusiæ solitudinem pro azylo quæsivit et habuit, habitu et instituto

Priores Tholosa-Castrenses. — D. Guillelmus Loganus. —

in Carthusiensem majoris ergo perfectionis immutato, indecassumptus et Tholosæ sub D. Anthonio San-Paulano vicarius eidem recedenti eodem anno 1583 substitutus est in Priorem. Vir in ordine doctarum, religiosissimus, et religiosorum doctissimus orecundissimus, moribus integerrimus, et referomnia veteris Instituti nostri et consuetudinum observantissimus cujus scientiæ, pietati et zelo quæ in nova Statutorum nostrorum editione cui plurimam, cum aliis manavit operam addita, detracta vel immutata sunt accepta referimus, Tholosæ Carthusianam complantare vineam, eamque sepe, muris et solo constituere pertentavit; sed aversos non minus quam processor suus toto quo profuit biennio experiens Senatores et Capitolinos gravibus frustratis sollicitationibus quondam suis Castrenses monachos vigilinos suos servilibus affligebant oneribus, et municipalibus subsidiis opprimebant, cum speratos illi producere non potest et fructus, a Capitulo generali anni 1585 ad Domum Portus B^ae^ Mariæ Prior Aquitaniæ que Visitator transmissus fuit; ubi annorum suorum spatio exactis in diebus antecessoris sui viri alioqui pientissimi, sed ad agendum et corrigendum remissioris Domus et spuriæ vitæ annis a Carthusiani rigoris falce succidens, cum zelo divini honoris et observantiæ nostræ præ cæteris emineret anno 1587 ad visitandas Alemaniæ Carthusias missus Domum suam Rectori, cui a Patribus dictum est ut reformationem quam Prior meus cœperat in illa domo prosequeretur. Ipse autem operi cui appositus erat incumbens anno 1588 a Priorato missionem accepit in Majoris Carthusiæ Vicariam commutatus, et anno tandem 1589 ab omni honore et onere vitæ hujus et a vinculis illius exsolutus in libertatem gloriæ filiorum Dei deposito servili indumento avolavit. Cum autem Tholosâ discederet destinatus est in successor D. Petrus Rivière Domus Vallis Dei tunc Prior; qui cum causâ quam nescio provinciæ hujus excusationem proposuisset, nolens hic recipere benedictionem elongatus est abea, et induit eam sicut vestimentum loco ejus.

1585 ad 1587. — D. Joannes Martinier. —

6^us^ D. Joannes Martinier Domus Portus B^ae^ Mariæ professus, qui positum a Riverio cœli hujus onus ne labasceret sustulit, et quo alter indoluit iste humeros lubens coluerat et instructus a R^do^ Patre Castrensium Tholosæ exulantium Rector anno 1585, et sequenti per Capitulum Prior; qui a fonte magno in aridam istam sponte influens humum rigavit eam de canalis sui fluentis biennio; sed oneram illam experiens cum sine fructu jactam sementem deperire conspexisset de transferendo in aliud solum labore suo cogitavit, et persuasione quidem sua obtinuit a supremo Consentia ut Domus Castrensis in Villafrancanam Tholosæ interim elocatâ commigraret; sed invito cœlo et Tholosanorum Angelo resistente nihil effecit; coactus a resipiscentibus ordinis Patribus ut Castrenses ruinas quasi

filiam, lippitudine laborantem, aut alia deformitate invenustam, paterne nihilominus adamaret, et Ruthenensis etiam pensionis pondus cum patientia et benignitate supportaret. At vero cum dens a Castrensi soli puteta perhorresceret, et Tholosanum aegre aerem, tot inter adversos fluctus duceret, spe ac viribus defatiscens concedente generali Concessu anni 1587 peroptatam, quidem, et animi pausam in domo Respiratorii accepit; ibique et in domo Basovillae apud Viennenses Prior, Monialium, etiam Ecclesiae Vicarius, ac demum in statu a domo homo privatus labores et dies complevit suos anno 1621 quo meritis plenus quia multis pro Deo laboribus perfunctus quieto fato defunctus recepit-ipsa quidem, in propria moriens ponere corpus humo; supra vero in bona quae nostrum exsuperant sensum offerri, illisque et inexcogitatis jucunditatibus impleri; quia plenitudinem justi vita habet, inanes autem sunt omnes dies impiorum. Hic vero a campo Tholosano recedente descendit in arenam ejus,

1587 ad 1588. - D. Anthonius Lauvergne. -

7us D. Anthonius Lauvergne ejusdem Fontis Bae Mariae rivas; qui in Bae Mariae Bellevisus lacunas a Respiratorio ubi Priorem agebat, sicut antea apud Bellilarienses et Partem Dei egerat jubente supremo Carthusiae Conventu anni 1587 affluxit, et ab eodem mandatum accepit, ut Tholosanum populum in amorem Ordinis nostri studeret attrahere, sed Anthonii citius te lygris abactis foetibus aut geticis valeant endire leones, quam te Tholosates blande afficere; qui semel exacerbati in pellem amaritudinis, et obligatione odii velut Vatiniani (Deo interim ita in medium permittente) jerga profugos perstiterent, easque adeo contempta et oneribus communibus compressi erunt, ut et Priorem istum et praedictas omnes cito elanguentes effecerint; omnique spe ac consilio destitutos penitus enervarint. Praealiis autem, hoc illi brevi temporis intervallo contigit; quo magis animos Tholosatum efferatos condecet, ac in obsequium Ordinis nostri sicuti redderet, prout in mandatis acceperat conatus est, eos in contrarium magis magisque renitentes, et ex adverso vise hostique imagentes persentiens suo jam omni molimine desperata suum Tholosa egressum petiit, et anno 1588 in Priorem Portus Bae Mariae translatus accepit. Ubi triennio laboremsuum, magne pro Deo religiose obsequia collocavit; et quamquam illic sederet satis solitarius desiderio nihilominus solitudinis et silentii amplioris tactus concedente Conventu generali anni 1591 a Portu Bae Mariae solvens ad Dilectum suum Bam item Mariam (Deo illius amplissimae Dominae Carthusianorum omnia sunt) Portem magis autem mare vela fecit, ibique usque ad annum 1602 velut in statione gratissima et super alias omnes desiderata constitit, et tandem a ponte, a mari et a Portu isto solutus et ab omni ancora et remora dissolutus ad tranquillitatis et securitatis perpetuae continentem peregravit; ubi Deinceps paxe nautico et aqua dulci abundanter

Priores Tholosa-Castrenses. — D. Anthonius Isarnus. —

provisus famem, sitimque, tempestates et pericula non timebit. Cum vero a Tholosatibus enavigavit navigii hujusce clavum quem ille dimisit statim apprehendit

1588 ad 1598. — D. Anthonius Isarnus. —

8us D. Anthonius Isarnus natione Tholosanus, professione quondam Cisterciensis; qui post nuncupata apud Carthusienses Caturci perfectiora vota, et exhibita ibidem diu ac devote Mariae officia, Martheae demum munia factus coadjutor exercuit, inque illis inventus bonus ac fidelis ad Prioratum Villafranchae per Capitularem calculum anno 1581 ascendit, et peractis ibi sex annis ad Ruthenensem commutationem devenit, atque ab isto rursum abactus cum dejus solertia cum insigni eloquentia conjuncta magna speraverunt anno altero 1588 ad Castrensem Tholosae in Castris agentem conventum Prior a Patribus in Carthusia definientibus ordinatus advenit, novemque annis diversis illic molestiis et curis conflictatus partim Tholosae partim Escossensi sedens inter coeli et agitatis Tholosani et Castrensis aquaris procellas in fuspe sustinuit et confregit; donec labore defatigatus decennali anno 1598 gubernaculum dimisit, et praecipiente Capitulo Ruthenensem navem iterato dirigendam accepit; ubi tertiali cursu dimpleto ab omni decinctus munere hujus agitatione conquievit, inque Ruthenensi jacuit Patinensus arena. Sed interim quid Castrensibus nostris cum illis praesidiis acciderit isto sequitur loco disserendum.

Res Castrenses quinque proximè insertorum tempore Priorum quorum brevis cujusque fuit aera S. Joannes Jergeus a Dno Petro de Monte procurator Escossensis effectus summa animi contentione Dei atque Ordinis zelo velut accenso inter quamplurima in loco ipso atque in itineribus ab incolis et praedonibus pericula, et emergentes quotidie a Castrensi civitate difficultates gravissimas administrabat. Cum ville Escossenses omnes a vicinis per circuitum haereticis cruentis sanguisugis exsurgerentur, et tantum non exossarentur; Castrense vero solum nostrum in hostium omnimodam ditionem injusta licet usurpatione transivisset; et quamvis in comoenia cum Duce Montmorantio locus utrique foedera jurassent, pauca inde praeclara ac velut alienum raptim et occulte propter intermedia partium adversa officia et occursus varios percipere licet sagacissimus fuisset; neque Escossensi a falsis patribus et filiis Belial natura non officio subditis tueri, ac simul etiam prates nostros Tholosanos pecunia commeatu, omnique victus ac vestitus annona communire necessarium haberet: inde nimirum intus timores et foris pugnas sustinebat, dicentibus haereticis et Castrensibus conjuratis conventum istum ut Tholosae constitutum in eosque foederatorum unioni addictum bonis omnibus spoliandum, et omne peculium ejus in communes eorum qui Duci Ampuillaco subsignis ejus militabant gazas excepta Jergei portione (quia se sub illo contis olat) esse referendum; quod ita censuit Comes Montgomericus Castrarum haereticus

gubernator qui 20 augusti anni 1585 sequentes exemplum Vicecomitis de Paulino villas et villicos nostri cœnobii municipalibus oneribus subdidit, et ad solutionem per animalium nostrorum captionem et subhastationem coegit. Tholosanis similiter inclamantibus Patres nostros non esse Tholosæ tolerandos civisque urbe pellendos aquaque et igne interdicendos qui hæreticis eorumque Duci Ampuillæo ac Præfectis ejus parerent, et Scossensi loco eidem Duci addicto degerent, suisque rebus et fortunis eo loci Ducis ejusdem et conjuratorum ejus partes non minime adjuvarent. Angustiæ erant undique quibus ut se circumseptus crederet et conventui bona Castrensia conservarentur necesse fuit scepe ductos Tholosâ Patres Scossensi abire, pergeremque hac illac circumcursare, atque ad Provinciarum Præfectos maxime ad Montmorantium, Ampuillæ Ducem in Occitania sub Navarræi Regis, et auxiliarium ejus hæreticorum auspiciis inferantem recurrere. Et istum quidem Ducem adeo sibi demeritus erat officiosus Pater, ut ab eo quam facillime postulata obtineret; sed ut obtenta Castris urbe infensissima effectu donaretur opus et labor erat: cum rerum nostrarum interceptores cum civibus et gubernatore colludentes Ducis jussa quandoque verbo aut nutu tenus susciperent, et adimplere negligerent; aliquando vero perficta fronte rejicerent, proteritaque damna novis se cumulaturos minitarentur. Accedebat ad hæc mala præsentissimum Scossensi quod unicum superesset rebus ac personis nostris refugium, ab extraneis et domesticis periculum; cum inter istos permulti dolosi fori obsequium fide prætenderent, intus vero proditoriamente consilia nequissima meditarentur, tradendæque undique hostibus Castri portæ et burgi occasiones pecuniaria scilicet promissione corrupti quærerent; a quibus convivendo cavendum erat et cavendo illis convenire illisque uti necessarium erat: Interanea vero maxime nobiles illi præsidio natura et arte munito, locoque ad habitandum et prospiciendum perquam opportuno inviderent, atque ad illud intercipiendum sese continue compararent; quadque vi aperta nequibant, astu et adinventionum cuniculis obtinere satagerent; sed cornicum oculos vigilantissimus Pater configebat, a suspectis abstinebat, male consulta consilia aperiebat, detecta deridebat, et vim cum inferretur undique repellebat. Hoc sensu ad fundorum suum, Baro de Montfano Burgueriæ vicinæ condominus expertus est, qui specie quasi relevandæ avocationis fatigationis et sudoris detergendi Castro et castri camera hospitali non armamentario (ut sperabat) exceptus a benevolo quidem et liberali Patre sed semper præsidiariis circumseptis, ipse frustratus, et omnibus conatibus et consiliis detectus et clausus in anea, cum derisu egressionem infeliciter et malesuadæ tentatæ aggressionis mercedem reportavit. Unde factum est, ut cum omnis obtinendæ munitionis prævia fraudemque præclusa videretur via nonnulli ad Ducem Montmorantium recurrerint, et falsa narrando faciles ejus (ut reliquorum sunt Principum) aures ad tradendam sibi illi loci

custodiam, et regimen belli cum sapienter ut sibi vindicatur incantarint, litterisque ejus in hunc finem obtentis sese loco intrudere pertentarint. At hoc illis consilium Deo nobis favente ac meliora providente ultimæ desperationis malum, nobis vero supremæ securitatis remedium fuit: cum accurrenti protinus ad Lucem Domno Pergeso, certissimaque de invidorum suorum proditoria, et sua maximeque in ipsum fide proponenti appellatio ad vigilantem Philippum prospere cessit, et inimicorum technis in aranearum telas conversis suo omnes eas flatu dissolvit, ac aramque inimicorum obtentionem illustrem quasi lapidem in volatilia projectam in caput eorum devolvit. Anno siquidem 1585 supplicante Pergeso junctis sibi consulibus Escossensi Dux ipse Montmorantiis aurem amice præbuit, et loci custodiam militarem, gubernationemque omnimodam eidem certam esse suis 8ª augusti litteris dixit. Dux quoque Joyosus qui contraria pro fœderatis dirigebat arma 8 octobris ejusdem annum illud ipsum suo diplomate sanxit; sicque duplici tectus lorica Pergesus omnia ex omni parte requissimorum ignea tela extinxit, et inimicos suos operuit ut diploide confusione sua. Hæc quidem diplomata ab utraque parte obtenta in tanta regni ac regionis qualis tunc erat divisione sola supremaque securitatis nostræ remedia fuerunt; sed revera magno constiterunt; magna scilicet pecuniæ largitione, magnis expensis, magnis muneribus, magnis laboribus, et periculis majoribus: quorum omnium pondus in D. Pergesum incubuit; qui eundo ac redeundo ubique periclitans, cum nullibi securitas esset ter ab hæreticis captivus abductus, et diu injuste detentus multa perpessus est. Nam semel in vinculis et imo carcere diu detentus extrema pene fame sitique confectus est; cum prædones ejus et crumenæ et fidei inhiantes cum carnibus pro instituto suo abstinentem, solis illis cum ex Religionis odio cibare decrevissent, ac postmodum et ista et alia omnia alimenta ut fame periret subtraxissent; irritati scilicet quod spe rata illius redemptio pecuniaria quam sibi cum abducendo proposuerant non adveniret. Illic ergo fame siccatus obiisset, nisi pius ac misericors Dominus tribulatis corde semper propinquus volutam quandam ei velut vitream Sarephtæam Heliæ, et Danieli Agalam providisset: proculiter, licet hæretica miserta ejus licita et cibaria ejus, ella, et panem quæ ad manum habebat clanculum per carceris foramen ministrabat. Adjecta tandem redemptionis pretium, et pretibus redditus prater sua eis obsequia usque ad annum 1594 Escossensi nunquam fatigatus reddidit, et quod reliquum vitæ habuit privatus et quietus exegit, annoque 1603? 15 03 sarcophagi missa de Bta Maria per universum Ordinem donatus, honorificaque pro sui merito laboris et perfectionem monimenta cohonestatus. Sed præterea, nonnullis; cum Domini Isarni Prioris acta enarranda præmanibus habens ad Pergesum procuratorem commendandum excurris; non equidem, ni fallor, erro; quisque qui Priores istos Tholosanos de quibus aliqua in rebus Tholosanis dixi huc induxi ut tres castrenses

Gli Catechisti n.° 26

quibus ipsi prosequerunt edisseram, illarum ab Dno Isarno actorem diligentissimum, debui censere non esse vel penitus omittendum, vel tenui calamo perstringendum, qui Ecossensi degens in solicitissimo tempore nomine procuratoris, et procuratoreum et Priorum studio et providentia repraesentavit cum Ecossensi jura inter exercitationem Bellicam asseruit; census res et bona ejus actis et recognitionibus asservavit; loci praesidium secum fecit, et Bellicensi Conventui tot inter afflictae, heu nimis, Provinciae dissidia et dies malos auferri non permisit. Hanc vero dimisso filio ad Patrem redeo.

D. Isarnus navem istam, procelloso tempore dirigens diu multumque fluctuavit; namque constituendae alicubi Carthusiae desiderio actus aliquando quidem Tholosae cum iis anchoris habere concepit; aliquando extra Tholosam non longe eam statuere, aliquando vero Castris in antiquo suo solo eam reponere in votis habuit. Quod pro Tholosa ipsa Tholosas optavit ex Capitulis generalibus annorum 1590 et 91 tabulis liquido constat; quarum in priore dictum est ei ut de translatione aliquam (Tholosanam scilicet) invitabatur consuleret tam invitantes quam amicos domus de mediis et modis dictae translationis, et quid securitatis ex ea, quidve periculi posset emergere, et de omnibus aliis Revendum Patrem certiorem faceret, qui suum et sui Conventus judicium simul ei quatenus opus fuerit conferret: in altera vero laudatum zelus ejus augendi numeri religiosorum apud Tholosam Deo famulantium pro aedificatione tantae civitatis qui septenarius esse dicebatur. Quod autem pro revocanda in lucem Castrensi Carthusia eodem ipso tempore ipse volens utique providere, et efficacem ponere manum in ambobus optavit, ex ejusdem Capituli annorum 1593 et 94 actis manifeste cognoscitur; quorum in primis pia Prioris facultas relinquendae civitatis, sequelas Ecossensem recipiendi, atque inibi futurae aedificationi (domus scilicet antiquae) necessaria praeparare: novae autem domui Tholosanae monachos non subduci, sed illic a Priore Castrensi ex subductione bonorum, Lupateriae ac domus Castrensis supellectile, victu vestituque provideri; eique D. Adrianum Dubois Caturcensem, monachum, primi Ruthenae Prioris Praefectum esse. Anno vero 1594 eidem Dno Isarno Tholosae agenti seu quod Ecossensem anno praecedente ut permissum erat non venerit, seu quod Ecossensi spe frustratus sua propter difficultatem temporum, et haereticorum semper prava loquentium, ardorem Tholosam redierit, consensio mittitur vendendae domus ab Abbate Moyssacensi emptae pretiique ejus vel in aedificationem antiquae domus, vel alias ut ordo disponerit convertendi, interim vero praeceptum repetitur consuetum nameum monachorum abeundi, in quibus omnibus manifestum exhibit Ordini nostri ac veri Dei propositum, jam tunc fuisse ut ab una sepulta domo duplex resiviscoret: cum et istam a Priore aedificari et Tholosae Conventum cum Praefecto sigillatim suo (quamquam id effectum anno vix uno habuerit) esse, ac de reditu Castrensi ibi conferri et alii sollicite decretum fuit. Divina ipsum Deo voluntas fuit, ut constitutus Tholosae in civitate praestantissima praeclarus et diserte Pater ad

instauranda Bellovisus ruinosa sic animum applicuerit et quasi David constitutus in exercitu aquam sitiensse Bethleemitica desideraverit: indeque est quod emissus ab eo S. Pergetus anno 1590 medios inimicorum perrumpens turbas a Montmorantii Ducis et Prorogis benignitate reaedificandi monasterii quo ipse fuerat expulsus receptus fuerat facultatem habuit, sed hanc tam, et opportunam S. Garnus ut suis desideriis satisfacere potiretur non potuit obtinere, sed magis illi placuit ipsam Deo ita disponenti in bonae voluntatis sacrificium libare. Iccirco, turidae inferorum larvae venenati castrenses, vanilogui tenebriones, pseudoevangelistae ministri, et profanae sectae, omnis denique gangraenam et proeduram, sex et octuvies impura et corrupta civitatis sententia ut audierunt sui ac totius Occitaniae moderatoris decretum a Carcassona decretum; cujus stemma gentilitium in aspice primum sortae licet apertae oculis defixis bene erunt contuentur valde, et primo quidem risu et laedoriis excepernunt nos, deinde ut olim allatis tobiae, et Josuae conjuratis summis erunt vicinos qui tota civitate nequissimos qui furore percitis ausa nefanda Ducis insignia deturbata perfregerunt, et mense maio anno 1591 Duce quodam Brancasio homine profligato cum ingenti multitudine latronum, fabrorumque et manu militari ad sonum tympani et fistulae stantes adhuc ex quadrato lapide monasterii muros a parte orientali dissiparunt, et coactis per vicinas villas, et ruinas circumquaque integros lapides in suam urbem, partim in privatas cujusque comportarunt aedes, partim in erecta novitercirca urbem, ejusque defensionis moenia detulerunt, illisque ita munimenta et propugnacula erexerunt.

Non satisfuit. Ut inveterati animo odii arcem quo in nostram continue pernicies et ruinam collimabant, nos restituendi monasterii spe dejicerent, res ejus omnes violenter invaserunt, fructusque nostros per deputatum ab eosdem Duce ac quaestoribus regiis super bonorum communium maxime vero profitentium unionem in Occitania illegitima usucapione certis redemptoribus collocarunt: specie quidem quasi pro Occitanae militiae munimine secundum emanata ab eo jussa id agerent; re autem vera ut haeretica aversionem suam, et avarissimam sitim implerent. Ut his contubernalibus opus quidem destinatum et in veteri castrensia tunc incipiendum, prosperi erunt, sed hoc impedimento Tholosanae fundationi quam maxime favernunt. Erat nihilominus illa inter multas difficultates spinis velut ac dumis aspera, cum qui tunc Tholosae degebant Patres publicis civitatis operibus exulibus et subsidiis addicti per rerum suarum, etiam (o pervor indignus) sacrarum sub voce praeconis auctionem distrahierentur, et vi vellent eas sibi deperire dato exactionis pretio eas redimere cogerentur. Qui vero se consentiebant Barno Priore et actore Pergeto mox abeuntes ad Ducem, recurrentes, ab eo ad quaestores regios ut judicium fieret super usucapione supradicta transmissi molestatibus apud horum tribunal Biterrense contra infensissimos potentissimosque

tunc apud duces hostes deducta suam, non cum foederatis Tholosæ, sed cum ducis ejusdem assecla in loco Castrensi peritus ei subdito et mandatis ejus omnimode subjacenti conjunctionem, et habitationem fiscam et conventualem, actis et testibus probatum, cum effecissent, annuente tandem, imo et jubente duce arrestum, quo intercepta omnia liberaferi, receptoque per vim a receptore Cancello pecunia adhiberi 27 augusti anni 1592 jussa sunt retulerunt. Supradicta ita gesta per Henricum quartum Navarræ prius ac postea Galliarum Regem, rerum jam summa ubique fere potientem apud Montauban urbem in stativis positum, litteris regio sigillo munitis et 26 maii 1593 datis confirmata sunt, et monasterium quidem in regiam fuit clientelam receptum, ac demolita ejus antiqua reponi statim sunt permissa, dummodo decies Montmorantii in occitania Prorege tuo beneplacitum, ad hoc accederet. Processerat vero 6 martii proxime præcedentis, et iterum ultimo novembris subsequentis accessit.

Quid post hæc amplius desiderandum aut requirendum fuit, ut jacens Carthusia erigeretur; cum totis animi nervis ad hoc incumberet Prior ejus; cum Regi et Patribus erectio placeret; nulla bella impedimento essent; et facultates ex annuis reditibus jam collectæ ac colligendæ supperterent? Quid ingenua tam bonæ voluntatis et tam prosperi status in hominibus tam quæ validis conatibus objicis intervenit, ut post hæc diplomata Isarnus, et post tantum laborem, et tot expensas a proposito resilierit, et Tholosam regressus nova de ibidem fundanda Carthusia consilia inierit, aut saltem cæpta velut in salo vacillans et hinc inde agitatus hoserit; cum ei Tholosæ degenti per capitulares tabulas prorogatum fuit et Tholosana domo divendita, divendendi pretium vel ad instaurandam veterem, vel ad novam ubivis extruendam domum converteret. Quod hoc consilium fuit in tam servido Patre, ut in proximum operi positus retro asserit et a D. Amantio Tabii visitatore provinciæ Aquitanicæ anno 1596 ordinationem quæsierit et tulerit ut vendita prædicta domo quæ intra civitatis erat mœnia locum de Olmeriis foris in Vico Stephani suburbio positum et venditione hunc expositum compararet? Agnosco mysterium. Non sunt cogitationes et viæ Domini, viæ et cogitationes nostræ: et licet ei placuerit desiderium, expensæ ac præparatio omnis Davidis; nihilominus non ædificabis, inquit, tu mihi domum; nondum enim venit ejus ædificandæ præstitutum, ab æterno meo tempore. Veniet autem, et cum advenerit, qui orietur post te in tuoque sedebit throno Salomon ipse ædificabit domum nomini meo: non tu sed alienos pœnis ac temporis, nec tibi sed alteri hanc Tholosæ ædificationem reservo. Sedere autem interim in nuditate mentis volo donec adoleverit filia et viros adita fuerit; tunc et Matri licebit mea inire sponsalia. Sic fuit voluntas in cœlo, sic effectum est quia non est consilium contra Dominum. Ut hoc quidem D. Isarno sic manifestum evasit; ut quem zelum pro erigenda veteri Castrarum domo prius habuerat, totum ad recentem Tholosæ complantandam

conveterit, et ad hoc omnes deinceps animi sui nervos intenderit, ibi miserum post obtenta superiora Diplomata tunc securus in littore pertimuit vela pandere exhorrescens periculosum mare, cujus æquora tunc placida facile poterant commoveri; qui submurmurantes in antris suis aure percipiebat adversos Castrenses ventos, ad nihil aliud quam ad irruendum, quâ data porta foret in nostram perniciem et eversionem paratiores; dolebant enim veros in rem avitam redire colonos, quorum ipsi licet injuria aestimabant suam; et partim odio Religionis partim avaritiæ ardore succensi D. Isarno palmas præferenti ac bona verba proponenti ipsi responsa fera, minas, et concitati motus animi, et alique nutus et supercilia oculi mala scilicet pro bonis offerebant. Quapropter post permultas ea dere altercationes et quas proponi curat et reciprocas in secreliberationes extremo tandem examine ac definito consilio statutum est materiam Bellovisanam in suo situ et sordido habitu dimittere, et Tholosanam, filiam mundo, ac dote componere: interim vero de redditibus Castrensibus parsimoniæ duce annuum pecuniarum cogere ut futuræ ædificationi nervus esset. Hoc proposito defixâ profunde anchora D. Isarnus nihil deinceps aliud usque ad annum 1597 per se ac Procuratores suos quem dixi Pergesium et substitutum ei D. Joannem Casse Tholosæ procreatum egit, nihil aliud curavit nisi jura monasterii integra servare avaras Bertrandi Judicis Ericensis Vicarii pro congrua portione petitiones obtundere, sepultum Castrensis Albergæ reditum nummarium per cameræ libellorum supplicum judicium, et Dictalis curiæ decretum in lucem revocare, et in arca communi pecuniam futuri vim operis coacervare, et ad hoc necessorem suum provocare. Hic necessorem enim vivendi quæsivit, et anno 1598 per capitulare judicium obtinuit reductus ipse ad Ruthenensem quam ante decennium dimiserat domum, consequutus dignum se digno tractatus accedit successorem. Verum priusquam a Tholosana mansione missionem peteret, ne orbatam Castrensem Carthusiam omnino dimitteret paterna permotus cura providum ei pro se providit Patrem, cum D. Henricum Berengerium per Rdum Ordinis Patrem Castrensi obediantiæ et loco Ilcassensi constituit procuratorem. Iste professus Ordinem apud Abbatis-villæ Carthusiam cum ibi solerter ageret ad Prioratus Niliacensis ac Montis rivi necnon ad Valcrancensem Vicariatum erectus est ac deinde procurator ejusdem Montisrivi effectus cum istius coenobii negotia quædam gravis momenti Tholosæ pertractaret ad eo omni Isarni mentem sui æstimatione percellit, ut cogitans suum a rebus Tholosanis et Castrensibus recessum deprovidendo ipsis locum fideli dispensatore et instituendo eo Ilcassensi Procuratore deliberarit. Qua in re nihil potuit utilius efficere; quippe qui rebus agendis hominem advocavit in primis apprime religiosum, sagacem, et laboriosum prae omnibus (audeo dicere) qui eam processerunt. Erat ætate tum satis provecta moribus gravis, sermone parcus, sententia fixus, victu sobrius, pauperitatis amator, judicio sagax,

labore fervens, zelo celatus obedientiæ, difficilis ad expensas, providus et promus ad collectas, inservos et villicos delinquentes rigidus et valde formidandus: sed et illos quos maxime ac verbis acribus continebat in officio; qui brevi tempore de recuperatis in quæ primo ac præcipuo labore incubuit Abbeyarum et Prædiorum juribus ac perperam exactis a Receptore Decimali apud Castrenses Diœcesim, numenis complures accumulavit pecunias, et illis Tholosanum penu in arca ferrea usque ad viginti scutatorum librarum complevit. Sub D. Isarno et senis illum subsequutis Prioribus fidelissimam in actis censuum innovandis ac reditibus undequaque colligendis navavit operam, et rei totius familiaris Iscossensi partium procurator partim in extrema senectute coadjutor habuit curam; et tandem post trigenta duarum annorum nostra causa obsequium, anno 1629 jam inclinante ipsoque jam defessum et octogintæ et amplius annorum onere pressum, inclinavit caput, et jacens in lectulo suo nullo alio quam defectione ætatis morbo languens amisit me presente oculosque ejus claudente spiritum. Vidi morientem, pavi mortuum, et in sedicula Iscossensi quantâ potui curâ præparavi ei advocatis ad honorandum funus consulibus et civibus et recondito ad locum Capellæ corpore aliquando Christo vocaturo per Angelum in novissima tuba resurecturo. His de viro apud Tholosates, et Castrenses optime merito per occasionem dictus redeo ad dimissam Castris præsidentium sequelam, et Domno Isarno Ruthenam ubi triennio vita transacta mortem oppetiit redeunti proximo in res Castrenses nostras affectæ et labore benedicens edisserendum, suscipio eum qui ei consimilis proximo successit

1598 ad 1601. — D. Anthonius Cayron. —

9us D. Anthonius Cayron Villefrancæ natus, ex primaria civitatis illius apud Ruthenos familia oriundus, in Tholosanæ Senescalliæ curia quondam consiliarius; qui abdicatis quibus satis polleb at rebus et honoribus Christum pauperem et crucifixum illis prætulit, eumque pressius sequutus fide et majori Carthusiæ servitutis sub professionem edidit, et pro meritis vitæ optimæ atque ad exemplum compositæ instituta anno 1596 Vallis Sanctæ Rector, et sequenti Prior depositas a D. Isarno Tholosanarum et Castrensium rerum, de cœpto Capitulum communi disponente accepit in manibus habenas factus Castris et Tholosæ Prior. Hæc corpore magnus et animo major, pietate inclytus, zelo divini honoris et regularis observationis incensus, interris præcipue addictus exercitationibus, gravis in sententiis, tardus sed ponderosus in verbis, Philosophum christianum apprime repræsentans. Hic a Valleclara ad nos adveniens et Tholosæ residens impressis a D. Isarno vestigiis jugiter inhæsit, et ad nihil aliud animum applicuit quam ut destinatæ ac desideratæ constructioni expensas et materias præpararet, cui proposito satis opportune advenit: nam cum sueto genio ad parsimoniam comparatus est, Domno Berengero consimilis hac in parte ingenii coacervante, et isto asservante vigili

sex millium, tursenensium, librarum, summâ priusquam e Priorato recederet, erarium Tholosanum complevit. Hi census vero quos præfecit Stæ Fidei Avitensis primitialia jura longa solvendi cessatione jam abolita, juncto sibi D^no Joanne Matteto Ecclesiæ Rectore seu vicario perpetuo quasi a sepulchro revocavit ad superos, duplicique Senescalli Carcassonensis sententia 7 novembris 1598 refragantes parochianos ad solutionem compulit; Arnaldum et Jacobum Gilhas Escossenses nemoris devastatores ab audacia dejecit, et 13 maii anni præcedentis probatâ a Senescallo Tholosanensi sententia Senatus consulto 22 januarii anni 1599 confirmata proterviæ in usu sylvæ pœnas luere per multam et expensas adegit; monasterii jura censualia in urbe ac consulatu Castrensi densa per plures annos non solvendi consuetudine ut pleno involuta domui Henrici Berengerii procuratoris in Escossensi curâ primum detegi curavit, et distrahendi reditus Genuensis, ut ex quo pretio fundus aliquis opimo solo et frugiferis terris constans in Tholosano confinio ex iis qui vacuum expôsiti erant adstruendum ibidem monasterium emeretur author fuit. Hoc summo Pontifici per Bullam 18 augusti 1599 gratum, Conventualibus suis 19 octobris anni 1600 cum proposuisset, omnes in ejus pedibus ivere sententiam, eademque die R^dus Pater Stolius Carthusiani instituti Protoprosulem, substitutis ei Priore Genuæ ad prædictæ visitationis effectum, procuratorem suum actu publico dixerunt, sed voluntatis hujus functum eo tempore minime perfecerunt. Et vero ni Proselatus tempore a Tholosanis exactoribus jure habitus et ad solvenda municipii plebeia onera rigide adactus, gravibus inde molestiis mente conceptis cum aliis ad internæ actionis munia magis esset proclivis statuit in corde suo firmus rese ab externis avocare, et ad pedes Domini cum Maria sedens totum se divino verbo silenter audiendo mancipare; quod ejus desiderium R^dus Pater gratum habuit, et missa ad eum recessus ni facultate anno 1601 natum fecit; et ipsum quidem Tholosani Prioratus sarcinâ exoneratum Stæ Crucis in Pacensi vicarium scripsit; eadem vero Tholosâ recedente D. Joannem Belmanum apud Tholosanos professum et tunc Vicarium, donec novus a se mittendus Prior adveniret, durante interregno Administratorem instituit. Is ab iste vir quidem bonus et diversis deinceps hac Provincia Prioratibus prænetus, sed ad magni momenti res et negotia audienda agendaque non nimis idoneus; quod cum R^do Patri innotuisset, eodem ipso anno Venerando Aquitaniæ Visitatori et Stæ Crucis Priori in mandatis dedit ut Tholosam in suæ passibus Prefecturæ celeriter adveniret, ibique vel restaurando veteris seu Castras carthusiæ, vel novæ apud Tholosates complantandæ media et modos inquireret, et quæ super his peragenda erant suæ authoritatis decreto sanciret.

Mense decembri anni 1601 D. Anthonius a Stæ Paulo Stæ Crucis Prior, Aquitaniæque visitator

et D. Thomas Coquelar Lugdunensis antea Prior ad Tholosanam coloniam visitationis ergo adve-
-erunt: perspectisque Patrum illic degentium pro aedificanda Tholosæ carthusia votis et fortunis
cum ipsi ac R^dus Pater ad reponendam magis veterem propenderent, ut nihil faciendum omitterent
Ecossensum perrexerunt; indeque per litteras, per procuratorem, ac per seipsos Castrensium civium et cons-
-ulum mentes varie tentarunt, ut restaurandæ Bellovisanæ carthusiæ suam consensionem tribuerent
et moram tractaturos illic monachos sub tutelæ civilis umbella protectos ederent. Hoc verbis modes-
-tissimis et supplici libello petierunt, sed obtinere nequaquam potuerunt; nam ambigui primum
responsis et benevoli animi simulationibus supplicantis nominis Patres totis januarii ac febru-
-arii anni 1602 mensibus donec in civitate conventus forenses agerentur absumpserunt; post habita
vero comitia responsum perale dederunt, se pacis quidem tempore pacem cum Bellovisanis actu-
-ros, belli vero diebus nos, inquiunt, a gubernatore nostro pendebimus, si vos ille custoditos voluerit,
a nobis quoque ut ceteros nostrorum pupillos servabimini; sin autem ille vobis non faverit, nos
ad ejus nutum quæ contra vos et rem vestram ille nobis ediserit absque ulla dubitatione peragemus.
Hoc responso satisfactum; et illico relicta Arausione et Aquallorea Castrensi carthusia de ea quidem reædi-
-ficanda desperatum; de Tholosana autem in exemplo ab Abbate Moyssiaci solo non alio statuendo de
deliberatio inita, et decretum carthusiæ mandatum, nulla deinceps alia ordinatione mutandum. Nova
quoque de dividendis generosum annuariis proventibus eodem tempore consilia habita, et postmodum etiam
(heu) de ipsoquoque Bellovisano fundo ac villis ejus alienandis deliberatio diversis temporibus repetita, sed
obsistente Castrensi Angelo præcepta dicta fuit. Manet ergo tenta pietas et transeuntes ob murorum
dissipationem pervia desolata carthusia; quia ejus pecunia fundis vectigalibus satis pollentem Tholosæ Asperis
non fuit emptorem; magis autem quia Dominus cujus viæ mirabiles sunt, etsi placuit filiam Tholosa-
-nam a Castrensis matris sinu vero cum dolore parturientis prodire, non placuit tamen matrem sua fœcunditate
interire: cui haud dubie (ita precamur et speramus) desponsanda viduitatis et fœcunditatis denuo
nuptiarum tempus erit et thalamus collocabitur, et habitabit in ea juvenis Princeps aliquando Prior
cum juvene, et gaudebit super eam sponsam, sponsus ipse Deus suus. Interim autem cum Bellovisana
negligitur, adest ad componendam in similitudinem templi Tholosanum Tholosanus ipse

1602 ad 1612. - D. Anthonius a Ste Paulo.

2° D. Anthonius a Ste Paulo Aquitaniæ visitator qui secunda missione gestis Tholosæ (cum Ruthe-
-næ, Villafrancæ, Lugduni ac Parisii Prioratibus a supremo Ordinis consilio anni 1602 affectus et
Tholosæ Prior et Castrensium rerum omnium mâm vice Ordinis moderator ac dominus. Qui vir qualis

fuerit, quid Tholosæ egerit, quæ loca Carthusiæ Tholosanæ ædificando ac emendo comparaverit quia in rebus Tholosanis fuse satis expressi iterum hic adducere me debere non putavi. Ille quidem celeberrimo dignus est encomio, sed habes illud (quisquis desideras videre) in operis mei fronte, et in bonorum omnium ad Carthusianam Tholosanam adducto per eum ponte. Habet igitur illic pro rebus Tholosæ feliciter gestis suum laudatorem; habeat et hic pro in rem Castrensem utiliter actis suum præconem.

In ædificiis quidem nostris nihil novum egit præter Ecclesiæ domus ædiculam, quam in imo solo faciendam designavit quæ prius erat in solario. Intus nimirum ædificationi Tholosanæ attentus noluit alia occupatione dividi, cum etiam semel repulsam passus a Castrensibus existimaret se laborem inventum et pecunias in profundum emittere, si quid in veteri domo renovaret. In quibus tamen veteri statu servandis, et ad eum reducendis sedulus semper fuit, et sub ejus auspiciis D. Henricus monasterii procurator Ecclesiæ semper residens laude digna aggressus est et effecit quamplurima; inter quæ primas mihi videtur obtinere quod anno 1603 mense decembri ad recognitionem feudorum Castrensium manum adhibuit, et cœptum opus annis insequentibus prosequutus multa per longam incuriam, temporisque ac bellorum injuriam, prolapsa et oblivione propemodum sepulta a situ et tenebris in lucem et æra revocavit; emphyteotas quosque vel hoc vel illo titulo fidem supplicem agnoscerent, censusque ac laudimia persolverent coegit, et conscriptas in de tabulas in duo volumina redegit, egregia regio honore compacta laboris ac zeli in monasterii profectum sui monimenta. Dignissimus isto procuratore D. Anthonius et isto Priore D. Henricus feliciori conjugio sociati sunt, ex quo procreatum est Tholosæ illustre præ cæteris Aquitaniæ monasterium, et domui Castrensi totius œconomiæ suæ longævæ prius et jacentis incrementum, cum ille novo monasterio amplæ spatia, muros altos, et novam progeniem a cælo demissam alto, electos juvenes forma et fama egregios vitæ spiritalis ædificia lapides annis decem procuravit; iste in illud ipsum adjutrices porrigens manus utilia Bellivisus detegens jura et excolens suraque contracta hinc indemnia plantatim colligebat eadem dilatata per singulos menses semel effundebat, operantique Patri ne in opere fraccesseret nervos confortabat. Utilissimum autem domui Castrensi exstitit quod communi labore ac parcitate utrique collegit et appendit domui Ruthenensi anno 1604 bis mille quadringentas libras pro capite delitæ annui ducentorum librarum, et sic a cervicibus tuis o Castrensis Carthusia durissimum amovit quod telongo annorum curriculo cum infinitis molestiis compressit et ingemiscere quam sospitissima fecit jugum. Parcens autem utriusque labori Dominus illum quidem anno 1612 ad quietem nunquam non fruendam evocavit; cum missus a Rdo Patre ad domum Montis Dei visitandam in regressu correptus extrema valetudine in domo Fontis Bteæ Mariæ

Priores Tholosa-Castrenses. — D. Bertrandus Chalupes. —

14 septembris veterem dimisit hominem, illisque exactis sarcina in Jerusalem commigravit civitatem securam, aeternamque manentem in coelis habitationem: Iste vero triennio post ovo et infirmitate gravis accepit succedentem officio suo procuratorem, et depressus uno gradu egit deinceps Scossensi sedens coadjutorem, ita decernente Domini Anthonii successore, qui fuit

1612 ad 1619. — D. Bertrandus Chalupes. —

104 D. Bertrandus Chalupes ortu Petragoricensis, Carthusiae professus qui statim post extinctum D. Anthonium Tholosano conventui R^di Patris mittente calculum, suum a domo Vallis profundae ubi Prioris et Francisci Visitatoris infulis effulgebat, cum alias utroque officio in domo S. Stephani et Brunonis in Lombardia sensatione reluxisset mense novembri anni ejusdem 1612 per ejusdem R^di Patris Diploma Tholosano conventui et Castrensibus minis Prior et Aquitaniae Visitator suffectus est. Dequo, si minus critice Tholosanis meis non esset hic sermo grandis esset; quem ad res Castrenses coarctans, hoc in primis dico: quod D. Anthonii pro domo Tholosana zelum et labores ad minus coequavit si non adauxit; et Domini Castrensi quod res urgendi spem habet suo judicio et opere contulit: licetque primo sui Prioratus ingressu cum solam prae oculis haberet Tholosanam domum, tentatam a D. Anthonio Castrensis fundi totius venditionem semel proposuerit, postea tamen perlustratis illius salebris et jacentibus illic tot Patrum praecedentium ossa meritaque venerata ab illo proposito conventualiter licet approbato abstinuit. Quin potius e contrario cum, eversos ab orientali parte muros, stratam per monasterii solum viam, et deservientes voluptati Castrensium cellas vinarias pavimento, ponte et fornice illustres vidisset ingemuit, et clausuram pristinae altitudinis ac modulo reponi ordinavit; quod opus anno 1615 inceptum, 1617 completum fuit. Hoc restaurando aliquando ex toto Carthusiae semen fuit ab eo jactum, Qui dicit Cyro Pastor meus es et omnem voluntatem meam implebis, qui dicit Jerusalem habitaberis, templo fundaberis, et civitatibus Juda aedificabimini, et desertа vestra suscitabo, cui etiam aliud eodem tempore additum fuit, cum ipse e Pastor utrique Carthusiae hunc esse officio ac nomine procuratorem voluit, cum Prius Scossensem procurator et Tholosenensem conventus oeconomum administraret, Hagae duos pollentes viribus et robertia viros eligens D. Anthonium, Vicier Tholosanae Laurae primogenitum, juvenilis floridum, et sacerdotio recentem Tholosanis rebus dispensandis pro tho-Procuratorem, instituit Scossensibus vero D. Joannem Rivirii profecit, servato illi ad Patres D.^o Henrico rerum agendarum consultore, ac officio coadjutore.

Profuit ergo Castrensibus hisce rebus Scossensi habitans D. Rivirius nobilis familiae Foresiorum ramus, M.^a Benedicti quondam monachus, Stae crucis in Foresio arbori insertus, et Carthusianae Tholosanorum domus ab

Priores Tholosa-Cartusienses. — D. Bertrandus Chalupus. —

anno 1606 fidelis et prudens dispensator. Ibi ad annum usque 1615^um^ correxit; hosce subsequi quadriennio procurator. Tholosa rursus ab anno 1619 usque ad annum 1649 quo vivere desiit procurator vixit excepto sexennio quod anno 1634 in prima Asilii plantatione novus ac primus Rector explevit: quam ejus longam in hac numerosa Carthusia cujus extraneus erat sub diversis Prioribus administrationem, memorabitur, cui quantae solertiae, devotionis, ac submissionis esset comperturus fuerit talis enim fuit, ut ad novos Priores et ab illis in sevetorem semper conservavit affectum, et nemo fuerit apud illos et nos qui non illum veneratione et amore dignum, et quoad viveret quasi unum ex nostris servandum judicaverit, quod et accidit. Nam sicut vivens manibus impendit obsequia sic moriens corpore, spiritu vero in aeternum victurus manibus commendavit ossa, quae solita omnium cura et devotione, ac insolitis multorum lachrymis in crypta nostra recondita expectant silenter extremum renovandae suae conjunctionis et erectionis diem. Haec veritati serviens et charissimo mihi quondam Patri cui dilectissimae collaboravi parentans elogio funebri edissero; plura, licet nusquam satis multa, dicturus si meum reqaeret affectum, non magis Priorum, quam prae manibus habeo rationem habendam existimarem.

De D^o^ Anthonio Lixier primus tunc temporis effectus Tholosanensium Procurator hic loquendi occasionem ederet, si non se amplior in Tholosanis commentariis aperuisset et illic sermona delineatum, inter Priores videre est; hic silentii velamine ad majoris decus encomii praeclaria cultus ejus obtegi debere censendus est, et de utroque Patre tam prudenter atque utiliter electo, et per Bertrandum Patrem erecto summopere gratulandum. Addendum autem istis est, quod idem ipse in rem Bellivisus, licet Tholosae plus, ut par erat attentus contulit, qui cum latam terrarum P. di^ti^ Jacobi et P. di^ti^ Mandevi vastitatem aratris utiliter proscindi non posse, atque ad nihil utilem in culta sterilitate jacere perviderit, petita et obtenta R.^di^ Patris facultate provida quoque proborum relatione, ac deputati consiliatoris et successoris postea sui approbatione diversis eam colonis sub emphyteutico censu ac laudimii jure collocavit. Qua re nihil utilius monasterio potuit accidere, cum quae situ petroso et arido terrae squallentes nullo vel ad pastum quidem pecoris emolumento erant, a permultis avide acceptae, et possione ac stercoratione cessatim singulis annis, census et decima ad decimum (quod attinet ad Petrosam) constituta fructum uberem afferunt, praeter pecunias insuper ab eodem acceptas, et in casu laudimiorum (ni maluimus prolationis jure reditu retinere) accipiendas. Ita D. Bertrandus sanxit; ita D. Joannes Rivirius, D. Henricus Berengerus et D. Anthonius Rousset successive Tholosenses procuratores in effectum deduxerunt.

Anno 1616 D. Bertrandus propositae ejusdem et pertractatae diu locorum Januensium reconditionem per delegatum eâ causâ Januam missum D. Anthonium Lixier procuratorem, longa rei mensium praegrinatione desideratum tandem sortiri effectum fecit. Ut primâ junii monachi cum Priore Tholosani antiquum Bellivisus proditum, unde

Prioratus Tholosa-Castrenses. — D. Bertrandus Chalupus. —

septingentos quotannis proveniebant-libros tarenenses Domino Ambrosio Giorgo Genuensi Patricio scripturâ solemni in Magistri Francisci Decortis Apostolici apud Tholosanos Notarii tabulis exarata vendiderunt; omnia edificia et loca quæ quondam per Heliæ de Bris et Dñi Jacobi Balati constitutionem, pecuniæ quæque Monasterii nostri collocationem, et a monasterio villæ francæ emptionem, Castrensibus nostris obvenerant. Inde sexaginta octo millium librarum conflata summa Tholosanis Patribus Montis-dossi dominationem, ejusdemque ac Montis contermina terras insigne latifundium conquisivit, et unde Bellovisanorum reditus aliquâ est ex parte imminutus, inde Tholosanorum res magnificum recepere incrementum.

Neque hic solus a præcisis per D. Bertrandum Bellovisus emolumentis in Tholosanas res accessus influxit. Nam cum acquirendo circa claustrum, quæ totum pomarium retro cellas officinasque terras a Priore Vto Coquinis domino earum directo molestiam, et impedimentum pateretur; ut illud amoveret, non inferius superiori cœpit animo voluptare consilium: quod, ut erat in aggressu audax, in progressu tolers, et celix in egressu, ad optatum exitum addexit. Igitur assentiente per Bullam summo Pontifice a monasterio, nunc Capitulo Moyssacensi Ordinis Vti Benedicti per Abbatis Valrensis filii ejus et monachorum omnium consensionem, Prioratum Vti Petri de Coquinis in cujus dominatione Tholosanum omnes solum nostrum existit, abductum, et abscissum Carthusianæ nostræ mensæ exposuit, et propriam in æternum fecit. Utque eidem Abbatiæ consultum foret, abscissum a Monasterio Bellovisanus Bæ Mariæ de Villardonello Prioratum, ab antiquo possessum Abbatiæ Moyssacensi, compensato insuper ipso jure Priori ad satietatem integram, incorporatum et æterno proprietatis glutino unitum fecit. Ex his duobus membris a corpore Bellovisus excisis et duodecim millia libris a civitate Castrensi ob excisa nemora deinceps contractis, et Tholosæ collocatis, unde mille et septingentos libros annuatim redibant, vides (lector) haud dubie sectionem et gravi vulnere cementatam, aliunde satis afflictam, Bellovisum: sed quisquis ejus causa mœrori e dolore abstine, vide ne fleveris; neque tu o domus ægra inde affligaris; paterna est hæc plaga, ut careris; et sanguis ductus ut melius habeas, et langore libereris. Assumet ab alto, et decretum in ordine Tholosanæ domus quæ pastus tuus est, ad quam præcipuè afficitur a te mundum, et dotem accipere: quod tibi, Ordini, Deoque ad decus et laudem accedit; et hac ad illam de tua lacte festo etiam et sanguine accessione hinc quidem debito te liberas, inde vero tibi sanitatem et spem resurrectionis acquiris. Haud dubie omnilla reditibus necessariis constituta fuerit, tu de residuis quæ tibi sunt etiam nunc amplissima te iterum ornabis et Priori proprio ut alias quasi viro sponsa sociaberis. Neque vola te, o Castrensis monache quisquis hæc leges sic præcisionem istam benigna Dñæ Bertrandi Patris tui manu factam, attendere ut illius ad te affectionis et beneficentiæ non recorderis: sed cum animo revolveris quod te eodem tempore quo sanciebat tuorum ambitus maerorum reposito, et objecto prædictæ venditionis proposito tuarum

vestitionem, ab[b]atiat; quod anno 1618 D[n] Berengeri opera quadraginta quinque solidorum annualem pensionem a D[no] Petro Joanne Martini D[no] Rupiscauræ 19 decembris emptam 1[o] februarii anni sequentis Cartusiensibus tabulis insertam, solutione certam, fecit; quod in fundatione vacantium turrium, de uberi reditus accessione diticiem, quam eras effecit, quod tibi Montis serrani vicini fundi domus Tholosana recentem emptionem conciliavit, et alias te sperare jubet; quod in Albergarum tuarum tuitione, censibus, laudimiis aliisque rebus ac juribus servandis, et ab omni injuria et lesione vindicandis, et recognitionibus ubique elucidandis et renovandis perfecit; et quod per ipsum et Patres ejus a facie olei, oris minimum, jus soluti a D[o] Antonio a V[to] Paulo anno 1604 pensionis Ruthenensis molestissimæ jugum tibi computruit; hæc in quam omnia, et super omnia cœptam tui recœdificationem Capitalo, ædibus, et non aliis restaurationem, seria et aquæ mentis lance cum appenderis tunc intelliges supradictâ Patrum Tholosanorum inflicta tibi phlebotomia ægritudinis tuæ sanitatem advenire, ac veraciter a sapiente dictum esse quod meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis.

D[o] Bertrando Chalupe, etsi cum in Tholosano ædice uberius et ad vivum expressi hic adhæreo etiam hic, ut ab eo vix avelli queam: sed hem post superius acta, immutabili Dei lege qua statutum est omnibus hominibus semel mori a nobis avellitur; et morte magnæ in V[ti] Matthæi pervigilio anni 1619 ei magis autem nobis accidit, bona providere cessat, sed cessat invitus; cum etiam lecto decumbens et mortis proximus D[nus] Guillelmus Robertus Fontiensi Vicarius perpetuus D[no] Carcassonensi Episcopo a senatu natus, scripserit; cum scribendi modum et motum vix haberet, aut calamum viribus ægritudine et ardentissima febre jam exhaustis continere posset. Obiit ergo coram universis fratribus et filiis suis, eos hortatus, ab eis curatus et sepultus ut alibi recensui; et post mensium duorum vacationem desideratus et communi Tholosanorum voto postulatus defuit, Tholosanamque et Castrensem domos Prior et Aquitaniæ Visitator administrandas suscepit.

1619 ad 1623. — D. Jacobus Fradinus. —

11[us] D. Jacobus Fradinus Audegavensis patria, carthusiam à professione Cutarensis qui anno 1619 mense novembri non brumalis sed vernus ad nos venit; homo utriusque Carthusiæ terra dignissimus, quia super omnes fuit mitissimus. De cujus genio, moribus et misericordiæ visceribus essent hic plurima latissima describenda, si non hæc omnia in Tholosanis ejus actis et serie extensa a me hic mihi silentium indicerent; jubentque ut sicut in aliis feci, et faciendum in omnibus Tholosanis Prioribus in hac eorum concatenatione mihi proposui, ea tantum hic proponam quæ Castrensem Carthusiam spectant. Quæ pro ea quidem materia quia calamitatis et miseriæ plenissima, reticenda forent, nisi rerum ac temporum series suscepta cogeret

Castanea n.° 27.°

Priores Tholosa-Castrenses. — D. Jacobus Fradinus. —

Dies ejus omnes bonos et malos inducere, qui in hoc volumine pro objecto habeo statum ejus et minas explicare. De istis dixi quidem superius multa; quibus similia ex Castrensium protervia quamplurima quæ Castrensium Petrum, et D^ni Fradini patientiam exercuere reperiemus dicenda.

D. Jacobi Patris nostri vere pacifici pacificus etiam ad nos ingressus fuit; quia pace in regionibus istis ad annum 1596 vigente ipse pacis amator præcipuus quam coluerat in divisis officiis et postremo in Priorato mixtè coluerat, etiam apud nos et Aquitanos nostros illibatam conservavit. Sub illo vero Patre Castrenses D. Anthonius Rousset ab eo procurator institutus, et D. Berengerus coadjutor Castrensia sic dicebant bona ut quæ Monasterii solam spectabant procurator ostate floridus, Deique et Ordinis zelo accensus intus et foris Castras ageret; ipse in Borioe bassæ angusta superioris ædificii camera morabatur: coadjutor autem senio confectus Castrensi degens rura et jura ejus et beneficiorum emolumenta recipiendo, expendendoque moderaretur, adjuncto sibi D. Benedicto Courtois quem Tholosæ professum, labanti senio prædictus et baculo antè biennium Prior Tholosanus adjunxerat. Cumque suam separatim procurator obedientiam pacifice ac thesaurè coram Deo et Patre nostro D. Jacobo nihil mali metuens sub velut cœlo nubila penitus contemplans ageret; Ecce repentinus ab Aquilone turbo ab hæretica scilicet pravitate rebellio maria terrasque perturbans a solo Castrensi procuratorem festine ac violenter abegit, et Castrensia cum aliis morantem, molestissima exercitatione hoc loco commemoranda per diversas clades impatientiæ opus perfectum addixit.

Anno siquidem 1620 Ludovicus tertius decimus Galliarum Rex christianissimus cum exortam in regno suo per aliquot principes sub Mariæ Medicææ matris nec auspiciis tempestatem, Burdegalæ post partam in Pontesii victoriam componeret; voluit etiam et Navarræam regionem ab hæreticis prius occupatam, et dura servitute compeditam in libertatem asserere, suaque et Ecclesiæ jura et munia, nominatim vero sacrosancta altaris sacrificia quæ illinc longo jam tempore exulabant restaurare. Quæ omnia uno eodemque tempore ipse illuc advolans feroxque nunquam cum pactu vix crederet impossibilia perfectissimè adimplevit, et civitates quidem hæreticis ereptas duce eorum Torciano dissultum, confugiente in manu potestatem, brevissimo tempore adegit; clerum autem omnem in sua et Ecclesiæ officia et emolumenta revocavit. Quæ res sic infernum perculit, et erumpentes inde furiæ Montem-Albanum, Montem-pessulanum, Castras, omnesque similiter conceptas amentia et impietate civitates Regni ad arma contra Regem capessenda concitarint. Castrenses ergo (ut de cæteris sileam) indignè ferentes se ad subeundum regiæ potestatis jugum vocari, ad rebellionem anno 1621 totos se comparavere, et primo conatu a suis muris derunt, Edictalem Curiam, et Catholicos

omnes expellunt; in eorum circuitu a fossis et propugnacula et diversimoda munimenta
erigunt; subsidiosa eruunt et explorant arma; catapultas comparant; tormenta fundunt, milites
conscribunt; et Duci Rohano simili haeresis et rebellionis spiritu concitato se, suam civitatem, militi-
am suam dedunt. Adest ille, et suscipitur a Castrensibus quasi pro templo et Jerosolyma militaturus
Machabaeus, sed revera prodiens ab infernali cavea, et furiali cervena Religionis verae, sacrorumque
ac Dei hostis Anti-Christus; et protinus exercitu peditum, equitumque instructus omnem circumquaque
regionem occupat, omnia Ecclesiasticorum bona, et in eis Cartusiensia certis redemptoribus in rem
suam collocat; et ex annuo illorum reditu militantium sub signis suis stipendia solvendo indicit,
monetam fabricat, consilium creat, provincias dividit, gubernatores designat; et si non nomine, re tamen
ipsa et gestis rebellium, haeresique et variis scelestibus contaminatorum hominum Principem se ac
Regem representat; et catholicis oppidis nominatim Escossensi extremaque quaque ni sponte se dedant,
et suis imperiis subjiciant minitatur. Tota aestate huc illucque excurrit, praedas agit, messesque
segetes, illo anno uberrimas, sua falce succisas et flagello discussas, castras cogit, et horrea pu-
blica raptis per vim granis quasi provisus pater veritus autem avarus praedo complet. Hostium anno-
na consueta omnino spoliati, villicorum suas identidem oppressiones referentium gemitibus puls-
antur, et Duricis a monasterii cura servando saltem, si possunt Escossensi, et se in illo intendunt,
in eumque finem, fossas excavant, munimenta reparant, arma et pulveres, tormentariam com-
parant; custodias diurnas nocturnasque describunt et statuunt; electamque locis juventutem, ut
vomeres et ligones suos in gladios, et falces in lanceas convertant, sequenti hiemali actione exerceant,
hortatu, praemioque sollicitant; et tanto ardentius, quanto novos quotidie a vicinis hostibus suis Maza-
metanae vallis incolis, aliisque complurium in circuita haereticarum urbium aggressionibus infestentur,
maxime vero a diversis praedonibus, et partis utriusque proditoribus affligentur; qui nostra Cayroleti
Montis et Roscayratii villas invadunt, et ablata inde omni supellectile etiam aratoria, animalia
insuper omnia abducunt. Et Roscayratii quidem inferiorem villam hostis depopulationem ejus igni concre-
mant, a Cayroleto vero et grongiis ejus quod in dictum pro illis tributum prendere nollemes ingentem
bovum, vaccarum et pecudum multitudinem Ducis Vigneriello Negrini Domino eductam in Mazame-
tani stabula perducunt. Castrenses vero (quod praecipue dolendum fuit) Bassae nemora omnia quae
ab annis triginta incisionem non senserant patulis jam et altis pressim consita quercubus in
securi et ascia dejiciunt, colligunque ligna in privata et publica lignaria comportant. Prati graminei
confertam terrae glebam in cidunt; magnaque illo cespite munimenta terrea comparicunt et

contegant; villarum animalia et villicos ipsos operibus istis volentes nolentesque addicant. Boriam Bassan, quadrato lapide constanter in presidium sibi conductores Rohanii erectis per angulos propugnaculis turriculis communiant; indeque toto territorio nostro et villis ejus dissuerunt dominentur, et infestant. Quid plura? toto biennio quo rebellio manus paces teruit, et Regem in obsidionibus diversis maxime vero Montis-albani et Montis-pessulani occupavit nihil nostris rebus, nihil proprium fuit; cum foris ubique jacturae, domi sensim continui timores animos eorum lacesserent, et ex omni parte turbae ac bella perturbarent.

Dum autem haec in his regionibus agunter Rex Christianissimus Parisiis cum exercitu progressus, hoc exercitu regnum nostrum purgare (purgare) adoritur; et iter faciens obvia quaeque haereticorum praesidia subigit, Ste Jeannis Angeli urbem obsidione cingit, subjugat, et exarmat; Cleracum, Caturcensium, simili modo post aliquot dierum resistentiam suppeditat, et Montem Albanum quam munitissimum totius haereticae factionis propugnaculum, ductis in circuitu fossis, jactis aggeribus, et crebra tormentorum pulsatione ad deditionem provocat, sed adventante hyeme obsidionem coactus solvere Tholosam, solenni pompa et adornatissimo triumpho ingreditur. Inde Parisios Burdegalam repetens obviam in littore Garonnae Montalbanum urbem haereticam rebellem militi ac tormentis premit, capit, et pro meritis punit.

Mense novembri anni 1621 Tholosae cum Rex discessionem pararet D. Tradinus consilio habito statuit a Consilio regio jacturarum suarum remedium repetundarum actione quaerere; ubi cum res eum in castris Montis Albani nihil effici nihil obtineri potuisset, jussum est me tunc Tholosae commorari, recedentem Regem sequi, et ab eo ac consilio ejus summis imisque precibus injustae fortunae omnium nostrarum invasionis redhibitionem postulare. Iussa capessens Parisios usque media inter ingentes quae hyeme pervigiles, glaciei, et frigoris asperrimi injurias, per multa praedonum pericula, per viarum hospitiorumque difficultates inexpertas sequentes nos, deprecatus nos, et tandem 4 nondum anni 1622 expletis Consulem et civium Castrensium condemnationem, et rerum omnium per vim nobis ablatarum restitutionem ad Tholosanum senatus arbitrium, celebri Consilii regii decreto consequentus nos; quod etsi tunc nobis inutile fuit, post tamen pace redita recuperandae jacturae nostrae, quam nos referam loco viam fecit. Redditis autem eodem anno, in castris Montis-pessulani post obsidionem et deditionem ejus toto regno pax fuit, quae tabefactos biennali bellorum fatigatione omnium animos humanos delibutos gaudio effecit. Hinc certe nova lux orbi visa est omnibus, maxime vero nostris Ecclesiasticis, quibus jam licuit eo loci decare degere, villas et monasteria revisere, terrarum culturae vacare, jacturasque nostras expensarum (carina) ad gratiam

Vitam autem Dn Tradinus coepit in castrensi libera ad expectationem fuit eam, coram Tholosano Senatus

Priores Tholosa-Castrenses. — D. Jacobus Tradinus. —

tibus eli, quò nos Rex amandaret prosequi : sed adversariis nostris inde residentibus, et tum restitutoe libe-
-talis curiae judicium implorantibus, tam moras arte nectentibus, quam si licuit ordini ad extremum
stamen deducere telam, concessum non fuit. Anno cum anno 1623 de mandato R.mi Patris Bituricas ad Sanctum
Condomum pro novae Molinariae plantationis stabilimento pergeret, extrema corripitur illic valetudine in
monasterio Vae Salutis ordinis Vti Benedicti reformationis Casalis-benedicti vicae, vitaque finem et sepultura
habuit, elapsisque aliquot mensibus missus a R.do Patre cui Tholosanae sua nominandi suffragia commis-
-erat ad Tholosanas et Castrenses habenas expessendas venit

1623 ad 1627. — D. Ambrosius Gasqus. —

12us D. Ambrosius Gasqus qui Vallisclarensi Priorato duo functus et Villafranca ante mensem po-
-titus, ab Italia, quo pro Burdigalensi Carthusiae praefectus cum Patre Sti Firmini Abbate perrexerat,
illo emortuo, et in Venetiam a domo recondito reversus in agnam mihi desiderii gentilibus Burdegalae
proceribus loquendi non deerat, si hoc loco caque in Tholosanis ejus actis retuli repetere mihi
praepositum esset, sed sicut illic quae Tholosanum Priorem, et Aquitaniae Visitatorem decebant pro ingeni
mei tenuitate satis abunde dixisse expressi; sic quae Castrenem, tumulo dato et statua consecrarunt hoc
calamo et tristo delineasse opere pretium duco.

D.s Tradinus sicut Prioris visitatorisque officio successor, sic et benignitate moderatique persi-
-milis, similique quoque Regendi, negotiorum, et calamitatum in rebus Castellanis vicissitudine pa-
-tientia prudentique spectatissimae exercitationem habuit: et quos permumpere tursum nitendo fluctus non
potuit, tempori cedendo (quod optimum noverat) sapienter declinavit. Anno 1623 certante jam recedente
Tholosa inauguratus Prior coeptum e praecessore suo in Castrenses litem, minime decrescendam, invenit: quin-
-imo totis viribus ei incumbens, cum illi male sibi consci Tholosani judicii aleam, exitarent, et contra-
-ria per Edictalem curiam suam decreta obtinerent, et pro tanto nostris opponerent, a Rege remedium
quaerere, meque secundum Parisios eam obtem mittere deliberavit. Hiemi ergo illius mensibus benedic-
-tione exeunte hyemae anni 1624 et per solita trimestris Consilii regii diverticula, et litigiorum errores
incedens et decertans, et longa apud Compendium tedia tolerans favente tandem, numine ab eodem Consi-
-lio decretum reportavi quo contagionistae nostri Tholosanae curiae judicium subire, petitionemque
nostram et illorum defensionem in illius area ventilari debere 14 junii ejusdem anni judicatum
fuit. Illud Deum in Magamet nostros praedones nostros eodem judicio pronunciatam, utrisque ad illud
tribunal urgentibus nobis evocatum fuit, et per novem circiter menses summa utrinque contentione
disceptatum fuit: cum collitigatores nostri sese Pacis edicto tuerentur, et edita per illud Amnistia ut

set emphitei clypeo ictus nostros repellere conarentur; nos vero reservatis ab eodem agendi ac repetendi modis missilibus velut globis eos hajiceremus, et concessa nobis anno 1621 a suo duce Rohano clientelari protectionis diplomate, necnon et pactarum, tunc temporis a comprovincialibus utrinsque partis inducrarum conventione nisi effractores earum, et contra jus fasque ac ducis sui beneplacitum rerum nostrarum usurpatores, idcoque jure gentium funciendos, atque ad restituendum cogendos esse verborum, rationumque momentis efficere contenderemus. Dictis tandem productisque hinc inde rationibus et actis sequutum est 25 Martii anni 1625 per nostrum, adversariis, nobis vero perutile senatus consultum; quo consules quidem pro exitiis memoribus ad duodecim millia librarum; cives qui nostra ab illis eorumque consilio agrasia emolumenta redemerant ad rependendum, nobis redemptionis nostræ pretium; Magametani vero et Dux eorum Regimas ad reddenda quæ per vim abstulerant annua alia vel earum pretia condemnati sunt. Quod quidem æquissima judicatum illico tamen consequi non potuit effectum suum: nam hæretica pestis bella pessima biennio ab loris per pacem detenta, illis demum effractis patentibus egressa lustris eodem ipso tempore, eodem Rohano duce cœpit tota quidem Gallia, sed in regionibus postissimum istis discurrere, unguibusque ac dentibus omnes et omnia dilacerare tanto avidius quanto molestius repressarum avida rapiendi modo abstinere ac dentium morum, molas pacis serâ conclusas coacta fuerat continere.

Rursus igitur annis 1625 et 1626 iidem feroces fluctus qui Castrense navigium annis 1621 et 1622 concusserant, et inimico imbre compleverant, illud aliquantisper resarcitum adoriuntur, isdemque fluctuum, animalium, rerumque omnium direptionibus exagitant, perrumpunt, inque maximam difficultatum angustias et cautes impellunt: Dominique Ambrosii moderatam, submissionem, et patientiam, qualibus modis Jacobum exercuerant, talibus si non majoribus incessunt; et pontificem nobis efficiunt utrumque qui propriis eruditus experimentis probe compati nosset infirmitatibus nostris tentatum scilicet per omnia pro similitudine a fluctibus et procellis quibus procul dubio absorbenda fuisset eorum navicula, si non eam Deus cynosura sua duce direxisset, et tranquillæ primum mentis ac subsequuta post modum pacis sereno resocillatam, quietoque tandem motu lucentem aquora reddidisset.

Hucusque in his quæ calamo expressa sunt ista, de Castrensibus gestis, quæ auribus nostris audivimus, et vel Patres nostri vel eorum monimenta narraverunt nobis retulimus; nunc vero quæ vidimus et perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt — de verbo et opere Castrensium aliorumque hæreticorum, requissimo hoc tractatum facimus: quæ post collatam Tholosæ annis septem in Recognitionibus Ste Fidei Coquinariam, Montis et Florentiæ operam, istis in adversaria et Ichnographias digestis

et magna parte perfectis, illis autem absolutis integre ac denso volumine compactis, diisque sine numero negotiis et litibus decursis a Tholosana Curia ad Lucassensem procurationem commigrare Capitulo majori edicente necesse habuimus, et hac mutatione malis sequentibus interfuimus, Anno nimirum 1625 mense junio D.o Antonio Rousseto Lucassensi procuratore Caturcum ad similem officium evocato, ego quoque dimissa Tholosa Lucassensem non sine periculo, cum nulla non infesta essent bello vigente itinera demigravi; ubi primo adventu didici armis et armatis invigilare, et habere consuetudinem prae[liandi]; praesidia nocturna et vigilias circuire; interdiu custodias recognoscere; stationes disponere; fossas dilatare; palis ambire; munimenta collapsa restaurare. Magnum hunc meo judicio (quia praeter consuetudinem erat) laborem, subito excepit major cum vertente junio Polemarchus Themistius jubente Rege de repente cum copiis Castras venit; et urbem rebellem, castigaturus rediret ira vindictam, et vastationem in flamma ignis. Ab aquilone transum est malum; cum ille Cantico exumpens, totam in circuitu Castrensi regionem occupans, et milite complens per evocatos undique vastatores albas ad messem segetes vel falce dejici vel equis in pabulum concedi, vel flammis in cinerem redigi; vineas fundibus contundi et denso robore vallis perfringi, et propagine mundari, arboresque fructiferas omnes excidi fecit; nequehis contentus villas et campestres domos omnes ignibus tradi, pecoraque arationi et fenerationi idonea omnia diripi praecepit; cum interim milites regii ad arcendas Castrensium copias in operas insilientium, cohortes diu noctuque occuparentur, et in circuitu quidem urbis utriusque partis homines glandibus et glandis missilibus devorarent; in agris vero turres manipulorum congeries, aedificiaque omnia vorax flamma consumeret. Vidi oculi mei quia ad servandas segetes, vites et villas monasterii ad Boriam Bassam cum militibus veni quam villicis, animalibus et omni supellectile destitutam reperiens indolui, et usque ad noctem preces diurnas illic collocando et agros peragrando in crepuerunt me renes mei dolore ac fatigatione languidi. Solum pro lecto, clivus et aratrum pro cibo, vinum autem secundarii mensuram satis angustam et acidam pro potu omnes habuimus. Quinde-cim diebus eo loci viximus et interdiu quidem partem in castris circa diurnum pallidatus et ocreatus in ferventissimo calore per conspectas militum et custodiarum cohortes et catervas, plures pro agris et villis nostris, hostium hervestas agros obequitans, et ab aestu in alias locum excursores agi; et silicet inimicas falces a semente, quemque ab oculis, et militem a depraedatione averterem, nostrosque operarios a militibus captos, atque ad exercitum ejus vite prosperantes preces pecuniasve redimerem, et ad operationem nostram revocarem. Congestas quoque in agris messes urbibus imparente, ac locum consensum obsidionem advehere; et aliquam multam illarum rapinam et tumultuarie inter tantas difficultates,

Priores Tholosa-Castrenses — D. Ambrosius Gasques. —

aeris abigendo sudi abigendo madidi imbonitates, et militaris insolentiae impedimenta et rapinas convexi: sed parum profeci qui parum illud multo labore ac aeris profusione potius emi, quam collegi. Recipimus vero ac penitile nobis fuit, quod Ls cassensis consulatus pro exercitus alimento et phalangis Montmorantiae stipendiis indictionem, quam ex alto eradere non licuit saltem attenuare levioribus imperatis concessum fuit: maximum vero quod favente Deo et annuente Themisicio Duce positum ob oculos vicinorum omnium nullo penitus excepto in regetibus vineis et arboribus devastationem, villarumque combustionem devitavi, ac recedente tandem a castrensi solo et villis nostris quas occupabat exercitu, nos quoque abscedentes omnia nostra salva et integra diximus. Redimus securus in tua o villane, Deus nobis hoc otia fecit, ideoque pro tanto munere post regressum nostrum illius aram saepe tener nostris ab ovilibus imbuit agnus, quem silicet servatorem nostrum ipsi, patriique a feo servati munus grates agendo obtulimus.

Peracta devastatione castrensi dum Regis exercitus in obsidione ac diruptione Ste Pauli et Amiatae aliisque occuparetur toto anno miles haereticus nobis et nostris incumbens de rebus nostris praedas egit, messemque recidebam, et vindemiam, per castrenses a Rohano conductam, asportavit; muros monasterii per Dum Chalopum erectos circa portam aliquanto spatio dejecit, praedarum quasque lapides maxime altarium, superiores qui superessent per medium serratos in stationis propugnaculi portae novae usum extulit, portamque insignem, quae nostri fundatoris et emmanuelis duobus ab angelis alte prospitum ostendebat, ab injuria temporis et pristinae pietatis violentia adhuc immunem, extubavit, illudque venerandum pietatis monimentum ad militarem redegit.

Istum illum, ac sequentem annum Ls cassensi magnas inter angustias, quotidianos timores, et innumera patientiae exercitamenta complevi: cum necesse fuit persaepe in vicinas Cayrolati, Ls cassensi ac Loscayrati villas pergere, militem apud aut circa nos hospitantem a praedatione compescere, prece, minis et denariis abigere, cum illo multoties expostulare, pacisci, concertare praedamque denarium et Dnae leonis extrahere; ad Duces regionis prope longeque hyemantes aut bellantes per nemora et montes; hyeme, aestate, nocte dieque pro avertenda pellendaque militari hospitatione, aut imminuenda militiae captatione et annonae indictione ventitare; eundoque ac redeundo continua captivationis pericula subire. Non est animus singula recitare; satis sit dicere quod si non asterii solo nihil in Ls cassensi personarum nobis fuit; qui insuper illo anno complures rerum et animalium jacturas a vicinis nostris experti exigunt mittere Tholosanis nostris subsidium potuimus, et interim patiendo, scribendoque quae ab inimicis nostris invehebantur nobis mala vitavimus. Scripsimus enim (sicut in priori bello actum fuerat) et in

tabulis procedonum nostrorum, et in eis Castrensium conductorum, nomina et acta per articulos et testes redegimus, pristinoque litigationi novae materiam congessimus: exqua postea velut ex calybis et silicis collisione prodit ignis, istorum scilicet refusio damnorum, quam suo tempore referemus. Hanc, qui mihi Dominum Tradini et Jasqui Priorum, vera cum lachrymis semina misimus, postea hab. Dno Pacifico manipulos cum exultatione reportavimus: seminavimus autem annis 1621, 1622, 1625 et 1626 patiendo caeteris annis usque ad Dnm Ambrosii Jasqui recessionem coram diversis tribunalibus, et maxime regio litem contra invasores istos prosequendo. Inqua cum anno 1627 Parisiis versaretur tertia jam peregrinatione D. ipse Ambrosius Prior ac visitator nobis ereptus evocatus et legitimis morum apud sanctas Stephanum et Brunonem patrum suffragiis jure comprofessionis electus ut defuncti recens Prioris et visitatoris sui in Lombardia remotioris locum occuparet: illisque loco assignatis est per capitulares tabulas Tholosanis et Castrensibus Pater et Prior quasi post hyemales brumas solverunt et post bella

1627 ad 1645. — D. Pacificus Lixier. — Pacificus.

13m D. Pacificus Lixier cujus quia genium, genus, tempora, professionem, officia et mores in Tholosanis scriptis effusiorem, hoc loco retrico. Qui Burdegalensi Priorato in Tholosanum per capitulares jussiones commutato in dictam raptoribus nostris libens ad exitum deducere voluit et effecit. Obtinuerant Castrenses subreptitiam a Rege decretum quo remotis petitoribus suis, nominatim autem Castrensibus ex cujusunque causa gravaminis aut condemnationis quidquam in eos motum aut etiamnum infertum illatumve tabatur, et super his haeremodicium imponebatur; cujus prohibitionis causa cum superiores a me jam recensitae condemnationes nobis inutiles forent, necesse fuit Parisiis coram regio consilio cum Castrensibus aliisque jamdictis sibi consortibus eadere experiri. Hoc Dominus Jasqui voluerat, eaque re me misericorditer, hoc D. Pacificus absolvit me illi sex mensium concertatione litigantem; tandemque conversis ad plenum manibus, verbis actisque complacentibus vibratis confecta est pugna: in qua quoad nos nostri infamati sunt et ceciderunt hostes, nos autem numeximus et erecti sumus; qui effractis inhibitionum repagulis, et impedimentis omnibus amotis judicia nostra in eos exercere atque ad exitum deducere permissi fuimus, illis ad expensas damnatis; quas illico ad septingentas libras dicente judice subductas, inque membranis cum Dreneto reportatas suo postmodum quod referemus tempore recepimus. Hunc enim recipere, aut ad recipiendum urgere nos licuit; quia elapso modico temporis intervallo icta anno 1626 pacis foedera Rohannus jam tertio violavit, et serpentinis hominum simulibus infernalis furia maledicta haeresiarum rebellis facibus et ferro annis 1628 et 1629 omnia defoedavit, atque ex eo regia in se arma concitavit. Obsessa, et

meritoribus terra marique circumdata est, tandemque dedita, munimentisque omnibus et armis nudata Rupella; diversisque in diversa missi exercitus possessas ab hoereticis rebellibus urbes diversimodis aggressionibus diverarunt. Princeps Condeus instante anni 1628 messe regias in Castrense solum copias infudit et Marchionii Ragnio frugis immaturae sectionem, vinicae, ligni pomiferi, et omnium quae ad humanae vitae sustentaculum, praesertim humus devastationem commendans ipse loco recedit et Montem-pessulanum, ut inferiorem Occitaniam, in officio erga Regem contineat, aut ad illud reducat progreditur. Ad est pestinus Marchio et nobilibus quibusque regionis grandioribus equitatus et peditatus exercitu vallatus Castrensis agri perditionem aggreditur. Rebelles conscripto similiter exercitu variis egressionibus coptam, sementisque profligationem impedire conantur; sit pugna, coeduntur illi, funduntur, et in mare mania repelluntur. Cadunt utrinque non pauci, multoque sanguine constat et nostris devastatio, et illis ma obstinata quidem, sed effecta cassa desipio. Iscorensi hactenus inclusus cogor hac secunda Castrensis expolitione regionis ad Bossanum nostrum cum manu militari adventare, et sicut alias sic hac secunda vice immaturos licet et imparatos vectione manipulos quibus potui curribus imponere, nostasque villas, vinicas effugere a cunis et falcibus vastatorum liberare. Illi armati et in centurias divisi quotidie vespere in monasterii nostri maceras et cellas vinarias sese ionantibus tympanis et fistula recipiebant, subque illis pernicibus segete nostra granis conferta sibi subtracta noctes transigebant; interdiu vero dum illi ad opera infesta sed justa implicita prorumpebant, erat mihi summa mane ad occasum usque partim in castris circa Marchionem agendum, utque messem videremque nostram intactam servarem, precibus, pretisque laborandum; post obtentam vero utcumque paucitatem, totis continue agris et villis sine cibo, sine quiete discurrendum, ut villicos nostros a villis profugos, inque sylvis ac specubus latitantes reducerem et in villis continerem; ut secatores a solateriis nostros sectioni incumbentes a fuga et favore retinerem, atque a vagi militis captione, pulsibus et rapina defenderem. Arguebant plerique nostram hac in re sollicitudinem, cum nostris propediem castra mutaturis egressuri Castrenses nostris sine labore segetibus essent potituri nostraque per laborem, non minimum, conservatione gavisuri: quae ego audiens contemnebam, cum certissime perviderem servatis frugibus, vindemia et aratorio instrumento ipsam quoque vitem conservari, et villicum unde se aleret, et terram coleret eamque seminaret exinde superesse; nobis vero ex direptione rei nostrae novae litis ac repetitionis quae hinde deducta est materiam ministrari, ac non hostibus in prospectum, sed interim in commendam et custodiam, nobis aliquando redhibendam segetem cedere. Non cecidisse nonnullos fraudatus intento,

qui salvis ubique rebus nostris cum reliqua per circuitum omnia gravis icta flagelli concalcata jacerent Escassanum me recepi; indeque misso milite bonam partem ventilatae frugis ab area Castrensi cum saccis, servis, curribus, equo et bobus praedarum nostrorum sensu quasi praedas agens de re nostra extuli; et negata a conductoribus haereticae factionis contra jus et consuetudinem semina, vindemiamque ac legumina contra pactas in regione post devastationem conditiones exportata pace tandem reddita repetivi et obtinui, sed haec postea.

Esto interim illo anno, necnon et sequenti rebus nostris in hostilem protectatem redactis in illis quidem omnibus, sed in annis aliis et memoribus potissimum magnis supra numerum et aestimationem detrimentis affecta fuimus, tum in Escassensi quidem Cayroleti solo non nisi per subreptitias et cum periculo vices terram licuit aratris excolere, non cultorem in villis continere, non animalia ab invasione potissimum nocturna conservare: cum hinc quidem Mazametani a Cayroleto multa et a Escayrato Revellenses omnia pecora in muros suos quod deinceps eloquar malo et nostro interim incommodo, nostrorumque ruina colonum, ipso 1628 anno abegerint; illi pro servandis ab incendio de quo minitabantur villis nummarium tributum exegerint; Castrenses cum propter annonam quae grandebant ex grangiis Bossa reditum animalia in illis tuta sinerent, in sylvas tamen hostilis animi iras exercebant, et primum quidem erata post primam coctionem suam arbusta detondebant solo tenus in publica privataque lignorum receptacula importabant, ac deinde cum nihil aut vix aliquid in sylvis resciendum superesset et in fruticeras hortorum, et exstantes in campis, ac littoribus arbores, frutetas potissimum, annosas atque quercus secures immittebant, et numerosa a civitate mulierum armatarum infinitarum caterva cum cultris frondes primum ad quas sibi invicem manibus et humeris ascensum praebebant in terram dejiciebant, et in fasces convolutas, ac demum truncos ipsas ab imo sectas prostratas et comminutas exportabant; idque consulibus civitatis et optimatibus scientibus et videntibus nec displicentia nec curae erat, sed quia omnia tempus habent totum annorum 1628 et 1629 tempus usque ad messis collectionem tempus patiendi, tacendi, lugendique fuit: nimirum vento magno, diabolico scilicet impulsu flante mare insurgebat, nobisque omni humano auxilio destitutis nihil nisi clamandum occurrebat Domine salva nos perimus. Haec prece ac confidentia a naufragio velut tabula recti anno 1629 julio finiente ab omni hostili impetu evasimus et liberati sumus, quia tunc silet omnis terra in conspectu Regis nostri. Parisiis enim eo tempore quo solent Reges ad bella procedere cum valido exercitu prodiens, ac per inferiores occitaniam iter habens obvia quaeque rebellantium oppida et castra armis cepit et prostravit; et privatum apud Vivarienses urbem munitissimam

circensu allatione cingent tertiam, castrensis agri devastationem ad quam postmodum erat ipse ventur-
Duci interim Ventadornio commendavit. Ille impiger cum copiis adventans civitatem peste jam
correptam, a longe impugnans congestos late patentibus circum agris spicarum cumulos, et stantes adhuc
virenti culmo segetes flammis et ferro consumpsit, vineas, excepta tertia, contudit et omni propagine
denudavit, nihilque eorum quae in mandatis acceperat ad puniendam proterviam intactum reliquit.
Eò ego res nostras servaturus accedens, cum in villis ob pestilentiae periculum hospitare non liceret
inter spinas et vepres monasterii cum militibus lectum in terra, operculum in coelo, lucernamque
in luna et stellis habens duas circiter hebdomades ibi commoratus sum. Et quidem religiosissimum
Principem tam benevolum semper expertus sum; ut nullius unquam petitionis repulsam senserim,
sed quaecumque pro rebus nostris et pro locorum ibus subditis nostris et eorum, per amicos requisivi tam cito
impetravi quam petii. Contigit quandoque ut in Melonis tumulo sub tentorio degens et humerulo ferreo
circa collum munitus cum me ad se venientem conspicatus esset, accurrens et in amplexum meum dum
me stringeret arctius illo amicto ferreo inaurato mihi contuderit caput, quod illico detestatus verbis
ad excusandum ac deprecandum compositis expiavit, mecumque postea multis stipatus equitibus ad
visendas monasteriorum suas advenerit, deque privata redditu et pace generali sancita me commonuerit
et quidquid vellem audacter ut peterem hortatus fuerit. Illicitus ego propter locorum inopiam, incolas nostros
ab hospitalitate militari securos esse petii et impetravi, nihilque ex eo timere jussus, pacem per
Provinciam deditionem et totius horrificae rebellionis submissionem toto regno receptam ad propria remeavi,
fructus quae nostros Castrenses servatos sine ulla perturbatione collegi. Inde neque sathan, neque occursus
malus ab hoste ullus fuit, et omnis deinceps conatus noster in restaurandis villis, animalibus reparandis
agris et vineis cum otio excolendis exercitatio fori fuit: cum belli tempore, quia non licebat exire otium
mecum in movendo calamo ad parandam hujus operis sylvam continuè conveniissem. Jam enim quia
annum 1629 attingo ad iter redeo unde solveram; qui initio monui me res nostras hic exprimendas
suscipere illo statu quo tunc oculos meos versabantur: quia tunc opus istud Domino Pacifico praecipienti
aggressus, cum rerum ac juvamen carthas non haberem, nisi perpaucas, omni earum mole in carthophylacio
Tholosano quo liberum erat accessu recondito, visis solum lectisque repertoriis hanc qualemcumque
historiam copi contexere, et quia propere posteriori informem emisseram in gentibus continui, et me solem
videret occidisse; donec visis examinatisque cum otio per hyemes duas Tholosanis tabulis eam lam-
bere, dilatare, atque emaculatiorem exponere proposui. Cecidit mihi propositum ex optatis qui annis
sequentibus 1630 et 1631 vestatam sequendo curiam regiam collocavi, et raptores nostros pace

quiescentes bello juridico peurgerem, ubique mihi a R.mo Patre commissis negotiis vacarem, hyemem, vesperas inque Tholosæ tabulas nostras indagando, exscribendo, et in adversaria infarciendo rejiciendo insumpsi; ex illisque sine ordine prout prosmicuit mihi ad manum occurebant carthæ in quaterniones colligatis multam mihi adhibendam denuoque recudendam opus materiam præparavi. Sed partim infirmitatibus bene multis, partim litium pro domus nostræ ac ordinis profectu prosequutionibus, longisque ac diuturnis earum causa prosequutionibus, exquarum causa et consideratione R.di Patris D. Justi ad me plurimum inclinati beneficentia missam de B.ta Maria toto ordine immeritus licet assequutus sum; partim variis obedientiis quas vocante Deo, et jubente ordine in his regionibus, Villafrancæ ac Barchinonæ exercui prosperitas operi destinato manum admovere nunquam potui, et passe unquam per annos undeviginti desperavi; cum post longas excusationes obtenta quiete anno 1645 ad cellam Tholosanam custodiam, expectatam, receptus fui, ubi et quindecim menses sedens ad pedes Domini et tacens exegi. Cumque qualis tunc erat rerum mearum statum in otio claustrali mente revolverem, et ad præteritas occupationes meas quibus eundo, scribendoque supra modum et vires agitatus fueram, et hæsi veram, cogitationem conferre congratulabar mihi quia inveneram drachmam ubicumque quam perdideram, et dicebam facilius invenit quasi nidum manus mea Carthusianam quam elegi et in qua olim habitare statui requiem; moriar ergo in nidulo meo, inque hac dejectione sicut palma in compressione meos pberagam et multiplicabo dies. At contigit extincto Patre meo Pacifico per quem mihi pax erat, subrogatum ei Venerandum Anthonium patrem in adversaria mea oculos quandoque conjicere, eorumque confusione, inductione, remissionibus, adjunctionibus in margine et aliis additorum et subtractorum tricis et meandris moveri, et mihi dicere ab illa rudi indigestaque scriptorum mole lectori potius tenebras effundi quam lucem adduci; idcoque velle se ut relicta cella quietis meæ et quiete cellæ meæ ad pristinas in Carthusia Cartusiæ actiones redirem, ibique successivis a negotio horis compesa scripta nova sub incude ponerem, et insuper sicut de Cartusiensibus sic de Tholosanis Prioribus historiam scriberem et separato volumine reponerem.

Quo præcepto quantus cor meum maror pupugerit (non enim erubesco inobedientiam meam confiteri) testes fuere emissæ pro eo ad Patrem meum preces et laboris deprecationes; testes in cella (novit Deus) singultus et lachrymæ, quibus densis velut atbere nimbis cinctus caliginosum ducens aerem ad opus moveri non poteram, illinc quæ molem excelsam quasi montem in accessum perhorrescebam; donec lux in tenebris lucens attollenti mihi oculos emicuit, et quantum de me diffidere, ac deseconfidere deberem declaravit; ad cujus affectum totum me expandens et comparans laborem mihi facilem

Continuation de la 28 -

vasarum, sub illius sydéris claritate et auspiciis mihi persuasi; et dixi Poetas omnia quae praecepisti mihi faciam, Pater. Veni ergo dicor ad desideratam, intimis olim praecordiis Castrensis Carthusiae mansionem, exeunte anno 1646, et sequenti Cholosenses Priores praelogium, pro meo modulo descripsi: duobus autem hisce posterioris istae de rebus castrensibus commentaria et Priorum series a materia anno 1629 apud Escossenses coacervata velut ab informi chaos sensim elaborans in lucem adduxi, et quotunc erant statu singula exposui; ibique palum figere et calamo quietem ac silentium imponere mecum ipse constitui. Sed quia non est in homine via ejus, et obvia veniens de rebus ab illo tempore in alienum modum versis sermo retineri non potest; itaque mihi videtur Domini mensa, in qua non oportet ministrum praedare convivas; quod de Castrensis in melius mutatione, aliisque Escossensi pollicitor gestis ab anno 1629 usque ad hunc quem in praesentiarum ago 1650 suggeritur ad elucidandam magis et commendandam Domini Pacifici peracta, et venerandi patris ejus Anthonii inchoata tempora, insolita quidem, sed vera sicut hactenus narratione prosequor.

Anno 1629 pace generali constituta et Regni motibus ex omni parte compositis ad regiam reversa Rege cognovit delegatis ejus partes Edicto omnium Omnino in urbibus haereticis tabo infectis munimentorum, veterum, ac novorum demolitionem adoriri, et ex aliis aggeres montibus profundas fossas complanare: quod Castris quidem Domino Albiensi hic copiis commendatum, reduci ad effectum illico non potuit; quia post recessum ab illa urbe grassationem, oportuit illam ac pollutoribus et medicis expurgari, domicilia quae per ordinem singula et personas quae pestiferi luem excoquerant ad infectionem revidicari. Duo opere per anni 1630 hyemem confecto vere novo ab Albiensi, castrensi, et Carcassonensi consulatibus advocatae sunt operae, artifices que insignes, ut ferro ac pulvere tormentario Castrensia tum turrea tum lapidea propugnacula et antemuralia ante portas et ambitum muralem frequentia et fortiter compacta dejicerent ac solo coaequarent; et ne qua Castrensibus iterum rebellandi spes remaneret; illis intra moenia sua se continere jussis omnia aerea et ferrea tormenta et pusilia belli gerendi instrumenta sunt abacta et penitus ablata; et sic effractis velut alites alis nequaquam jam alta sapere, sed humi jacere et humilibus consentire velut invita cogantur.

Dum haec in Civitate exerceri et in possessione ejici venit nobis in mentem de lapidibus nostris Castrensibus asportatis, et in illa opera compactis; occurrit etiam animis et repicavit memoriam, dicti Monasteriensis articulus quartus, quo veterum erat Ecclesiasticis Maneriis, materiis ecclesiarum, in munimentis urbium, praetensae religionis pro securitate mia concessis collocatas requirere, aut sibi velle vendicare:

Priores Tholosa-Castrenses. — D. Pacificus Xavier. —

nisi forte per regium aliud Edictum contingeret illa opera dissipari; cumque plerique etiam jurisperiti asserrent nostros inde lapides sine regio novo diplomate a nobis recedere, nec posse abduci; ego magis existimavi illo nobis opus non esse quia vetere Dicta Mazametani concessione nisi portis velut aperitis liberum habebamus ad res nostras regressum, frustraque a nobis id quod jam habebamus exspectandum. Ingressus ennuente Patre meo Pacifico infirmis ad propugnaculum, Thesauri anno 1588 erectum, elocatas praesenti pecunia operas admovens dejectos ab alto lapides nostrum quandam tegimenta murorum, eliosque non vulgares et minutos, sed insigniores quosque a fossis erui, et in loca interius viciniora vocari feci: quo exemplo permoti canonici et cocteri monasteriorum Prefecti suos quique lapides, aut si forsan consimiles obvios in separata loca et congeries educere coeperunt minutioribus quibuscumque sub calcis et terrae operimento derelictis. Satis mihi fuit occoepisse; nam Parisios jam quarto pergens pro lite in rerum nostrarum invasores promovenda quod superfuit operae totum, Ven. D. Patri D. Benedicto Courtois coadjutori et Patri Joanni Revello viris ad audiendum sternendi, et ad agendum fortibus commendavi. Dum ergo Mazametanos et Castrenses lite lacesso et sterno, fit a nostris grandis moles et alta lapidum separatorum congeries, quam redux videns, laudavi, amavi, et benedixi ei. Sed quid lapidibus istis fiet? Frustra accepti et congesti sunt si non ad solvendum compellantur. Hoc igitur Duo Domini Pacifici per filios meos opera uno contexta, ut rem simul cognitionem pariant, animumque non dividant mihi dissecanda proponam, a reptoribus ordiar, et repignerum redhibitionem contexo; postea lapidum reversionem nostrorum materiam reaedificationis allaturus.

Dixi superius, et hic repeto a Domnis Jacobo et Ambrosio Prioribus quorum tempora brevia et semper nubila fuerunt per rei nostrae jacturas in patientia, sudore ac lachrymis fuisse seminatum; quod et ipsum D.no Pacifico annis 1628 et 29 contigit: sed quia huic concessum est in operatione nostra per annos undeviginti perstando longae dici aestusque perferre ponderes; illi quoque accidit desideratum laboris ab exculta terra fructum, per patientiam recipere.

Nam Castrenses quidem, praetensae Religionis irreligiosi Consules et dives post diversas diversis in tribunalibus conflictationes, judiciarias tandem actas Tholosanae condemnationes, et solvendi dilationes, cum se tempus et pecuniam inutiliter spargere litigando jam vidissent, 22 aprilis anni 1630 in tabulis Magistri Gabrielis Motes Ecossensis Notarii ad solvenda nobis intra quinquennium duodecim librarum millia; et interius eorum annis singulis ad rectum denarium, fossarum, pro sylvarum nostrarum incisione, cespitis erectione, murei destructione, et fundorum occupatione, ac totius litis expensis rese adixerunt. Et annis quidem multis septingentas quinquaginta libras annuales ab illo fundo colligimus; donec illi se debito liberarunt

et ipsum caput Tholosanis patribus numerarunt; qui Decem ex illo millia apud Tholosanenses Clerum sub anno denarii vigesimi portu collocarunt, reliquum alibis usibus utiliter applicarunt.

Redemptores practarum annis 1621 et 1622 quatuor villis nostris a Rohano consilio constituti in poenam injustae praetensionis suae, veriis autem reipsa; quia contra ducis mi clientarium tutelam, nobis tunc concessam, et pacta provincialia ex quibus nostra nobis esse certa debuerant, et pro totius litigationis diuturnumque deductae impensis duplici transactione 16 et 23 maii anni ejusdem 1630 ad septem millium septingenta quinque librarum summam, eodem Mostes notario scribente stipulationem fecerunt; annisque multis illud posterum, tandemque ipsum, ejus caput a nobis receptum, et Tholosanis numeratum praestiterunt.

Illi ipsi quia anno 1625 priori pactionis suae practarum nostrorum concedente rebelli Castrensium concilio istam quoque adjecerunt, pro seminibus, leguminibus, ac vinis contra factiones initas inter Delegatos Regionis hujus retentis, ac extensi processus expensis in Curia Tholosana, Consilio regio, Castrensi, Parisiensique Edictali camera, transactione per Constinetum et Bergeronem notarios 26 junii 1635 recepta tria librarum millia sponderunt, et postea solverunt.

Ipsimet pro ejusmodi anni 1528 (1628?) delicto, et similibus expensis simili modo per eosdem notarios eadem die retenta transactione ad quingentas supra bis mille libras sese nobis obligarunt, ac per solutionem debiti obligatione se liberarunt. Quae omnes Castrensium debitarum summae calculo junctae ad viginti quatuor millia quingentas septingenta quinque libras ascendunt.

Magametii oppidum anno 1628 plurima nobis per Cayroletum manten, in villis ac villicorum rebus, oratorio instrumento, et animalibus damna intulerunt; quod illis non cessit impune: nam quia contra publica Regionis foedera, quibus omne animal ad culturam utile sub protectionis publicae umbella positum fuerat, hoc latrocinia exercuerunt; post litigata et judicata in Tholosana et Castrensi curiis semel duodecies centum librarum solutionem; et postea transactione per Magistrum Joannem Lasdes Magametium notarium Tholosae 26 junii anni 1633 conscripta quinquies mille librarum quinquennio solvendarum, eorumque interim legitimi poenalis sponsionem fecerunt. Quo facto aliquot annis temporibus statutis exhibito totius tandem debiti fascis sese discinxerunt, atque ita in summa tota ducentas supra sex mille libras nobis appenderunt.

Joannes Vigneriellus aegrini dominus qui cum tota phalange sua quam Magametii conscribae a Rohano permissus fuerat omnia villarum Cayroleti nostrarum animalia anno 1622 abduxerat contra similia beneplacita Regionis, diu multumque per nos in vim judiciorum, a suprenso

Regis consilio et Tholosana curia emanantium, pressus cum nostras vix acne vix quidem manus posset effugere setandem submisit, et pro media capturæ parte, quamquam ex ea nihil antea rursum prosecerat, trecentis supra ter mille libris nostra detrimenta de suo compensavit. Ex quibus trecentas presentis pecunia libras ipsa die quâ transegit, 22 martii 1627 numeravit; reliquam summam ipse etiam ei in aliquibus successit. Duas Jacus Carcassonensis Patricius post-scenus ejus multis annis prostitutum nostram tandem numerando pecerunt. Aliam medium, predoe partem, qui sub signis ejus et ducatu illa se oneraverant illius oppressi pondere cum in suis domibus secure degere per nos decretis Tholosanis ut tebis munitos et sollicite illos inquirentes sibi non liceret; ut aeden liberè ducerent, et sub tecto suo cum securitate dormirent, diversis vicibus huc se quisque debito alio plus, alio minus solvente dirumerunt, et solutione tandem omni subducta trium millium sexcentarum novem librarum summam effecerunt. In summâ Mazametani tredecim millium centum novem librarum, expensione vaccas nostras et pecora coemerunt.

Revellenses qui annis 1628 et 1629 nostra Cayroleti et Boscagrati pecora et aratoriam supellectilem diripuerant post diversa subterfugia per quæ certum sibi effugium requirerunt mis eniri, et post multa inutiliter impensa Tholosæ, Castris et Parisiis in Dictatibus curiis semper condemnati, expensis et multata damnati, et ad reddendum ablata cum anno valoris eorum reditu addicti adhuc reluctantes et contra stimulum calcitrantes a Regiis missis ad recognoscenda legitima occitaniæ provinciæ debita latâ 12 martii anni 1636 ordinatione ad quatermille sex libras turonenses ea nos sunt adacti; quam solvendi obligationem quia nondum exuerunt, ejusdem ad sextum decimum annalem, prosectum, adhuc exhibent.

Habuimus igitur	a Castrensibus	24575 ℔
	a Mazametanis	13109 ℔
	a Revellensibus	4006 ℔
	In toto.....	41690 ℔

Aquibus si adducas mille sexcentas nonaginta libras litigando ad summum insumptas supererunt quadraginta millium librarum a raptoribus nostris per diversa D. Pacifici Prioris nostra tempora justa quidem licet minime spontanea restitutio; at minimum post diuturnos labores, cultura post fletus, et lachrymas in seminando, collecta perabundanter in exultatione messis et vindemiæ.

Qui Patris nostri sedulitate reversa vites pecorâ, nobi dubitare de lapidibus, de quibus supra mentionem feci. Illas olim in Babylonem transferendas, ibique usque ad diem visitationis suæ futuræ

voluerat Dominus: nunc vero asperi, restitique jubet in loco suo. Restituti, recepti, comportatique sunt caro licet, glorioso nihilominus triumpho elocatis tecta regione curribus advecti, et in cortem nostram utrâque et officinarum spatia vacua, altâ et videndâ mole congesti: nec in monasterio tantum, sed et in domus nostræ Castrensis solo vacuo dispositi, eo me ratificabant, quod futuræ ædificationis, hoc est futuræ post consumptionem resurrectionis semina viderentur; nec me fefellit opinio: nam ex præcepto mihi cœpto incubui Domum Castrensem, terris et finis oppletam publicis emundare, cellas vinarias aperire, ædificiumque in quod hodie negotiorum causâ nos recipimus a fundamentis usque ad fastigium erigere, et usurpatas a vicinis in muro communi per ambitum nostrum fenestras occludere; hoc est Domum Castrensem in libertatem antiquam et decorem pristinum revocare.

Ut vero hucusque horridæ tenebris et reprobis, sordidæ et lugubrosæ Carthusiæ, quæ te jam pridem exuisti stola pacis, nunc indutæ sacco observationis, exuæ te modo amictu luctus et vexationis tuæ; et ejus in ipsa circumvestire te decore, diploide justitiæ, et mitra superveientis tibi a Deo lætitiæ. Jam ingruens exsurge Jerusalem et sta in excelso, et vide filios tuos in verbo sancti, in præceptis videlicet Patris tui et mei ad te venientes et gaudentes Dei memoriâ. Increment a te pedibus ab inimicis pulsi, adducentes autem tibi in equis ut filii regni. Licet mihi modicum hisce referendis exultare, et referendo quasi Goliæ caput et siccaneris manum tenendo gloriari, pro foliis meæ castaminis finis, et versa in honorem duplicem quam foris intus que infinitis vicibus passus sum confusione et rubore, cum hoc spinosa et caduca perlustrans, ut antiquum monasterii statum, penicillo exprimerem sæpe me confixi et cruentavi, et a macerius meum me contudi; ac deinde cellas et Ecclesiam perlustrans cum mente volverem, quas illic laudes Dei Patres nostri et quas blasphemias protulerant hæretici; quæ loca spurcitiæ ac sordibus sua infecerant et sanguine innocente rubricaverant – Deus veneranter exclamabam; et ad illum referens oculos et affectum, ista quidem pristino statui restituæ, divinique officia revocari, et monachos adduci, cœlites lætificari me videndo exultare, hæreticosque et inferos confundi totis votis desiderabam. Id illico dejectis oculis ob demeritum meum, et tempora ex aliorum opinione nondum certa vel potius animos ad hæc operationem aversos diffidentiam indulebam. Nunc vero mea vota videns impleta, et ipse habitatione gaudens non expectata Pacificus exhilarata quoties recogito, toties agitor; et mente in altum per intensam gratiarum actionem, divinæque bonitatis concelebrationem abripior. Jam enim conciliata est Tholosanensem inter et Castrensem Angelos pax, et cessavit pugna; quia ille et istis rebus ut crescat alumnus suus adjuvatur, et iste

dum alter adolescit gaudet quod suis fascijs absolvitur et ablactatur. Sed ad historiam redeo.

Statim ut Capitulares advectipent Portam principalis extructa, vectibusque ac seris instructa et postibus occlusa dixit Castrensibus procul este pagani, exite scelesti, foris canes et venefici; non est hic aliud nisi Domus Dei et porta coeli. Illa certe occlusio pristinae fuit neglectionis exclusio, et religiosae habitationis occasio. Nam anno 1632 missi a R^mo Patre Visitatores ista desiderarunt, et facienda mandarunt; unde postmodum in Capitulo generali anni 1634 exiit Decretum, quo Patri nostro Cholsano Cartusiae Castrensis commendata est restauratio; eodemque ipso anno mensis Decembris 30^ma Parisiis agente et ex jussione Patris urgente jussum est a Regio consilio Castrensi et Magistratus ad solvenda superiora debita omnimode cogi, et collectas inde pecunias in aedificationem Carthusiae Castrensis expendi.

Nec mora; post longam dormitationem his mandatis ut arte molita per clamores inquietudine expergiscens tandem Ven.^us Pater noster Pacificus, neque amplius de Dei hac in parte voluntate diffidens Ven.^li Patri D.^o Stephano Drouyno quem ille me Cholsam translato, meo loco Ecclesiae procuratorem fecerat ut aedificationem a Domo Dei quam primum aggrederetur edixit. Mihi vero Cholsae diu non licuit agere; quia pro recuperandis nobis, Provincialibus, et majori Carthusiae salaria annona a regiis tunc administris erepta, et constabilienda regio arresto Cholsani monasterii nostri insaeculitate Parisios certa jam, et diuturna peregrinatione ire, ibique per quadriennium in continua contra regios salariae inditionis conductores et actores et contra Cholsanos cives et Capitolinos concertatione, in qua Deo auspice ac Judice per omnia victimus manere necessarium fuit. Quas inter moras post Patrem quam retuli per Capitulum generale, regiamque aedificandi facultatem, nominatus jam ac de pene nominandus procurator D. Stephanus Capituli futuri postea ad tempus templi nostri cujus parietes exstabant opus aggressus est; illudque ab oriente supra quam olim fuerat extensum, luculento et arcuato fornice decorum fecit; et consequenter ad procuratoris cellam, horrea, et vini cavcas accurrens donec omnia eo quem cernere est statu reponeret non cessavit. Quae in re memoriam mihi videtur expressisse, qui operatione ac pietate sua post annos captivitatis septuaginta accensum coelitus ignem in altare divinum adduxit, et muros domus quae Jerusalem restauravit: cum anno 1639 Boriae Bassae Dutruanum procuratorem, ab eversa monasterio habitationem dimittens, in novam istam commigrans ejus se localem, et Altaris ac tempore per Rever.^mum Dnum Joannem Castrensem Episcopum, Pontificio ritu benedicti et a profanatione prisca vindicati per oblationem mundam ignemque perpetuum ministerium fecit, qui

exinde non defecit. Deinde vero evocatis Tholosa per latis nostri Pacifici ad ornandam dirandamque Bellevisum, totis jam animi viribus intenti missionem ut Regis Persarum jussionem, aliquot ad sui subsidium sacrificuli zelo et probitate conspicuis quasi transmigrationis filiis, ut illis tuto et absque ulla serenæ imbris, ac frigoris injuria liceret ad eadem Dei noctisque siccis vestigiis accedere, divinaque sacrificia et officia peragere, ac Carthusiano more degere, eadem qua prius solertia et sollicitudine sua capitulum, vitreæ et Refectorium luculenta erexit domicilia quatuor, et juxta eos xysta tot iden claustrum minus ambientia pavimento, incrustatione, operimento, fenestrisque pervitreas elegantes lamina as pie ac decore ornata portisque ac seris instructa composuit; ut ibi famuli Dei quasi in foramine petræ et cavernæ maceriæ columbæ quiescentes in silentio ac solitudine prosperi salutare Dei, in quem mandatis ac justificationibus Dei et Ordinis sine turba et inquietudine servare valeant exercere.

Hæc omnia in monasterio D. Pacifico auctore, et D. Stephano actore, ob quæ supremæ dignissimi sunt laude intra sexennium, aut circiter multo labore multisque expensis, et multa contratione quæ dum perfecerit, Angelosque et homines voluptate perfudit perfecta sunt; nunc que cum hostis nostri pudore ac dedecore, nostraque omnium et meæ privatim exultatione visuntur; quia eo rerum statu mihi videor ad supremum scalæ meis minimum, et piorum omnium desideriis adimpletis pervenisse, et totus spirituali gaudio deliberatus posse ac debere dicere Nunc dimittis Dne servum tuum in pace; quia vident oculi et audiunt aures meæ, quod omnino desperaverant te in loco tibi post tria secula consecrato intrare laudari, tibique a servis tuis tibi addictissimis impense benedici, hæc hæc tibi Domine sit laus summa et honora, Domineque Stephano qui nunc superest salus certa.

At vero licet ex hoc labore consertâ electis margaritis corona se redimitum fecerit ipse pater Stephanus: non tamen ejus merita et præconia hoc solo opere coarctanda; qui concedente sibi Domino Pacifico cujus benevolentiam assiduæ demeritus erat, etiam locus sensi digna laude tanta, quanta nullus alius ante eum effecit; qui a dominationis nostræ ac seadorum ejus jura innovavit; loci totius æstimationem et conquationem jam veteratam et obscuram in lucem adduxit; domum nostram emptis a latere alienis ædibus auxit, et ædificando latam decoramque fecit; grangiam inferiorem et molendinum modo perutile viscida forma, area latissima, ædibus et habitis magno numero et spatio circumvallata hominibusque atque familiaribus ad vitæ humanæ subsidium animalibus, pecoribus et jumentis commoda novis grandibusque structuris non tam ampliavit quam de novo erexit; villas quotquot extant instauravit; Ricardenam portuitæ casa exustam, palicioni loco et præstantiori modo reposuit; terras que

et prata per circuitum ejus et juxta oppidum Ecossense tanta copia emparavit; utrem familiarem in immensum augens æternum sibi meritorum cumulum, et nunquam intermoriturae laudis monimentum in nostris ac posterorum si adversus merentibus erigendum conciliaverit.

Majora quam exprimere valeo encomia meretur; sed quia adhuc vivit et modestissimus est moriente Scriptura non esse laudandum hominem in vita sua, parcho fudo ejus; magis autem meo qui meritis ejus rudi penicillo depingendis longe inferior sum tacere silentio contegere quae condigno pervenire exprimenda non sunt eloquio. Foelix iste Pater Pacificus filio; sed longe felicior fine laudem suo; quem Deus post tanta hic et Tholosae, quae nos gillatim loco recensui, ad meam laudem et profectum nostrum acta et istis miseriis ad felicitatem veram evocavit; et dixit ei Spiritus ut requiesceret a laboribus suis, atque ad aedibus terrenis ascenderet ad domum non manufactam, conservatam in coelis. Hoc ei desideranti, et totis votis optanti dissolutionem corporis sui, et animo posset esse cum Christo foeliciter contigit anno 1645, octobris die 27a qua in manibus filiorum meorum optimus Pater vas suum carneum in quo dulcissime Christus triumphator apparuerat deposuit, et spiritu ad coelestia aeternum ibi quieturus demigravit. Non refero, quia repetere non debeo quae alibi descripta in hoc fine contigerunt, sufficit dicere quod post annorum undeviginti in Priorato Tholosano laborem, cessavit Domino Deo jubente Pacificus Tholosanis et Castrensibus rebus et personis praeesse, et lapsis tribus circiter mensibus incepit officia ejus excipere et implere

1645 ad 16 D. Anthonius Lixier. –

14us D. Anthonius Lixier Domini Pacifici secundum carnem frater Ruthenensium et Caturcensium antea Prior anno 1645 exeunte unus animo et una sententia electus ac libis et confirmatus a R.mo Petro Tholosanae Prior Laurae, et Aquitaniae Archimandrita provinciae: cujus patriam, genus, genium, et utriusque ornatum hominis si hoc loco referre disponerem, essent hic repetenda quae veritate Duce in ipso Tholosano Priorepro modulo meo edidi. At nunc quia ille submisse de se sentiens et laudes illas asperas atus, et majores meritus a Deo magis illas exquirit; ego qui referendis illis me inferiorem agnosco ad sepulcrum illum semel illisus ad enavigandum magis Carthusiae Castrensis aequora, quae istius mundi partes instituti, aspirantibus mihi de carbasa ventis. Brevi post ditatus Tholosanae possessionem Laurae temporis et Castrensem adhuc nigro monachi ob amissum Pacificum, acvere pontificum patrem meum, obtectam velamine sui splendore vultus illustraret, et pallio laudis pro clamyde luctus decoraret Ecossensem venit, ubi a civibus cum triumpho ac triumpho exceptus valtu, verbis, actibus quasi flaminis impetu confligeret civitatem Dei in quam licet inter haereticos et in medio nationis pravae ac perversae positam

nunquam prosevalit-nunquam insilire potuit-inimicus. In vero pusillegrex Bossaei noli timere, quia complacuit Patri tuo dare tibi cum augmento numeri augmenta consolationum, Doctor meus et noster Rex et Sponsus tuus venit tibi mansuetus, pacificus, benignus; tanto ite ardens affectu ut quae amisso Patre Pacifico fames, sitis, casumque pertimescebas, nunc spe ampliori relevari habeas, qui venit tibi a prospero Deo Navarchus tuus navis Institoris delonge portans tibi panem, panem, et olem exultationis quo ungi, accendi, et renitiri valeas pro consortibus tuis. Matrimonium ut veneranda illud, veteratum licet et multis violatum locis Dei et servorum ejus Domicilium, ingressus est, illius fovendi, ornandi, augendique vehementissima inde ubi residerunt, et compositorem suum Tholosanorum statutum quoque pollicitus est curaturum, et prosse completurum. Interim vero pro arrabone promissionis suae in primo suae curae limine cum se Montanae terrae in Cabardesio villae nostrae altiori atrigunae comparandae obtulisset occasio non segniter passus est eam praeterire, sed a principiis sistens cum filiis pacto decies mille librarum, praeto a Duo Roquelauro Tholosanensi Optimate comparavit eam 19 junii anni 1646 Magistro Nicolao Belue apud Tholosanos Notario scripturam, exarante collocatis in eam emptionem, tunc quidem bis mille trecentis libris quas illustrissimus Dus Ludovicus de Cardillaco Riolii comes, et Baro Bruguerioe in redemptionem dimisserunt passus de Albergue (deque superius incidit sermo) per curiae Tholosanae decreta redemptioni subditae 3 junii anni 1545 Magistro Fornicalio Castrensi Notario actum scribente mercaverat; reliqua autem summae solvere per annos quatuor soluto, hoc tandem anno 1650 integra solutione debitas obligationem. Huic emolumento adjecit et aliud cum monasterii molendini et aquarium ejus horreorum, propriorum et temporis injuria demissum, lacerum, et multa asperum cernens ejus emendationem, erectionem, et pristino ac meliori etiam statui restaurationem indixit, quae ex magna parte jam effecta integram sui speret et quotidie amandae apprendit consummationem; nec dubium quin hoc ad perfectum adductae opere, si bene favere et concessa quaecumque auxilia non negavit, ad alia quoque tecto monasterio efficienda perrecturus sit. Interim vero hocce monasterium novae litis Castrensibus Canonicis veteribus adversariis ad supplicem tibi protestandam fidem pro praediis nostris a tempore jam seculo immemoriter et libere possessis agente Jacobo Lis arragues Castrensi procuratore Canonicorum actore intentatum experiens tanto robore protenda veteri libertate et monasterii utilibus dominationis protegunam divisae jugo subdita pace conservanda mercurium et honorarium opponit; ut in Lis arragues apud senatores Palatinos et inquisitorem Passeum senatus consulto duplicis iteratae dejecto et prostrato ipsum quoque capitulum coram adit, et petitionem ejus imbecillem reddiderit; quae quia nisi nec veritate nec ratione nititur (quod optime novimus testamur) ideo sine amplius

extenderit, ipsa sua extensione ut in aere fumus evanescet. Quo in certamine si (quod speramus et augurio solicij jam quasi contigimus) victores evaserimus, nemo dubitet de parta victoria Duci et Patri nostro qui certandi modum et ordinem prescripsit triumphum esse ascribendum: incubet in aliis multis maxime in feudorum Castrensium perquisitione atque elucidatione recenti, quod magna per illum gaudet accessione, quia ille brabeutes existit quod per ablatas ejus solicitor gestum referitur ad ejus sub divino numine decus et laudem est haud dubiè referendum.

Sed superat omnia meo quidem judicio quod altero suæ Prælationis quod nos anno qui fuit 1646us ad Dei gloriam, morum consolationem et publicam effecit exultationem. Agedum o Castrensis Carthusia quæ domini Pacifici memoria ut operis figmentarii compositione, et in consilio viri musicâ exultas; quæ illum ut Zorobabel, Jesum Josedech et Nehemiam signum in dextera manu habes, et ante pectus tuum et memoriale offensum ob recordationem tuam; quod in diebus suis ædificavit insita filius tuis domum et exaltavit templum exiguum licet, sed tamen ornatum et sanctum Domino paratum in exspectatione majoris in gloriam sempiternam; ædificavit tibi altare, exivit muros, stare fecit portas et seras et gloriosa de te dicit fecit; recole nunc et percipe quid in Anthonii patris opere Deo debeas accepturus ferre. Istodox est Libani electus ut cedri imputribilis et quinunquam evanescet afflatus omnia vincens aromata, et omnes præteritas antecellens compositiones quod his diebus in ascensu altaris sanctæ gloriam dedit senectutis amictum; quod altari addidit sanctum sanctorum, sanctis arcam, arcæ vernam, urnæ mannam, illam de lignis et auro, hoc de Angelorum cibo. Circa illum corona patum ut cedri de Libano, palmæ et olivæ de monte Syon virentium, quos ex reposito et Deinceps reservando cibandos fecit adipe frumenti et de petra christo melle saturandos. Opus mirabilis, omnique seculorum memoria et jubilatione dignum! Quinta octobris anni 1567 die exstincta est ardens ante Deum lucerna, altare prophanatum, sancta in manibus hæreticorum pollutum, et per impiissimam (dictu horribilem) seminam genere conspicuam, sed hæresi et impietate fœdissimam conspurcata: sit dies illa tenebrosa, nec computetur in mensibus nostris, sed succedat ei festa in qua Vtus Pater noster Brunonis festa quasi post annos octoginta per pietatis ducem Anthonium Patrem pristino decore, igne perpetuo, sacrificio tabernaculo, Christi corporis et sanguinis sacramento nostro sanis, sitis et salutis fercula, divino et æterno remedio restituta sunt sancta nostra. Cum tulisset ipse secundum nomen suum, floridus Pater et fulgidus sacerdos anno 1647 sacrificii missæ consummationem pergens in ara amplificavit oblationem excelsi Regis, porrexit manum in panis consecratione, et filii de sanguine uvæ, et in circuitu altaris, ac deinceps illud effudit honorem divinum excelso principi, propositionis panem perpetuum per sabbatha mutandum, et suavissimæ compositionis

et redolentia thymiama super aram auream odore divino fumigantem collocavit.

Hinc eadem arcuerunt filii Aaron: nos inquam omnes audivimus fecimus in canticis et psalmis vocem magnam in memoriam coram Deo, et in nova domo amissi domi recuperatione innovata auctus est sonus mavitatis plenas; tunc conturbati sunt habitatores Philistiim; hoc recti confusione confusi, nisi forte non sunt confusi, qui a prendere potius, quam erubescere et confusionem inducere maluerunt; Jo triumphe; arca Dei reversa est ad nos: venit Deus in castra, non fuit nubius tertius tanta exultatio in Israel; Castra Dei sunt hoc pura et sancta; in conversatur, habitat, et ambulat in medio eorum Deus. Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei qui magna fecit, et hanc victoriam dedit nobis. Ornemus sacram templi coronis cureis; cavearmus a peccatis pro quibus olim dederat nos justus Dominus in opprobrium, et oremus ne talibus amplius malis incidamus, neque faciat altra nobis Deus semel (heu nimis) experta, contumeliam, nobi gloriae suae, et si quando que (quod ipse avertat) in peccaverimus, mitius corripiamur, quam ut jugi sacrificio et igne perenni ejus privemur, et barbaris ac blasphemis in prophanationem et ludibrium tradamur.

Interim vero thyrsos, ramos viridis, et palmas properamus ei qui prosperavit manum ejus, filios suos reduces fecit, caros suos postliminio revocavit, sanctissimum sacramentum altari nostro reponi fecit et lucernam accendi, et quo tempore panis visus nobis ablatus fuerat, eodem ipso nobis redditus per Ven. Dum Patrem Anthonium; ob cujus rei et incomparabilis actionis meritum, det illi Deus quod optamus, jucunditatem cordis, augmentum dierum, et coronam laborum; nobis autem et illi simul degentibus esse cum vero gaudio Dei gratiam, et pacem veram per dies sempiternos. Amen.

His dictis et hoc volumine hic feliciter absolute compactis video mihi intentum assequutus esse: deque de rebus ipso oriente nostris quasi Arcam deligno Setim, et auro undis licet fluctuantibus et auriferis effecisse; captam a Philistaeis, Azotumque ad Dagon adductam, sequentes fuisse; ac portas plagas Castrenses, ad locum tandem suum eam reduxisse; ubi dudum et tuto sedeat ac servetur; et juxta illam ei addictissimus qui se huic obsequio consecravit, et quod potuit secundum demonstratum sibi desuper exemplar elaboravit, et paulatim laborando tandem absolvit.

Julio vertente anno 1650. –

Benedictus Deus. –

Finis Manuscripti Domni Amabilis Chatard, cujus obitus notatur sequentibus verbis in charta anni 1658: „ D. Amabilis Chatard professus et antiquior Domus Tholosae procurator et obedientiae Castrensis alias Prior Domorum Villefranchae et Rothenae habens missam de Bta Maria per totum ordinem. –

Rutherse habeas missam de B^ta Maria per totum ordinem.

Ad calcem dicti manuscripti post-hoc verba « Benedictus Deus » aliam scriptam inveni quod sequitur :

« Le présent livre est le seul original dont il ne reste point copie à la chartreuse de Castres. Le très-vénérable Père Dom Prieur de N^re Dame de Julian est prié de le renvoyer au prochain chapitre. Fait en chartreuse ce 3 may 1679

J. Joseph Corneillon (peut-être Corneillon) Prieur de la chartreuse de Castres.

Ce manuscrit m'a été très gracieusement prêté par le R^d Père Carrère, Provincial des Jésuites de Toulouse. Je l'ai reçu à N^re Hugues (Angleterre) 7 septembre 1888, j'en ai terminé la transcription à la chartreuse du Reposoir le 29 novembre de la même année.

J. Salomon Bertin